BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
290
NAPOLI

Digitized by Google

regnat ora
ra,ò ſi tro.

uol l'accu.
uernano la

s ſum.
n In. 8

de N.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2-4 —

Digitized by Google

605584 Racc. Vill. C. 290

DE TEMPORALI ECCLESIAE MONARCHIA ET IVRISDICTIONE

TOMI PRIMI PARS PRIMA.

AVCTORE

FRANCISCO BOZZIO EVGVBINO

Congregationis Oratorij Presbytero.



ROMÆ,

Ex Typographia Aloyſij Zannetti. MDCI.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

SANCTISS.^MO AC BEATISS.^MO PATRI
ET D. N.
CLEMENTI OCTAVO
PONT. OPT. MAXIMO.

FRANCISCVS BOZZIVS
Congregationis Oratorij Presbyter. **S. F.**

RERVM Vniuerſitas (Beatiſsime Pater) qua omnia continentur, licet multiplici varietate conſtet;tamen ita ordinata eſt, vt inferiora per ſuperiora perficiantur, ac regantur; quouſque per medios interiectos fines ad vltimum omnium finem deueniatur, qui Deus eſt, à quo cuncta reguntur, eumq; ſuo modo appetunt omnia naturali quadam inclinatione; qua in re duce natura inſtruimur,tunc res optime gubernari, ſi ab vno Principe gubernentur. *Animaduertebam* (inquit Baſilius)*in quauis multitudine diſciplinam, conſenſionemq. eo vſque ſolere ſeruari, quoad omnium communiter aduerſus Principem vnum in parendo eius imperio conſpiratio teneretur; contraq; diſſenſiones, atque diffidia, ſimiliter imperantium etiam multitudinem ex eo naſci, quòd nemo eßet, qui imperaret: hocquè,quod dico, aliquando in magna apum fre-* *Baſilius in præm. in lib. de Moribus,ſeu de iudicio Dei.*

Digitized by Google

SANCTISS.MO AC BEATISS.MO PATRI

E T D. N.

CLEMENTI OCTAVO

PONT. OPT. MAXIMO.

FRANCISCVS BOZZIVS
Congregationis Oratorij Presbyter. S. F.

RERVM Vniuerſitas (Beatiſsime Pater) qua omnia continentur, licet multiplici varietate conſtet;tamen ita ordinata eſt, vt inferiora per ſuperiora perficiantur, ac regantur; quouſque per medios interiectos fines ad vltimum omnium finem deueniatur, qui Deus eſt, à quo cuncta reguntur, eumq́; ſuo modo appetunt omnia naturali quadam inclinatione; qua in re duce natura inſtruimur,tunc res optime gubernari, ſi ab vno Principe gubernentur. *Animaduertebam* (inquit Baſilius)*in quauis multitudine diſciplinam, conſenſionemq. eo vſque ſolere ſeruari, quoad omnium communiter aduerſus Principem vnum in parendo eius imperio conſpiratio teneretur; contraq; diſſenſiones, atque diſſidia, ſimiliter imperantium etiam multitudinem ex eo naſci, quòd nemo eßet, qui imperaret: hocquè,quod dico, aliquando in magna apum fre-*

Baſilius in procem. in lib. de Moribus, ſeu de iudicio Dei.

quentia animaduerti, quæ naturali ductæ inſtinctu Regem ſuum ſeruato ordine ſequuntur. hæc non tam Baſilius, quàm cęteri Patres, & præſtantiſsimi quique Philoſophi optimum eſſe vnius Principatum, & in omnibus regimen affirmantes. Quare Deus Eccleſiam ſuam in mundi exordijs, quibus cœpit, hoc regimine gubernandam inſtituit, & cum ad deteriorem ſtatum prolapſum eſſet genus humanum, vt ad meliorem reduceret, ad vnius regimen reduxit. Principio enim ex homine vno mortales cunctos propagari voluit, & ex eius coſta Euam produxit, quo melius vnitas ſeruaretur. Conſtituit autem Adam orbis terrarum Dominum; ſed cum iam verſa eſſent, & mutata in deteriorem partem ferè omnia, redacturus in meliorem ſtatum humanam naturam, eandem Monarchiam in Noe renouauit: idem præſtitit per Moyſen in lege ſcripta, & poſt captiuitatē Babylonicam per ſummũ ſacerdotem, penes quem omnium ſumma fuit; cur igitur non idem per Chriſtũ factum erit in Eccleſiæ regimine, qui in typo præceſsit in Adam, in Noe, in Moyſe, & in Ieſu filio Ioſedech poſt reditum ex captiuitate Babylonica, cum reſtauraturus Chriſtus foret omnia, & ad optimum regimen redacturus? Duplici præcipue de cauſa ouium ſuarum regimen Chriſtus Petro commiſit, quo ex vna parte vnitas ſeruaretur Eccleſiæ, ex altera diſſenſio tolleretur. *Primatus* (ait Cyprianus) *Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur.* *Propterea* (inquit Hieronymus) *inter duodecim vnus eligitur*

Cypr. de vnitate Eccl. non longe ab initio. Hieron. aduerſ. Iouin. lib. 1. circa med.

eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio: at niſi foret vnus in Eccleſia ſupremus Monarcha in omnibus, non ſeruaretur vnitas Eccleſiæ: cum enim illa diuina inſtitutione conſtet regno, & ſacerdotio, iam abſolute vnus eſſet in illa Monarcha Regni, alter Sacerdotij; quòd ſi ad euitandas diſſenſiones circa res ſacras vnum ſupremum caput conſtituitur, cur non eodem modo regni, vt vnum, & idem caput ſit regni, & ſacerdotij, ne pari modo inter hæc ſit diſſenſio? Quare potius dicendum Petrum vices Chriſti ſuſcepiſſe non ſolum in ſacerdotio, ſed etiam in regno; vt eſſet ille Rex, & ſimul ſacerdos, iuxta ordinem Melchiſedech, qui Rex fuit ſimul & ſacerdos. Porrò ita hæc Monarchia aſſeritur, vt nedum aliorum legitimo dominio, & recto vſui non derogetur; quin potius adiuuetur, & perficiatur: Quemadmodum enim Regio dominio ſuper particularia dominia ſubiectorum laicorum non tollitur quidquam de eorum legitimo dominio, & recto vſu, ſed potius adiuuatur, contra illos qui iniuſte vſurpare, vel impedire conarentur; ita temporali Monarchia Eccleſiæ ſuper Reges, & cæteros non tollitur quidquam de eorum legitimo dominio, & recto vſu, ſed potius adiuuatur, & perficitur. Hæc ſunt, quæ latius in hiſce libris proſequimur, BEATISSIME PATER, cui operæpretium eſt vt dicentur, tanquam ſupremo Paſtori totius Eccleſiæ, cuius honoris gratia conſcripti ſunt. Seruet verò Deus Sanctitatem veſtram diu nobis incolumem, pro eiuſ-

dem

dem Eccleſiæ dignitate , & incremento , quibus quantum difficilibus temporibus inuigilarit, & ſemper inuigilet,nõ eſt cur a me omnium minimo quidquam dicatur , cum res ipſæ loquantur.

EGO

EGO Fr. Io. Baptiſta Plumbinus Ord. Erem. ſancti Auguſtini, Procurator Generalis, & publicus in Romano Gymnaſio Scripturę ſacræ Interpres, ex commiſſione Reuerendiſsimi P. F. ſacri Palatij Magiſtri, cum hos libros quinque de Temporali Eccleſiæ Monarchia, & Iuriſdictione, qua potui diligentia examinauerim atque perlegerim; nihil, quod fidei Catholicæ, ac optimis moribus aduerſetur, reperi; immo eorum ſingularem doctrinam hac noſtra præcipue tempeſtate maximè neceſſariam, & opportunam fore cenſeo, & manu propria ſubſcripſi.

Fr. Io. Baptiſta vt ſupra manu propria.

Imprimatur ſi placet R.P.M. Sacri Palatij.

B. Gypſius pro Viceſgerens.

Imprimatur

Fr. Angelus Baronius Venetus Magiſter & ſocius Reuerendiſs. P. M. Sacri Palatij. Ord. Præd.

Pri-

Digitized by Google

PRimus Tomus diuiditur in tres partes, quarũ hæc prior pars quinque continet libros, in quorum primo proponitur concluſio generalis diſputationis totius operis, quæ ſummatim probatur, & explicatur; deinde vero relatis diſcrepantijs aliorum circa ipſam, viginti demonſtratur rationibus, ex quibus etiam allatæ diſcrepantiæ confutantur. In ſecundo, & tertio libro probatur eadem concluſio ex locis noui teſtamenti: in quarto, & quinto ex locis veteris teſtamenti; in fine vero tertij, & quinti libri quædam illationes deducuntur contra eaſdem limitationes, & diſcrepantias.

In calce operis habentur quatuor indices, in priore recenſentur aſſertores temporalis Eccleſiæ Monarchiæ, qui in hac prima parte citantur. In ſecundo, Tituli Quæſtionum, quæ in eadem parte tractantur. In tertio, loci ſacræ Scripturæ, qui vel explicantur, vel adducuntur. Quartus Index eſt generalis rerum omnium.

Digitized by Google

DE TEMPORALI
ECCLESIAE
MONARCHIA,
ET IVRISDICTIONE,
Pars Prima, Liber Primus.

SENTENTIA DE TEMPORALI Eccleſiæ Monarchia aperitur.

EXPLICANDVM à nobis eſt, qua ratione ſumatur temporalis iuriſdictio,& quibus modis cõueniat Eccleſię;ſic enim facili negotio quid ſentiendum ſit,apparebit : itaque temporalẽ Eccleſiæ iuriſdictionẽ poſſumus multis modis accipere.

Primo,quoad ipſum dominium, ſeu poteſtatẽ, quomodo omni ex parte temporalis poteſtas ſpirituali ſubiecta eſſe videtur;nam cum tẽporalia,vt deinceps oſtendetur, omnem regulam accipiant à ſpiritualibus, & propter illa omni ex parte ſint; ideo temporalis poteſtas ſpirituali eſt omnino ſubiecta.

Secundo,poſſumus intelligere quoad vſum, circa externam quandam apparentiam, ſecundum quendam faſtum, & iactantiam, & ita acceptam non debere exerceri à Pontifice conſtat. Sicuti autem iuxta hanc iactantiam vſus excluditur, ita decens quidam ſplen-

dor maior, vel minor pro temporum opportunitate tribuendus eſt, quo ex diuina inſtitutione in Synagoga olim Pontificem vſum eſſe liquet, & ab antiquiſſimo tempore Eccleſiam; vt cernere eſt apud Hieronymum, & cæteros. Teſtatur Polycrates Epheſiorũ Epiſcopus, Ioannem Apoſtolum geſtare conſueuiſſe laminam auream in fronte: & de Iacobo Hieroſolymorum Epiſcopo ſimile refert Epiphanius; & Romanam Eccleſiam etiam iniquo Ethnicorum tempore rerum externarum abundantia floruiſſe conſtat, vt videre eſt apud Ambroſium, Euſebium, & alios, de qua re nonnulla diximus lib. 4. cap. 1. & fuſius dicemus ſuo loco.

Hier. ep. 61. Hier. de ſcriptorib. Eccl. in Polyc. Epiph. hære. 29. Amb. de off. lib. 1 c. 41. Euſeb. lib. 4. cap. 33. in Epiſt. Dionyſ.

Tertio, poſſumus accipere temporalem iuriſdictionem quoad immediatam executionem, vt ſine diſcrimine Pontifex ſe immiſceat in rebus temporarijs, & abſtrahatur à maioris momenti rebus, ſcilicet à ſpiritualibus; in quo ſenſu minus vti debet, quare Moyſes tam ſoceri, quam Dei nutu plures elegit, qui litibus dijudicandis eſſent intenti, quo maioribus ipſe vacaret: Apoſtoli ſeptem elegerunt Diaconos, qui menſis miniſtrarent, vt commodius vacarent prædicationi Diuini verbi: ita Imperatores res minoris momenti alijs committunt, quo grauioribus Reipublicæ negotijs dent operam, quod non eſt defectu poteſtatis. Poterat enim Moyſes pergere in dijudicandis litibus: Apoſtoli ſacris miniſtrare menſis; Imperator minora poſſet excercere officia; ſed cum præcipue maiora ex officio ad hos attineant, quæ minoribus debent præferri; ideo minora, vel alijs relinquẽda, vel committenda, quoties maiorum vſus impeditur, vt habetur ex Gregorio, Origene, Baſilio, Bernardo, Anſelmo, D. Thoma, D. Bonauentura, Henrico, & alijs.

Exodi c. 18. Greg. lib. 9. Moral. c. 14. Orig. in cap. 18. Exod. Baſil. in regul. 70. Bern lib. 1. de conſid. Anſel. & D. Thom. in c. 6 1. Ep. ad Corinth. Bonau. par. 3. Eccleſiaſt. Hier. cap. 1. Henr. Quodli. 6. q. 23.

Quarto, poſſumus conſiderare, vt exerceatur iuriſdictio temporalis Eccleſiæ, & impediatur legitimum alio-

aliorũ dominiũ, & bonus vſus, & ſic etiam excluditur; nec enim quidquã tollitur Eccleſiæ Monarchia: ſicuti V.g. Chriſti humana natura vnione Verbi accepit omnium rerum dominiũ, nec propterea ablatũ eſt eius dominio cæterorũ dominiũ. Pari ratione regia poteſtate ſuper particularia dominia laicorum, nõ tollitur quidquam de legitimo illorum dominio, nec bonus vſus auffertur, ſed potius cuſtoditur, vt recte vti quiſque poſſit ſuo fundo, ſuis pecunijs, ſua re familiari: ita pari ratione, ſi ſuper Reges, & cæteros conſtituatur Petri ſucceſſor, Supremus Monarcha, non tollitur quidquã de legitimo cęterorum dominio, nec de recto vſu; ſed potius conſeruatur, & cuſtoditur, vt cap. 4. apparebit. Saluo itaque legitimo dominio, & recto vſu.

Quinto, poteſt ſumi temporalis Eccleſiæ facultas, vt ſubiecta ſit in omnibus temporalibus ſecularis facultas, & conſequenter Eccleſiæ poteſtas ſit omni ex parte ſuper ſecularem; ſed non debeat à Pontifice huiuſmodi poteſtas exerceri, niſi quatenus homo aliquo lethali crimine à ſalute æterna excluditur, quod nonnulli dicunt, quatenus neceſſe eſt. Et ſane ſi loquamur de poteſtate punitiua, bene dicitur; ea enim ratione peccati exercenda eſt: at de poteſtate regitiua non ita; illa enim exerceri poteſt in ijs etiam, quæ veriſimili coniectura inducere poſſunt ad peccatum, & quo conſeruemur in bono virtutis, ſeu virtus ſit ſecundum bonum rationis, ſeu ſecundum lumen fidei; & vt proficere quoque poſſimus in eo bono virtutis vſque ad moralem quandam cautelam, cui deinde regimini ſi quis ſubeſſe noluerit, & contumax extiterit, puniri in externo foro poterit; ratio eſt; quia oportet, vt Pontifex, veluti ſupremus in moribus, & in ſpiritualibus omnibus Hierarcha moralem quandam diligentiam per externam gubernationem adhibeat; ita vt non ſo-

lum extirpare vitia, & virtutes conſeruare quocumque modo procuret, ſed occaſiones vitiorum tollat, aditum facilẽ ad virtutes aperiat; quo magis ex vna parte mali à vitijs retrahantur, & ex altera probi in virtutibus conſeruentur, & in illis proficere poſſint. quod cernere eſt in omnibus facultatibus, quæ agunt de medijs in ordine ad ſuum finem vel melius acquirendum, vel acquiſitum conſeruandum, vſque ad moralem quendam terminum. & à re ſimili explicatur in facultate temporali; poteſt Rex ſubiectis ſibi imponere tributa, non ſolum quo prouideat præſenti tempore neceſſitati, & decenti ſtatui ciuium, ſed etiam futuro tempore, ita vt in promptu habeat V.g. pecunias, pro incertis caſibus, non quibuſcumque, qui nunquam ferè accidunt; ſed pro illis, qui veriſimili ſaltem coniectura accidere poſſunt. Ita Pontifex ratione boni ſpiritualis, cui inſeruire debent temporalia, imperare poteſt temporalibus poteſtatibus, quo præſenti, & futuro tempore incertis caſibus prouideat, qui veriſimili ſaltem coniectura accidere ſolent; prouideat neceſſitati; & decenti ſtatui rei ſpiritualis, ſeu vt conſeruetur ſpirituale bonum, & malum deuitetur, ſeu pro decenti cultu perſonarum eccleſiaſticarum, ſeu pro tranquillitate, & quiete regnorum, & aliis huiuſmodi, ad morum ædificationem, & rei Chriſtianæ quietem, & conſeruationem. Hæc quantum ad vſum, & iuriſdictionem temporalem. Nunc videndus eſt modus, quo hæc poteſtas ſit in Pontifice, num ſit vna ſimplex ſpiritualis ſolum facultas, per quã hæc omnia fiant; an ſit etiam regia poteſtas. & quidem ex totali ſubordinatione temporalium ad ſpiritualia, eminenti quadam ratione eſſe in Pontifice regiam poteſtatem conſtat, quæ eminentia nihil tollit de nobilitate, & vi poteſtatis, ſed eandem rem dicit nobiliori quodam modo; ita v.g. dicunt

Digitized by Google

cunt Theologi perfectiones rerum omnium in Deo eſſe ſaltem eminentiori modo, id eſt nobiliori ratione, quam in ſe ipſis ſint. itaque

Sexto quæri poteſt, num etiam formaliter hæc regia poteſtas ſit coniuncta cum ſacerdotali, & cum Regia poteſtas non dicat imperfectionem (aſſeritur enim de Deo, etenim dicitur Rex vniuerſæ terræ) affirmare poſſumus reuera eſſe formaliter coniunctam, veluti paulò poſt oſtendemus.

Septimo, num conueniat Regia hæc poteſtas, etiam titulo Regni, prout eſt quid diſtinctum à Sacerdotio: & videtur (ſi licet noſtrum qualecumque minimum iudicium interponere) hoc etiam titulo conuenire per Chriſtum Regem, & Sacerdotem iuxta ordinem Melchiſedech; qui fuit Rex ſimul, & Sacerdos, veluti pluribus Theologis, & Patribus viſum eſt; ita vt Regnum, & Sacerdotium ad Eccleſiæ preſules Chriſtus traſtulerit: & hac regia poteſtate in foro externo Epiſcopi iudicabant lites rerum ſecundũ ſe temporalium omnium ad ſe accedentium laicorum, veluti habetur ex Auguſtino, Ambroſio, Poſſidio, Epiphanio, Procopio, & alijs Patribus, & pluribus Concilijs, vt dicemus lib. 2. cap. 2. & ſequentibus, & hoc ſaltem modo (ſaluo meliori iudicio) negari non poſſe videtur abſolute, ſeu omnino Eccleſiaſticam poteſtatem per ſacerdotium, & regnum eſſe ſuper ſecularem.

Octauo dubitari poteſt, num hæc iudiciaria temporalis poteſtas conueniat Epiſcopis iure diuino reuelato; & patet ex dictis conuenire per Chriſtum Regem, & Sacerdotem iure diuino, quamuis ſtabilita ſit ſecularium Principum edictis contra eos, qui vellent eam impugnare, ſicuti ab ijſdem Principibus plura ſtabilita ſunt, quæ ſtatuerunt Patres in ſacris Concilijs contra hæreticos.

Nono,

Digitized by Google

Nono poteſt examinari, num etiam iure naturali cõueniat, & cum D. Tho. Henri. & alijs, quod habetur etiã ex pluribus Patribus, ſentire poſſumus, conuenire iure naturali. & ne plura inueſtigemus in præſentia breuiter colligentes, quæ diximus, aſſerere poſſumus: *ECCLESIASTICAM POTESTATEM per ſacerdotium, & regnum diuino reuelato, & naturali iure eſſe omnino ſuper ſecularem, eamque à Pontifice (ſaluo legitimo ſecularium Principum dominio, & recto vſu, hæc enim ſine iuſta cauſa auferri, & impediri non debent) exerceri poſſe in foro exteriore, facultate etiã punitiua, cum quis ſubeſſe noluerit, & contumax fuerit, non ſolum ratione lethalis criminis: ſed ad virtutum quoque naturalium, & ſupernaturalium conſeruationem, & progreſſum vſque ad moralem quandam cautelam, vt nimirum ex vna parte in ipſis virtutibus conſeruemur, & proficere valeamus; ex altera ab ijs retrahamur, quæ veriſimili coniectura inducere poſſunt ad peccatum.* hæc itaque ex dictis hucuſque colligi poſſe videntur de temporali Eccleſiæ Monarchia, & iuriſdictione aſſerenda.

D. Tho. opuſc. 20. lib. 3. cap. 19. Hen. quodli. 6. q. 23.

Concluſio Operis.

PAVCIS PROPOSITA MONARchiæ concluſio probatur. Caput I.

BREVITER aperuimus ſententiam de temporali Eccleſiæ Monarchia; breuiter nunc demonſtranda eſt, & quoad omnes eius particulas oſtendenda, quod de induſtria à nobis fit, quo lector ſummatim in fronte probatum habeat, quod fuſe generali hac diſputatione demõſtratur. Supponimus autem tãquam certum, per externam gubernationem ex officio ſummi Pontificis eſſe perducere mortales cunctos ad ſalutem, & felicitatem æternam, vltimum hominis finem, & primo

mo loco ſaltem eminenti ratione oſtendamus conueni-re Eccleſiæ temporalem Monarchiam.

Eouſque poteſtas Eccleſiaſtica ſuo imperio ſe extẽdit, quouſque eius proprius finis ſecundum ſuam rationem ſe extendit: ſed proprius finis Eccleſiaſticæ poteſtatis ſecundum ſuam rationem ſe extendit ad cuncta temporalia omni ex parte, circa quæ verſatur poteſtas ſecularis; Ergo pari modo Eccleſiaſtica poteſtas omni ex parte &c. Maior propoſitio huius argumenti explicatur, deinde probatur: Ratio cauſæ finalis ſumi poteſt, vel reſpectu mediorum, vel reſpectu agentis; reſpectu mediorum, quia finis tribuit illis bonitatem, appetibilitatem, menſuram, ordinem: ita verbi gratia, medicina licet alioquin amara ſit, propter ſanitatem bona aſſeritur, & appetitur; ſic ſanitas finis medicæ facultatis, menſuram pariter, & ordinem tribuit, dum in tanta quantitate ſumendam medicinã præſcribit, tali modo, & tali tempore reſpectu agentis, quia agens gratia finis operatur, & finis eſt, qui mouet ſui deſiderio, ordinans, & determinans actionem agentis: ita Medicus ad reparandam ſanitatẽ huius ægroti terminatur; nam iuxta varios morbos variæ ſunt adhibendæ medicinæ, quare Medicus præſcribit medicinam in tanta quantitate, tali modo, & tempore ſumendam: mouet autem finis non motu phyſico, ſed metaphorico; quod enim mouet phyſicè, efficiens eſt, non finis, alioquin enim cum omne agens agat propter finem, idem eſſet finis, & efficiens, cum tamen cauſa finalis, & efficiens diſtincta ſint cauſarum genera, vt liquet ex Philoſopho. Hiſce declaratis, quæ ex Philoſophia aperta ſunt, iam probatur eadem Ma. Propos: Poteſtas quoad ſuum imperium, & vim debet ab aliqua re limitari, & terminari, & à quo niſi à fine, cuius eſt proprium, vt vidimus, agentis actionem terminare? & à quo nam

Prima ratio.

2. Phyſ. vel 5. Metaph.

fine

fine niſi à proprio? Secundo probatur ex Ariſtot. qui primo Moral. cap. 1. ad Nicom. dicit: In finibus ſubordinatis dari aliquam facultatem, & ſupremam poteſtatem, quam cap. ſecundo explicat eſſe ciuilem, & fines aliarum, quæ ſubiacent, poteſtatum appeti aſſerit ob ſuperiorum (quæ architectonicæ dicuntur) fines, propter quos inferiores fines ſectamur: & cum Ariſt. idem docent eius interpretes, Euſtratius, Auerroes, & cæteri. Tertio probatur eadem Ma. ex Theologis diſt. 24. lib. 4. Sentent. vbi propterea docent in Eccleſiaſticis ordinibus, & dignitatibus eſſe vnum primum Epiſcopum, qui toti Eccleſiæ præſideat: quia in ordinatis ad vnum dicunt eſſe aliquam vniuerſalem poteſtatem, quæ regat cæteras; ita D. Thomas, Riccardus, & cæteri, & diſt. vlt. lib. 2. docent iidem Theologi, cum vna poteſtas eſt propter aliam, ſeu omnino dependet ab illa, veluti eſt Proconſulis ab Imperatore, ſtandum magis ſuperioris imperio: ita D. Thomas, D. Bonauentura, Scotus, Egidius, Albertus. Itaque Ma. Propoſ. ex ratione, & ex Philoſophis, & Theologis videtur ſtabilita, probatur Minor ex doctrina omnium Theologorum, quæ in ipſo veſtibulo Theologiæ habetur ex Auguſtino, & Magiſtro: docet enim ibi Auguſtinus ſolo nos Deo bono incommutabili ſimpliciter frui, cæteris vti debere, & ad Deum amandum referre; *Eſt enim*, ait Auguſtinus: *Frui amore, alicui rei inhærere propter ſe ipſam, vti vero quod in vſum uenerit ad id, quod amas, obtinendum referre, ſi tamen amandum eſt; nam vſus illicitus abuſus potius, vel abuſio nominandus eſt*. & alibi: *Ea re fruendum eſt, quam diligimus propter ſeipſam, & ea fruendum nobis eſt tantum, qua efficimur beati, cæteris vtendum*: ſic Auguſtinus ibi receptus à Theologis omnibus collocantibus in ſolo Deo vltimum finem. Secundo probatur ex Philoſophis, à quibus omnibus re-

Aug. lib. 1. de doctrin. Chriſ. cap. 3. & cap. 31.

receptum eſt illud Axioma Ethicum, quod eſt, felicitatem in ea re eſſe, quæ propter ſe ſolum appetitur, numquam propter aliud, & ad ipſam referuntur omnia, & propter ipſam appetuntur. Ita Plato, Ariſt. Archit. Seneca, & ipſi etiam Epicuræi: ex noſtris Auguſtinus, Lactantius, & cæteri, quos retulimus in ratione 20. collocarunt autẽ hi omnes Philoſophi (exceptis ſolum Epicureis) in ſolo Deo vltimam hominis fœlicitatẽ, ergo. Tertio probatur, quia ſi vltimus finis hominis Deus eſt, iam habebunt conſequenter reliqui inferiores fines reſpectu illius rationem medij, & propter vltimũ finem debebũt appeti; quare accipiẽt (ex ſupra dictis) bonitatem, appetibilitatẽ, menſurã ab vltimo fine. recte enim dictum eſt ab Ariſt. finem ſine modo, & mẽſura appeti, media, menſuram & modum à fine accipere lib. 1. Pol. c. 6. Itaque ſicut agens ſupremum poteſtas Eccleſiaſtica proxime ex officio inducens ad vltimum finem accipiet mẽſuram, & ordinem ab illo: ita vnumquodque particulare agens à ſuo proprio fine, quare ſecundum ordinem finium (terminat enim, ex dictis, finis actionem agentis) erit ordo agentium. Quare ſicut omnes fines veluti medij interiecti omnem ab vltimo fine magis ordinem, & menſuram accipiunt, ita particularia agentia à ſupremo Eccleſiaſtico omnem ordinem, & menſuram magis accipient: & quia omne agens agit propter finem, iam nulla erit hominis actio, quæ non magis debeat moueri, ordinari, & terminari ab agente Eccleſiaſtico. Confirmatur hoc totum: quia ex ſua natura non deprauata homo tendit in vltimum finem, ita vt omnia agat naturali inclinatione propter illum ſaltem implicite: immo naturali inclinatione omnia tendunt in Deum, magis illum diligentia, quam ſe, & ſuper omnia, vt fuſe oſtenſum eſt in ratione in ordine x. & xj. ergo nihil prorſus erit quod magis non ſubia-

ceat poteſtati Eccleſiaſticæ, quam ſeculari. Atque hiſce probatum ſit generatim omnia ſubiecta eſſe poteſtati Eccleſiaſticæ, ex totali ſubordinatione, ex qua ſaltem concluſum erit eminenti ratione contineri poteſtatem regiam in poteſtate ſacerdotali, & Eccleſiaſtica. Nunc altero modo probemus ineſſe gradum ipſum regiæ poteſtatis in Eccleſiaſtica formaliter, ita vt ipſam reginam denominet.

Secundus modus, quo cõuenit Monarchia Ecclesia.

In rebus ex ſua natura omni ex parte ſubordinatis inferiorum gradus, continentur formaliter in ſuperioribus, quoties illi gradus non dicunt imperfectionem, & repugnantiam coniunctionis: ſed gradus poteſtatis Regiæ talis eſt reſpectu gradus ſacerdotalis: ergo, &c. Ma. huius argumenti tria aſſumit, primum, eſſe gradum Regium ex ſua natura omni ex parte ſubordinatum ad ſacerdotem; ſecundum, gradus inferiorum contineri in rebus ſecundum ſuam naturam ſubordinatis in ſuperioribus; tertium, quoties illi gradus non dicunt imperfectionem, eſſe coniunctos formaliter cum ſuperioribus, vt ipſa denominẽt. Quantum ad primum, illud conſtat, ex modo dictis, & ex ijs, quæ dicentur infra cap. 2. vbi oſtendetur temporale dominium eſſe ex ſua natura ordinatum ad ſpirituale dominium, & cap. 6. & ſequentibus, & toto hoc primo libro. Secundum videtur clarum: nam quia ſecundum ſuam naturam gradus viuentis, & vegetantis animæ ordinantur ad ſentientem, continentur in anima ſentiente; viuentis vero gradus, itẽque vegetantis, & ſentientis veluti inferiores continentur in rationali, & denominant hominem: dicitur enim viuens, vegetans, & ſentiens: & id præterea colligitur ex Ariſtot. in 3. cap. in anteprædic. Henrico, D. Thoma, & cæteris Theologis diſt. 36. lib. 1. vbi aſſerũt, contineri rerum omnium perfectiones in Deo, tãquam ſuprema cauſa, ſeu eminenter, cum habeant aliquam admi-

Hen. in ſũma Theol. ar. 42. q. 2. D. Tho. pri. par. q. 4. ar. 2.

admixtam imperfectionem,vel formaliter, vbi nullam habent coniunctionis repugnantiam, & imperfectionem. Itaque tertium reſtat probandum gradũ Regium nullam dicere imperfectionem, & repugnantiam coniunctionis: Probatur hoc primo, quia (veluti adnotabamus ſupra) de Deo ſimpliciter affirmatur: dicitur enim Rex vniuerſæ terræ. Deinde Deus condidit hominem in ſtatu perfecto, & natura perfecta, & tamen dominium dedit orbis terrarum Gen. 1.Pſal.8.in ſtatu vero naturę lapſæ videtur Melchiſedech fuiſſe vir perfectus, & fuit Rex,& ſacerdos Geneſis c. 10. Moyſes fuit vir perfectus, & fuit princeps, & ſacerdos, vt dixi lib. 5. Chriſtus ipſe, typus omnis perfectionis, fuit Rex, & Sacerdos, vt ex parte oſtendetur infra c. 23.& lib.2.c. 11.& 15.lib.3.c.10.14.& 15.lib.4. c. 5. 6. 9. 12. 13. & 15.lib. 5.cap.2.5.& 7.

Ad hæc certum eſt,ſtatum Epiſcopalem eſſe ſtatum perfectum; nam(vt infra dicam ex Patribus, & Conciliis) ſuccedunt Epiſcopi loco Apoſtolorum; eſt autem ſtatus Apoſtolicus ſtatus perfectiſſimus;quare vim perficiẽdi habere Epiſcopos docet Dionyſ.& multo magis hoc eſt aſſerendũ de Epiſcopo Epiſcoporũ Papa: atqui Eccleſia ab antiquiſſimo tempore prædia, caſtra, oppida, prouincias etiam immediate,ſine vllo alio terreno dominio,à quo poſſideretur,per ſanctiſſimos Pontifices poſſedit; quare vel dicas neceſſe eſt,non bene tot ſanctiſſimos Pontifices hæc poſſediſſe, vel ſtatum Epiſcoporum non eſſe ſtatum perfectum, quorum quoduis dicas,abſurdum eſt. Immo vero non ſolum repugnat perfectioni Euangelicæ habere poſſeſſiones tanquam communes, veluti ſeculares principes habent ad regendum: ſed nec tanquam proprias; nec enim eſt perfectio abdicatio rerum per ſe ſumpta: ſed quia tanquam inſtrumentum facit ad perfectionẽ, iis tamen,qui non-

Dionyſ. cæleſt.Hier. c. 8.

dum ad perfectionem peruenere: quomodo videntur intelligendi nonnulli Pontifices; cæterum ijs, qui ſunt in ſtatu perfectionis acquiſitæ exercendæ, minus derogat rerum propria poſſeſſio, & dominium proprium, vt recte oſtendit D. Thomas, & alij Theologi, de qua re nonnulla diximus in calce lib. 5. itaque ex totali ſubordinatione rerum temporalium ad ſpiritualia continebitur gradus Regius cum Sacerdotali formaliter cõiunctus, & propterea Summi Pontifices diuinitus tradita poteſtate creando reges pro bono vniuerſalis Eccleſiæ (hoc enim per ſe primo debent reſpicere) habebunt in ſe illam dignitatem (nemo enim dat, quod nõ habet) non ſolum eminenter, ſed formaliter. Reſtat igitur, vt ſingillatim oſtendamus conuenire titulo regni veluti diſtincti à Sacerdotio. Quod vt oſtendamus;

D. Tho. 22. q. 85. ar. 6.

Tertius modus Monarchia.

Notandum eſt, cum hominũ gratia conſtituta ſit humana reſp. quo illis proſpiciatur, ideo cum conſtet homo animæ & corpore, duplici egere regimine; animi, & corporis: habet autem corporis regimen pro fine proprio bonum corporale, ſeu eius pacem, ad quam ordinantur externa & corporalia; & hoc regimen conuenit cum brutis, quæ congregantur boni corporalis gratia: ita apes parent vni regi, teſte Ariſt. & alijs. At vero regimẽ animi, quo conſtituitur humana ſocietas, differens à brutis, habet pro fine proprio bonum animi, & ipſum Deum, cuius gratia conditus eſt homo. Quæritur igitur, an omni ex parte habeat Eccleſia in temporalia dominium, veluti habet ſecularis poteſtas, etiã ſecundum illum finem diſtinctũ, quo regimen animi diſtinguitur à regimine corporis; ita vt habeat Eccleſia ſecundũ illum finem regimẽ, & amplius ſecũdum ſuperiorem; & ideo habeat abſolute totius hominis regimen, & abſolute regni Monarchiam præ cæteris omnibus, ſub Deo tamen & Chriſto homine, poteſtate mini-

Hoc arg. habetur ex Ariſt. 1. pol. c. 2.

ni-

Digitized by Google

niſterij, non excellentiæ (hanc enim Chriſtus non communicauit) non derogando inferioribus poteſtatibus, ſed ſubordinando, vt ſupra dixi. Et circa hoc dubium pro noſtra ſententia, poſſumus (ſalua ſemper meliori) dicere, Monarchiam hanc conuenire Eccleſiæ. Quod ita videtur poſſe probari: Nã cum poteſtas menſuretur quoad ſuum imperium, à proprio fine, ſecũdum eam rationem Eccleſię poteſtas ſe extendet ad temporalia, ſecundum quam eius finis ſe extendit: ſed poteſtatis Eccleſiaſticæ finis, qui vltimus eſt Deus, obiectũ felicitatis æternæ, ſe extendit omni ex parte ad inferiora per media vſque ad extrema; & vice verſa per extrema in media vſque ad ſuprema: ergo pari modo poteſtas Eccleſiæ: & ideo abſolute Regni monarchia conuenit Eccleſiæ. Vtraque ex præmiſſis probata eſt in Prima ratione: & patet; nam externa tota ſunt propter corporis bona; corporis bona tota ſunt propter bona animi, hæc vero propter Deum vltimum finem; quare S. Thomas: *Deus*, ait, *hanc legem naturalem poſuit omnibus, vt vltima per media perficerentur, & media per prima, vt Dionyſ. dicit*. ſic ille. Idem cum Bonifacio Octauo docent Doctores Canoniſtæ: Quare licet omnia à Deo dependeãt immediatione (vt aiunt) cauſæ, & ſuppoſiti; referuntur tamen, & gubernantur per medios fines; quod late infra probabitur. Confirmatur hoc argumentum primo, quia Eccleſia prohibens duella dilectione, qua paſcendas oues accepit, & charitate, quæ ordinata eſt, intendit bonum corporale hominis, ne quis occidatur, & ad hoc bonum externa ordinat; vetans pari modo, ne quis locum exhibeat huiuſmodi certamini; ne quis ſit ſpectator; ne quis opem ferat, pœnis grauiſſimis adiectis: hæc vero omnia ad Deum, ne offendatur. Deinde cum probatum ſit ſupra, Eccleſiaſticam poteſtatem ſuo imperio

D. Tho. lib. 4. ſent. diſt. 24. q. 1 ar. 1. in corp.

Dion. Eccl. Hier. c. 9.

In extrauagan. Vnam ſanctam.

Digitized by Google

rio omni ex parte ſe extendere ad omnia, ad quæ ſe extendit proprius eius finis;iam dicatur neceſſe eſt,vel non referri per medios fines interiectos temporalia in Deum contra naturalem legem omnium, vt dicebat S. Thomas; vel aliquid eſſe temporalis, quod non referatur ad finem ſpiritualem.Contra quod reclamare ratio videtur: non enim temporalia quærenda ſunt, niſi propter ſpiritualia; nec aliam habent regulam, ut docent D.Thomas, Henricus, Riccardus. Etenim non accipitur regendum corpus in rep. prout conuenit ſolum cũ brutis (eſſet enim potius,ut colligitur ex Ariſt. regnum brutale) ſed vt humanum eſt, & propterea in ordine ad bona animi; ideo quamuis ſecularis poteſtas ſua vi non agat de ſpiritualibus, debet ad ea ſuum regimen dirigere.Reclamare itẽ videtur Philoſophorũ ſchola aſſerens felicitatem,quę in Deo eſt,per ſe ſolum appeti,omnia propter illam: reclamare Theologorum ſchola, affirmans cæteris omnibus nos debere vti, ſolo Deo frui, quare nihil prorſus eſt temporalis, quod totum omni ex parte nõ ſit ad ſpirituale referendũ. Itaq; ex totali ſubordinatione cõcluditur ſe extendere Eccleſiæ poteſtatẽ omni ex parte ad cuncta tẽporalia, etiam ſecundum illum finẽ, quo regimẽ corporis diſtinguitur à regimine animi;idcirco eminẽter ex illa habetur,contineri monarchiã temporalẽ in ſpirituali;formaliter,ut dixi quo ad gradum regium, & abſolute,ſeu ſupremam præ omnibus aliis, cum habeat Eccleſia præ aliis amplius poteſtatẽ ad ſuperiorem finẽ, vſque ad vltimum, ad quem perducere per media ſupernaturalia ſolius eſt Eccleſiæ. Quapropter erit compoſita quædam poteſtas in Pontifice totalis,& omnino perfecta ex ſpiritualium,& temporalium dominio; & eſto quod primaria ſit, & velut forma ſpiritualis, ſecundaria temporalis, & regia: & aliter eſſe non poteſt temporalis compara-

D.Thom. 4. ſent. diſt. 24 q. 1. ar. 3. q. 3 ad 2. Hen. quodlib. 6. q. 23. Ricar. 4. diſtin. 24. ar. 3. q. 1. Ariſt. 1. polit. c. 2. cuius totum eſt arg.

Corollariũ totius Operis.

Digitized by Google

ta ad ſpiritualem: cum temporale recipiat ſuam regulam,& finem totum a ſpirituali, & ſecundario temporalia præ ſpiritualibus ſit quærenda, tamen temporalis Eccleſiæ poteſtas præ cæteris eſt eminenter, formaliter, & abſolute Monarchica; quare ſuccedit loco Chriſti, qui caput eſt, quo ad animam(ait D.Thomas) & quoad corpora in regno & ſacerdotio: quod magis oſtendet ſequens in ordine Ratio.

D.Thom. 3. par.q.8.ar. 2.4 ſent.diſtin.13.q.2. art.2.q.2.

Quarta ratio Monarchiã Eccleſia probans.

In Eccleſia diuina inſtitutione eſt regnum,& Sacerdotium: Sed vnum eſt abſolute,& ſimpliciter caput diuina inſtitutione in tota Eccleſia: ergo vnum eſt abſolute, & ſimpliciter viſibile caput diuina inſtitutione regni, & Sacerdotij in tota Eccleſia. Probatur Ma. quia Eccleſia ex ſeſe eſt perfecta quædam reſpub.quare in illa erit regimen animi, & corporis, quod requiritur ad perfectum, & abſolutum regimen reip.quæ eſt hominũ cauſa, vt eorũ corpori, & animo proſpiciatur, quod ſupra dicebatur. Hinc Concilium Lateranenſe: *Eccleſia Dei & in his quæ ſpectant ad ſubſidium corporis,& in his quæ ad profectum veniunt animorum,ſicut pia mater,prouidere tenetur*. Sic Concilium. Secundo probatur eadem Ma. quia hoc docet Origen.lib.3. con.Celſum aſſerens eſſe Eccleſiã diuinitus inſtitutam perfeſtã rempublicã,in eaque eſſe magiſtratus, quod ſi Sacerdotes Chriſtiani non pugnabãnt accincti armis, ideo faciebant, quo grauioribus vacarent.quod etiam ab ipſis Ethnicis Sacerdotibus fiebat, vt idem docet Origenes lib.8. in fine, & fuiſſe in Eccleſia Magiſtratus, ſeu abſolute ſecularium rerum tribunal poteſtate ordinaria diuina inſtitutione dicemus lib.2. c. 1. & ſequentibus lib.3.cap.3.& ſequentibus ex SS.Patribus, Concilijs, & pluribus alijs locis toto hoc opere. Tertio, quia alioquin Chriſtus ſuam rempublicam mancam reliquiſſet: ſunt enim in Eccleſia boni cum malis per-

Concil. Later.c.18.

permixti,& non videtur veriſimile reliquiſſe Chriſtum regimen animi, & non corporis; cum experientia conſtet omnes contẽtiones maiori ex parte eſſe circa rem familiarem,& ea quæ ſpectant ad corpus,vt cernere eſt in tribunalibus, quæ hiſce ſunt plena. Quarto, quia Deus in veteri lege inſtituit talem rempublicam, vt in ea foret tribunal rerum temporalium; & penes vnam, & eandem perſonã Moyſem vt lib. 5. dicemus. Sexto, ipſi Ethnici Rempublicam duplici conſtare Regimine voluerunt Sacerdotibus, & Magiſtratibus: ita Iuriſperiti, & Philoſophi, quos infra afferemus.Septimo idem aſſeruere Doctores, Canoniſtæ, Theologi, Patres, Concilia, Pontifices, quos referemus lib.2.cap.12.itaque reſtat probanda Minor Propoſitio,nimirum eſſe in Eccleſia diuina inſtitutione abſolute, & perfecte vnum viſibile caput, & probatur Primo ex diuinis litteris: nã vbique ſine vlla reſtrictione aſſeritur vnum caput,quare debet ſimpliciter intelligi vnũ cum ſine limitatione ita aſſeratur:cap.1.Oſe.*Conſtituẽt ſibimet caput vnum*. Ezechielis 34. *Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnum*, & c. 37.*Et paſtor vnus erit omnium*. Io.20. *Fiet vnum ouile, & vnus paſtor*, & Paulus ad Romanos: *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto*. En vt ſe, & viſibiles fideles dicat vnum corpus: & pari modo vnum corpus dicit eſſe Eccleſiam in Epiſtola ad Corinthios, ad Epheſios,ad Coloſſenſes,& quod vnius ſimpliciter corporis viſibilis vnum eſt viſibile caput. Secundo probatur ex Concilijs, & Patribus: nam ſine limitatione aſſeritur ab illis caput totius Eccleſiæ S.Petrus, vel Romanus Pontifex:ita in Concilio Florẽtino habetur,& Romano. Quinto ſub Symmacho, vbi inſertus eſt liber Ennodij, & auctoritate Concilij approbatus, & ipſius Symmachi: idem docent Leo Magnus, Leo Nonus, Optatus Mileuitanus, Apponius, Cyprianus, Bernardus,

Rom. 12.
1.Cor. 10.
Conc. Flor. in litteris vnionis.
Leo Magn. ſer.1.in Natali Apoſt.
Leo viiij.in epiſt.ad Mica. & Arc. c.10.& 38.
Opt. lib.2. con. Parm.
App.in cãtica lib.2.

Digitized by Google

dus, Proſper. Tertio probatur, quia alioquin dicamus neceſſe eſt, vel eſſe ſimpliciter duas viſibiles, quo ad regimen, Eccleſias, ſeu duo corpora; vel vnius abſolute corporis duo abſolute capita, velut deducemus lib. 5. cap. 2. & in ratione ſeptima. Quarto probatur, Eccleſia diu caruit Chriſtianis Regibus, quæro ergo apud quos ex hiſtorijs, vel ſacris litteris, vel Sanctis Patribus fuit tribunal non interrupta ſucceſſione, ad quod in Eccleſia recurrerent Chriſtiani? non poterit proferri tali ſucceſſione nō interrupta apud laicos fuiſſe, veluti nos demōſtrabimus;apud ſacros præſules fuiſſe) quouſq; quoad exercitiũ excreſcēte numero fideliũ, quo grauioribus vacarent,reliquerunt iuditia laicorum circa res temporales laicis Principibus) ex Hiſtorijs, S. Patribus, Concilijs, & Sacris litteris, & ratio adducta demonſtrat, cum Eccleſia in Epiſcopo ſit teſte Cypriano, & totà Eccleſia ſit Sacerdotum vocata ait Gelaſius primus. Quinto probatur, quia in vnoquoque genere datur primum, quod eſt menſura cæterorum in eo genere 10.Meta.c.2.debet autē hæc menſura eiuſdē eſſe rationis, 10.Metaphyſ. t.4.& 4.Phyſ.t.133. ergo vnum debet dari supremuũ regens in temporalibus: ſed per hos talis non eſt ſacerdos,ergo laicus aliquis; ergo in Eccleſia ſimpliciter, & abſolutè erunt duo capita, vnum penes quod ſit ſacerdotalis poteſtas; alterum penes quod ſit temporalis, ſeu Regia. Nec dicas eſſe vnum caput,quia cum temporale totum ſit propter ſpirituale, & totum eſt illi ſubiectum: nam ſi menſura debet eſſe eiuſdem rationis cum menſurato, iam laicalis erit prima menſura ſimpliciter, regia vero in ſacerdote ſecundum quid, & ſic videtur reduci regia in ſacerdote ad laicalem tamquam abſolutam;cum id quod eſt ſecundum quid tale, velut reſpectiuum ad abſolutum reducatur. Sexto probatur: Quia ſicut vna eſt Eccle-

S. Cypr. de vnit. Eccl. Ber.ep.143. ad Cor. Proſp.lib.2. de ingr.c.6.

Cypr.ep 69. ad Pupin. Gelaſ. cont. Androm. ſent.

ſia, in qua eſt ſacerdotium, dandus eſt in ea vnus Epiſcopus in rebus ſpiritualibus: ita pari ratione, cum in ea ſit regnũ, debet dari vnus ſupremus Rex loco Chriſti: atqui (vt dicebamus) cum diu caruerit reſpubl. Chriſtiana regibus Chriſtianis, vnus erit ſuprẽmus Sacerdos in toto orbe, & pariter Rex loco Chriſti Petri ſucceſſor. Septimo probatur, quia cum Chriſtus fuerit Rex totius orbis (veluti infra oſtendetur) & per viſibiles miniſtros regat; ſicuti loco ſui viſibiles in Eccleſia miniſtros conſtituit in ſacerdotio, & vnum ſupremum inter illos; ita & reges: ergo cum tales non reliquerit (ex dictis) laicos, vnum, & eundem reliquit ſacerdotem, & regem.

Inf. c. 23.

Quinta ratio.

Sed venio ad aliud argumentum: Cuius regimini ſimpliciter in repub. datus eſt totus homo, ille eſt ſupremus, & abſolute Monarcha in cunctis etiam temporalibus: ſed ita datus eſt homo Eccleſiæ regimini; ergo &c. Maior clara eſt; humana enim ſocietas, ſeu reſp. eſt hominum cauſa. probatur Min. quia cum beatitudo huius vitæ tota ordinata ſit ad æternam, tota pertinet ad Eccleſiam: at ad beatitudinem huius vitæ (ait D. Thom. 1. 2. q. 4. ar. 6. & 7.) *Ex neceſſitate requiritur bona diſpoſitio corporis; conſiſtit enim hæc beatitudo ſecundum Philoſophum in operatione virtutis perfectæ: manifeſtum eſt autem, quod per inualetudinem corporis in omni operatione virtutis homo impediri poteſt*. Hæc non tam D. Thomas, quam Ariſt. 1. Ethic. cap. 8. qui propterea reprehendit quoddam Epigramma, in quo tamquam ſeparata à felicitate ſanitas narrabatur, & exponunt Euſtratius, Auerroes, & cæteri. & art. ſeq. *Requiruntur externa bona, non quaſi de eſſentia beatitudinis exiſtentia, ſed quaſi inſtrumentaliter deſeruitia beatitudini, quæ conſiſtit in operatione virtutis, vt dicitur in primo Ethicorum. indiget enim homo in hac*

uita

Digitized by Google

vita neceſſarijs corporis tam ad operationem virtutis
contemplatiuæ, quam etiam ad operationem virtutis
actiuæ; ad quam etiam plura alia requiruntur. & in 3.
parte: *Beatitudo principaliter, & proprie conſiſtit in* q. 18. ar. 10. ad 2.
anima, & ſecundum mentem: ſecundario tamen, &
quaſi inſtrumentaliter requiruntur ad beatitudinem cor
poris bona; ſicut etiam Philoſophus dicit in 1. Ethicor.
quod exteriora bona organice deſeruiunt beatitudini.
& 2. 2. *Vitæ præſentis felicitas eſt duplex, vna quidem* q. 186. ar. 3. ad 4.
ſecundum vitam actiuam, alia vero ſecundum vitam
contemplatiuam, vt patet per Philoſophum in 10. *Eth.*
ad felicitatem autem vitæ actiuæ, quæ conſiſtit in exte-
rioribus operationibus, inſtrumentaliter diuitiæ coadiu
uant; quia (vt Philoſophus dicit in 10. *Ethic.) multa*
operamur per amicos, & per diuitias, & per ciuilem po-
tentiam, ſicut per quadam organa: ad felicitatem vero
vitæ contemplatiuæ non multum operantur. Hæc San-
ctus. Ergo cum ſupremus Epiſcopus, Petri ſucceſſor,
ſit in culmine ſtatus perfectionis tam actiuæ, quam con
templatiuæ; & habeat ex officio perducere cunctos ho
mines ad perfectionem vitæ actiuæ, iuxta cuiuſcunque
perſonæ conditionem externis quaſi mediis, vel inſtru
mentis vti poterit, veluti ſtatui ſuo debitis ad popu-
lum regendum. Quare idem S. Doctor: *Status Epiſco-* D. Tho 2. 2. q. 186. art. 3. ad 5.
palis non ordinatur ad perfectionem adipiſcendam, ſed
potius vt ex perfectione, quam quiſque habet, alios gu-
bernet, non ſolum miniſtrando ſpiritualia, ſed etiam tem-
poralia, quod pertinet ad vitam actiuam; in qua multa
operanda occurrunt inſtrumentaliter per diuitias: Sic
ille. Secundo probatur: Secularis Princeps non niſi
per ordinem ad finem reipub. habet dominium tempo-
talium: ergo multo magis Eccleſia agens ex poteſtate
de fine totius reip. Probatur Antecedens; quia licet ſe-
cularis Princeps nõ agat ex poteſtate de ſpiritualibus,

debet tamen dirigere ad illa, cum eius poteſtas tota menſuretur à fine reipub. cuius gratia eſt; finis autem reipub. cum ſit felicitas, eſt per ſe in bonis animi, ſeu rebus ſpiritualibus, & tamquam in vltimo termino in Deo. Probatur Conſequentia; quia ſi per ordinem ad felicitatem finem reipub. totum habetur dominium, iam illa poteſtas, quæ agit de ipſo fine, erit magis domina, cum felicitatis gratia cuncta ſint in repub. felicitas vero nullius alterius: & hoc habetur ex Ariſtot. 1. Ethic. cap. 1. & 2. & 8. Tertio probatur: Corpus humanum, vti pars eſt eſſentialis hominis, pertinet ad naturalem Philoſophum cōſiderare; vt ſanari poteſt ad Medicum: ſub alia ratione ad alios; in repub. politica gubernandum conſideratur; & ſub hac ratione habetur eius dominium tamquam requiſitum ad beatitudinem huius vitæ perfectam (cum per conuerſionem ad phantaſmata animus intelligat) & quaſi inſtrumentaliter inſeruiens felicitati; at in bona philoſophia ad eandem facultatē pertinet inducere formā, & eius inſtrumenta, ſeu media; ita v.g. ignis producit in lignum formā ignis inducendo calorem, quo aſſequatur finē ſuum, & operetur per illum: ſed ad Eccleſiam pertinet forma felicitatis, quæ per ſe eſt in bonis ſpiritualibus: ergo etiam corpus, & externa, quæ regenda per dominium accipiuntur in repub. politica, prout organīce deſeruiunt felicitati, vt dicebatur ex D. Thom. & habetur ex Ariſt. Ethic. 1. cap. 8. Quarto probatur: Ita homo traditus eſt hic regendus Eccleſiæ, prout ordinatus eſt, quo in cælis beatus ſit meritis Chriſti, quorum eſt miniſtra Eccleſia: at Chriſtus cum meruerit nobis gloriam animi, & corporis; eius meritis erit beatus homo totus, & ſecundum animam, & ſecundum corpus; quare Sanctus Thomas directe, & ſimpliciter bona temporalia cadere ſub meritum aſſerit: *Si*, ait, *conſiderentur prout ſunt*

1. 2. q. vlt. art. vlt.

vtilia

vtilia ad opera virtutum, quibus perducimur in vitam æternam. Sic ille, & cum eo in illum locum Conradus Koellin, & alij interpretes. Quinto probatur: Si enim (quod dicebatur initio) poteſtas menſuratur à fine, talis erit poteſtas, qualis finis: ſed finis hominis æterna felicitas erit ſimpliciter, & abſolute ſecundum animam & corpus: ergo talis erit Eccleſiæ poteſtas. Sexto probatur: Naturali inclinatione omnia agit homo mediate ſaltē, & implicite, ex parte operis propter felicitatem, eamq; neceſſariò appetit, nec omnino quieſcit, donec integram habeat & perfectam; quare quæ in hac vita habetur felicitas, cum ſit imperfecta, non explet appetitum humanum; anima licèt eſſentialiter beata ſit Dei viſione, & fruitione, naturaliter deſiderat vniri corpori, vt parti totius hominis, quo integram habeat, & omnino perfectam beatitudinem ex parte compoſiti, vt ſæpe docet D. Thomas. Ex his colligitur *1.2.q.4.ar.*
Primo rationem à nobis initio adductam ex totali *5. lib.4. ſen.*
diſ.49.q.4.
ſubordinatione, ſicuti & plures aliæ ex eadē adductæ, *ar 5.q.2.op.*
ſupremam regni Monarchiam probare. Secundo vt ibi- *2.c. 51. & 52.*
dem dicebatur, quia dominium habetur per ſuperio- *Nota hoc.*
rem finem, magis augeri directum dominium, alioquin quia ſæcularis habet dominium in externa medio corpore (ſunt enim illa gratia corporis) non haberet in externa directum dominium. Nec dux generalis totius exercitus directum dominium in priuatos milites, quia mediis particularibus ducibus habet in illos imperiū, quod etiā in alijs ſubordinatis poſſet oſtendi. Immo cū corpus ſit totū gratia animi, & ex ſua natura ab eo dependeat, non debet in repub. niſi per talem ordinem conſiderari; nec enim habetur in eā dominium (vti dicebatur) niſi animi gratia, & felicitatis, quæ per ſe primo eſt in bonis animi, ſecundario vero in bonis corporis in ordine ad animi bona, in quibus eſt ratio, & for-

ma

ma felicitatis. Ex quibus ſeptimo probatur ſuprema tẽporalis Monarchia in Sũmo Põtifice: Illi enim talis Monarchia cõuenit, qui præ cæteris poteſt felices reddere ciues: ſed talis eſt ſummus Pontifex: ergo. Ma. patet: nam in repub. prima menſura totius regiminis eſt felicitas (vt habetur ex Ariſt. 1. Eth. cap. 2. & 8.) ipſa enim veluti centrum eſt, à quo omnes deducuntur, & in quo omnes terminantur lineæ; felicitatis enim gratia omnia fiunt, vt ipſa adepta conquieſcamus: itaque præ cæteris illi talis Monarchia conuenit. Deinde oſtenſum eſt, regimen rerum temporalium ſub ea ratione conſiderari in repub. politica, quatenus inſtrumentaliter inſeruit felicitati; at cum inſtrumentum non agat, niſi virtute communicata ſibi à principali agẽti, debet ipſi coniungi agenti, quo ſortiatur effectum felicitatis; quare demõſtratum eſt, eiuſdem eſſe facultatis formam & inſtrumenta, ſeu media. Ideo Ariſt. docet, inſtrumenta naturam adaptaſſe ad officia: & alibi: naturam facultatem tribuere, ſimul & inſtrumenta: ergo ad vnũ & eundem pertinet miniſtrare ex officio ſpiritualia, & temporalia inſtrumenta, ſeu media, quibus vti debemus propter ſpiritualia, in quibus eſt forma & ratio felicitatis. Minor demonſtratur; nam cũ ſummus Pontifex ſit in eminentiſſimo gradu ſtatus perfectionis tam vitæ actiuæ, quam contemplatiuę, ex officio ad alios gubernandos, & totum orbem: apud ipſum erit ſuprema menſura, quæ debet eſſe eiuſdem rationis, tam felicitatis actiuæ, & operationum externarum, quam contemplatiuæ, & internarum. Accedit quod ipſe ſolus præ cęteris ſingulari priuilegio minus errare poteſt in vniuerſali regimine morum, & earum rerum, quæ ſunt æternæ veritatis; quare ſummo Pontifici præ cæteris inſtrumenta, ſeu media felicitatis conueniunt, & temporalium regimen, quod tanquam inſtrumentum, &

Ariſtot. de partib. ani. lib. 4. c. 12. & c. 1. circa finem.

medium

Digitized by Google

medium datur felicitatis in hac vita, & per hanc in patria cæleſti; quo beati erimus perfecta beatitudine, & ſecundum animam,& ſecundum corpus. Tandem ait Ariſtoteles, loquens de Monarchia, ſeu vnius regimine tanquam optimo: *Optime proficiunt inſtrumenta, ſi eorum ſingula non multis, ſed vni deſeruiant. Natura etiam*(eodē teſte Philoſopho) *rei melioris ſemper eſt auctor*. quare cum temporalia inſtrumenta ſint, & media felicitatis,illi vni maxime cōueniunt,qui maxime hic felices poteſt reddere,& in æterna vita:quare cū talis ſit prę ceteris Petri ſucceſſor,ipſi talia inſtrumēta conueniunt præ cæteris omnibus; & ſic erit vna in toto orbe reſp.qualem eſſe docet idem Ariſt. & militās vna Eccleſia inſtar triumphantis, in qua præſidet vnus in rebus omnibus Princeps. Succedit itaque Eccleſia in ſacerdotio, & regno Chriſti, cum ſacerdotium ſit circa animam, & ſpiritualia, regnum circa corpus, & externa, veluti inſtrumenta inſeruientia felicitati.

1. Polit. c. 1. 2. de part. c. 14. & 4. c. 10.

5. Ethic. c. 7.

ASSERTORES TEMPORALIS Eccleſiæ Monarchiæ afferuntur, & ſingulæ particulæ Concluſionis propoſitæ explicantur. Cap. II.

IAM vero nihil, vt arbitror, hac in re noui aſſerimus; ſed potius quod aliquibus minus notum eſt, patefacimus. Nam in primis conſtat, hanc eſſe communem Doctorum Canoniſtarum ſententiam, etenim Innocentius cap. licet, de foro competenti, expreſſe vult, penes vnam, & eādem perſonam regnum fuiſſe & ſacerdotiū à tempore Noe vſque ad Chriſtum regem, & ſacerdotem: deinde

Doct. Canoniſtæ qui aſſerunt 3. modo conuenire Monarc. Eccleſiæ. Innocent.

deinde vice Chriſti ſucceſſiſſe in regno, & ſacerdotio Petrum, & eius ſucceſſores. & ibidem eadem docet Ioannes Andreas, & Hoſtienſis in ſua ſumma lib. 4. cap. per venerabilem, qui filij ſunt legitimi §. qualiter. Abbas in cap. nouit. de iudicijs, & citat Ioannem à Lignano: & iuriſperitorum princeps Bartholus in Extrauaganti, ad reprimendum, in verbo totius orbis, qui dicit eſſe ſententiam S. Matris Eccleſiæ. S. Antoninus, & cæteri Doctores Canoniſtæ aſſerentes vtrumque gladium habitu eſſe penes Pontificem: ſed vnum immediate per ipſum Pontificem exercendum; alterum in quibuſdam caſibus, aut certe ad nutum Pontificis per alios, & hanc eſſe communem Canoniſtarum ſententiam, nec oppoſitæ opinionis Auctores negant. Accedunt ad Canoniſtas præcipui quique Theologi, D. Thomas cap. 10. lib. 3. opuſc. 20. de regimine Principum, quod opuſculum veluti D. Thomæ germanum Thomiſtarum ſchola recepit, de qua re non nihil dicã lib. 5. cap. 2. ibi igitur S. Doctor dicit, omnem poteſtatem, quam Chriſtus habebat in cœlo, & in terra ſecundum humanam naturam Petro eſſe communicatam, ita vt Rex dici poſſit Romanus Pontifex, & Sacerdos, veluti Chriſtus fuit; atqui in Chriſto ſecundum humanam naturam, fuit ex S. Thoma abſoluta rerum omnium temporalium poteſtas, & in fine eiuſdem cap. ait, ſucceſſiſſe Romanam Eccleſiã vice Chriſti in quatuor Monarchijs denotatis ſtatua illa, quam vidit Nabuchdonoſor Rex: erit itaque Pontifex omnium regionum iure & poteſtate dominus, quas occuparunt regna illa, denotata quatuor illis Monarchiis, ſeu ma uis dicere totius orbis: conſtat enim regna illa fuiſſe temporalia, & velle D. Thomam Chriſtum ſecundum humanam naturam regem fuiſſe, & ſacerdotem, cum

alias

Ioann. Andreas. Hoſtienſis. Abbas.

Ioannes à Lignano.

Bartholus.

S. Antonin. 3. par. tit. 3. c. 2. tit. 22. c. 5. §. 8.

Theologorũ auctoritat.

D. Thomas in comm. in epiſt. ad Hebr. in cap. 1. in ea verba quem conſtituit heredẽ vniuerſorũ & in cap. 2. in ea verba omnia ei ſubiecit, & in cõm. in epiſ. ad Cor. 1. in ea verba: Omnia ſubiecit ſub pedibus eius. & in com. in Ioan. in c. 13. in ea verba: Omnia dedit ei pater in manus. & in multis alijs locis citatis in q. de dominio Chriſti.

alias ſæpe,tum vero in ipſo opuſculo :ita cap. 12.in calce,& c.13.14.& 16. *Opportuno*, ait, *tempore, vt manifeſtaretur mundo regnum Chriſti compoſitum*; non ergo vna ſimplex poteſtas: *Virtus principis noſtri Ieſu Chriſti principem mundi ſolicitauit, Conſtantinum videlicet, percutiens eum lepra, ac ipſum curans ſupra humanam virtutem, qua probata in dominio ceſſit Vicario Chriſti, videlicet Silueſtro, cui de iure debebatur ex cauſis, & rationibus ſuperius aſſignatis. In qua quidem ceſſione ſpirituali Chriſti regno adiunctum eſt temporale, ſpirituali manẽte in ſuo vigore: quia illud per ſe quæri debet à Chriſtifidelibus; iſtud vero ſecundariò, tanquam adminiſtrans primo, aliter autem contra intentionem ſit Chriſti*. Sic ille. An non intelligit D. Thomas principatum mundi, quem habebat Conſtantinus, coniunctum eſſe ſacerdotio; quem licet antea non haberet Silueſter de facto; de iure debitus erat; & propterea adiunctus de facto poſt conuerſionem Conſtantini? & quonam iure, niſi diuino, & naturali? vt probant rationes allatæ ab ipſo ſupra cap. 10. vbi docet, pendere alia dominia à dominio Pontificis, ſicut corpus ab anima, quod recipit ab illa eſſe, virtutem, & omnem operationem; & oſtendunt etiam rationes allatæ cap. 9. in calce. & cap. 1. 2. & 3. & clare docet conuenire tali iure cap. 19. vt hinc videas etiam de iure habere Petri ſucceſſorem dominium ſuper infideles. Aſſeritur enim iure fuiſſe debitum imperium Romanum ante Conſtantinum: atqui ante Conſtantinum poſſidebatur ab Ethnicis. Quod ipſum etiam ſupra D. Thom. expreſſerat, cum ſuccedere affirmaſſet Romanam Eccleſiam loco Chriſti quatuor Monarchijs à ſtatua illa, quam vidit Nabuchdonoſor, ſignificatis: nam regiones illæ per eas monarchias poſſeſſæ detinebantur ab infidelibus. Itemque cum dixit, omnem poteſtatem,

in eod. lib. 3.

in eod. opuſcul. & lib

D quam

quam Chriſtus habebat ſecũdum humanam naturam, Petro communicatam. Conſtat enim Chriſto conuenire in omnia regna Ethnicorum, & cunctos Ethnicos abſolutam poteſtatem, vt dicebamus ex D. Thomæ ſententia. & cap. 19. eiuſdem Opuſculi ait, datos ſeptem Electores Imperij à Gregorio Quinto, & ab Eccleſia Romana, *Quæ ſupremum*, ait, *gradum in principatu tenet*, vtique temporali, cum de temporali imperio ſit ſermo. Et mox loquens etiam de temporalibus, *Pro bono ſtatu vniuerſalis Eccleſiæ videtur Vicarius Chriſti habere plenitudinem poteſtatis*. & paulo poſt: *Ampliatur Regis poteſtas imponendo tallias, deſtruendo ciuitates, & caſtra pro conſeruatione totius regni; multo igitur magis conuenit ſummo & ſupremo Principi, ideſt, Papæ ad bonum totius Chriſtianitatis*. & in calce dicit, Pontificem eſſe conſtitutum ſuper gentes, & regna; ſupra gentes tamquam ſubditas; ſuper regna tamquam dominum, vtique tẽporalem; de hoc enim regno loquitur. & in calce lib. 2. Sententiarum coniunctam eſſe aſſerit poteſtatem temporalem cũ ſpirituali, ita vt apex vtriuſque poteſtatis penes Pontificem ſit: quare non eſt vna ſimplex poteſtas: *Illo*, inquit, *diſponente, qui eſt ſacerdos, & Rex in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, Rex Regum*: ergo etiam temporalium *& dominus Dominantium*: indicans per hæc Regem eſſe, & ſacerdotem ſummum Pontificem, veluti fuit Melchiſedech. Eadem ſentit S. Bonauentura docens vnà cum Bernardo, vtrumque gladium eſſe penes Eccleſiam, & lib. 4. ſent. diſt. 24. dubio 3. in expoſitione literę, ait: Sacerdotium nouæ legis eſſe regale Sacerdotium, quia in noua lege regnum eſt ſubiectum ſacerdotio. Et ne putares vtramque poteſtatem non eſſe coniunctam in vna, & eadem perſona, infra q. 2. dicit; ſacerdotium Chriſti fuiſſe ſecundum ordinem Melchiſedech; qui

D. Tho. hic accipit poteſtatẽ pro vſu, vt ſæpe ſolet.

Multa alia teſtimonia D. Thomæ citantur li. 12. in proprijs ipſius teſtimonijs, ſatis hic aliqua adduxiſſe.

D. Bonau. 4 diſt. 37.

fuit

ſuit Rex & ſacerdos, licet Chriſtus honorem regium recuſarit humilitatis cauſa. & alias docet, ſacerdotiũ nouæ legis ſecundum ordinem Melchiſedech, gemina ſimul iunѓta in vna perſona conſtare dignitate regia, & ſacerdotali. Similia habet Riccardus de duobus gladijs, & præterea Moyſen dicit magis fuiſſe figuram Chriſti, quam Aaron; quia Moyſes ſummus Rex fuerit, & ſimul ſummus ſacerdos, qualis fuit Chriſtus. & ſub Chriſto talem eſſe Romanum Pontificem. Conſentiunt Henricus Gandauenſis, & Petrus Paludanus, affirmantes, duos gladios, & duas claues à Chriſto Petro datas, temporalem ſcilicet, & ſpiritualem poteſtatem: quamuis velint ſpiritualem immediate à Pontifice exercendam, temporalem vero in quibuſdam caſibus, per ipſum, vel ad nutum, & eius imperium per alios, quo grauioribus vacet: vt propterea doceant ſemper remanere principalem, ſeu radicalem temporalium poteſtatem penes Pontificem. Accedere conſtat Egidium, qui temporalem gladium, non ſolum ad imperium Pontificis concedit: ſed ex plenitudine poteſtatis eſſe coniunctum, velut fuit in Moyſe; qui non exerceatur, vt magis ſpiritualibus vacetur. Adiungendi ſunt Franciſcus Mayro, & Ioannes Bacconitanus, qui vtramque poteſtatem, eamq; ſupremam coniunctam in Pontifice concludunt; & præterea Dionyſius Carthuſianus, qui communem eſſe Theologorum ſententiam docet. Quibus plures alij adnumerari poſſent, & antiqui, & noſtri etiam huius ſæculi Theologi, quos proprio libro per plures claſſes diſtinctos re cenſebimus. & vt ex celebrioribus nationibus aliquos enumerem, qui hoc noſtro ſeculo illuſtres fuerunt; ex Italis idem cum ſupradictis ſentit Franciſcus Ferrarienſis; ex Gallis Gilbertus Genebrardus; ex Hiſpanis Illuſtriſſimus Toletus.

Bonau. 4. diſt. 24. art. 2 q. 3. ad argum.

Riccard. de Med. Villa 4. ſen. d. 37. & d. 24. ar. 5. q. 3. ad. 5.

Henri. Gandau. quodl. 6. q. 23.

Palud. in 3. ſen. d 41 q. 2. concl. 3.

Egid. Rom. de poteſt. ecclesiaſ. par. 3. cap. 1.

Frãc. May. in q. quodl. q. 11. et in 4 ſent diſt. 19. q. 4.

Io. Baccon. in prolog in 4. ſen. q. 11. art. 4.

Carthuſ. 2. lib ſen. diſt. 44. q. 5. poſt med.

Ferrar. 4. cõtra gent. c. 76.

Genebr. in com. in pſa. 46. & 121.

Telet. in cõ. in Luc. an. 89. c. 1.

Digitized by Google

Sed Patres tam Græcos, quam Latinos idem voluiſſe conſtat, ex quibus expreſſe habetur, eſſe in Eccleſia abſolute tribunal diuino iure iudicandi quorumcũque hominum laicorum lites rerum ſecundum ſe temporalium: quam poteſtatem plures Epiſcopos tali iure exercuiſſe Chriſtianis Imperatoribus liquet; vel certe eſſe talem poteſtatem exercendi affirmant; vt docet pluribus in locis Auguſtinus, qui cum multum premeretur onere litium Chriſtianorum, & aliorũ laicorum: *Cauſas*, inquit, *ſuas ad nos deferre compellunt, quibus dicere non audemus: Dic homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos? conſtituit enim talibus cauſis Eccleſiaſticos Apoſtolus cognitores, in foro prohibens iurgare Chriſtianos*. Sic Auguſt. in comment. in Pſalm. 118. in ea verba: *Declinate à me maligni*; & tale tribunal eſſe in Eccleſia docet etiam tomo 3. de opere Monach. c. 29. in Enchir. ad Laurent. c. 78. tomo. 2. epiſt. 147. ad Proculeia: in fine epiſt. tomo 8. in pſal. 49. tomo 10. homil. 50. & de verb. Apoſt. ſer. 24. & in Concil. Carthag. 3. c. 9. & Carthag. dicto 4. c. 26. in quibus ſubſcriptus eſt Auguſt. in Carthagin. dicto quinto cap. 1. & Carthag. poſt conſulatum Flauij Stilliconis cap. 26. in quibus licet ſubſcriptus non legatur Auguſtinus, cum deſiderentur ſubſcriptiones Epiſcoporum veriſimile tamen eſt interfuiſſe, cum eo tempore foret Epiſcopus: idem docent Ambroſ. Poſſid. Beda, Procopius, & alij citati lib. 2. cap. 4. & ſeqq. Accedunt Patres illi, qui dicunt translatum per Chriſtum in vnam, & eandem perſonam in Eccleſiam regnum, & ſacerdotium: Ambroſius, Primaſius, Remigius ſeu Haymo, Hieronymus, Epiphanius citati lib. 2. cap. 11. Adiungi poſſunt plures alij varijs in locis relati ex ſummis Pontificibus, Leo Magnus, Gregorius Magnus, Nicolaus Magnus, Leo IX. Nicolaus II. Gregorius VII. Ioannes XXII.

Augu teſte Poſſidio iudicabat cu inſuis ſecta hominum cauſas ex Apoſtolica. Pauli auctoritate, ita teſtatur in vita. Auguſt.

Carth. poſt conſul. Flauij, &c. extat nomine concilij Africani to. 1. Conciliorum.

XXII. Clemens Romanus, Anacletus. Ex Concilijs videntur idem ſenſiſse Concilium Magnum Nicenum Primum interprete S.Leone IX. & Nicolao Magno, & alijs; Florentinum, Lateranenſe ſub Alexandro III. Lateranenſe ſub Leone X. Carthag. 3. Carthag. 4. Carthag. 5. Carthag. poſt Conſulatũ Flauij Still. Romanum V. ſub Symmacho, Vernenſe, Meldenſe, Franfordienſe, Pariſienſe, Colonienſe. Ex Græcis Patribus Didymus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Epiphanius, Cyrillus Alexandrinus, Chryſoſtomus, Baſilius, Aponius, Ephrem Syrus. Ex Latinis Cyprianus, Caſſiodorus, Bernardus, Rabanus, Riccardus S. Victoris, Rupertus, Ansbertus, Haymo, & alij, qui licet Regis nomine non vtantur tanquam titulo potius ad externã quãdam ſecularem apparentiam ſpectante: poteſtatẽ tamen Eccleſiæ circa res temporales docent. Nec mirũ Gregorius Magnus noluit nomen vniuerſalis Epiſcopi recipere pro rerum, & temporum opportunitate, quo iniquum Conſtantinopolitanorũ Antiſtitum faſtum reprimeret, qui illud vſurpabant; eundẽ tamen primatum Romanæ Eccleſiæ ſæpe docet. Cyprianus fratrem Cornelium Papam appellat, & eundem fatetur vniuerſalẽ paſtorem. Sed ad rem noſtram, idem dicendum foret ex Philoſophorum Ethnicorũ ſententia, qui iure debitũ regnũ Sacerdotibus docuere; ita Stoicæ ſectæ Princeps Zeno, Plato, Ariſt. Stoici Pythagorei, Mercurius Triſmegiſtus, Iamblicus, Aegyptij, & celebriores nationes. Hæc, quæ diximus, vera eſſe cognoſcet lector ex indice aſſertorum temporalis Eccleſiæ Monarchiæ, quem de induſtria in fine huius primę partis poſuimus, clarius, & apertius in cæteris huius primi Tomi partibus, in quibus teſtimonijs concluſionem propoſitam probabimus; in præſentia illos tantum recenſuimus, qui in hac prima parte citabuntur, iam ad alias par-

Greg. lib. 6. ep. 4. ad Cyria.

Cypr. ep. 41. & 45.

particulas Concluſionis declarandas pergamus.

Aliæ particulæ Cõcluſionis declarantur.

Diuino reuelato, & naturali iure: His potiſſimum titulis conuenire Eccleſiæ Monarchiam oſtendemus. Nam quod conueniat donatione Principũ ſecularium, vel populorum ſpontanea ſubiectione, humano iure eſt, quo iure multa regna ſubiecta ſunt Eccleſiæ; & Occidentale imperium ſubiectum eſſe Conſtantini donatione à pluribus affirmatur, licet ab alijs potius reſtitutio aliquo modo appelletur, quod ſecundum variam ſignificationem vtrumque eſſe poteſt: nam quod liberam Imperator reliquerit Silueſtro adminiſtrationẽ in ædificationem fidei, & morum, ac publicam quietẽ, cum antea Ethnici Imperatores impugnaſſent, reſtitutio potius (hoc enim iure diuino debitum eſſe Eccleſiæ dicimus) vocari debet: quod vero Conſtantinus ſe priuarit omni dominio, immediatam in omnibus executionem tribuens Silueſtro; donatio dicenda eſt, cum id tribuatur, quod ſuum erat; nec eo dominio priuari iure debebat, nec poterat, ſi recte Conſtantinus vſus eſſet. Sed de donatione Eccleſiæ facta à Conſtantino, ſeu ab alijs, fuſius ſuo loco. Porrò conuenire diuino Iure reuelato colligemus in calce lib. 1. & lib. 3. præſertim in calce lib. 5. vbi Eccleſiam ſuccedere in Sacerdotio, & regno Chriſti oſtendemus.

Quæſtio, an Eccleſiæ dominium ſe extẽdat ad infideles.

Sed quæſtio eſſe poteſt de dominio Eccleſiæ ſupra infideles: quod conuenire Eccleſiæ (ni fallor) allata prima ſuperiori capite ratio demonſtrat. Nam ſi eouſque ſe extendit Eccleſiaſtica poteſtas ſuo imperio, quouſque proprius eius finis ſe extendit, cum finis eius ſe extendat ad omnes Ethnicos, & omnia temporalia, veluti ordinata ad vltimum finem; iam ſubiacebunt, quoad regna temporalia Ethnici ſupremo Hierarchæ in ſpiritualibus. Deinde: Quod ſecundum ſuam rationem, ſeu naturam eſt ſubiectum ſpirituali, apud quemcum-

que illud ſit, eſt pariter ſubiectum ſupremo Hierarchæ in ſpiritualibus: ſed temporale dominium politicum, præſertim (vt ſecundum ſubiectam materiam de monarchia loquamur, quomodo ſemper de temporali in hoc opere loquimur) ex ſua ratione & natura, ſubiectũ eſt ſpirituali: ergo ſupremo Hierarchæ in ſpiritualibus: Quare apud quemcumque ſit illud temporale dominium, erit ſubiectum ipſi ſupremo Hierarchę in ſpiritualibus, cum à ſpiritualibus eius Monarchiæ poteſtas menſuretur; & conſequenter Pōtifici ſummo Romano, cui in Petro totius Hierarchiæ in ſpiritualibus in totũ orbem ſit data poteſtas. Maior patet, quia quod eſt ex ſua ratione tale, non variatur eius natura, quia penes hunc, vel illum ſit. Minor probatur: nam cum Princeps ſit gratia reipub. tota eius poteſtas à fine reipub. pręſcribetur; quare omnia in regiminę ad finem reipub. debet dirigere ſaltem virtute, & implicite. Eſt autem finis ſupremus reipub. aliquod bonum ſpirituale, vt dicam cap. 4. Secundo probatur ex dictis ſupra in prima ratione, in probatione minoris propoſ. Tertio probatur ex Platone, & Ariſt. citatis infra c. 4. immo ex cæteris Ethnicis philoſophis collocantibus felicitatem in bonis animi, ac dicentibus in ea re eſſe, quæ per ſe ſolum appetitur, omnia vero propter illam; Conſtat enim cuncta agi ab homine ſaltem virtute, vel implicite naturali inclinatione propter felicitatẽ, quam non poteſt non appetere, vt ſæpe docet D. Thomas, ita vt quidquid appetit, ſpecie felicitatis ſaltem apparentis appetat: ergo practice, & moraliter ſecundum ſuam rationem, temporale dominium eſt propter ſpirituale. Quarto probatur: nam vt docent D. Thomas, Hẽricus, Franciſcus Mayro, & alij Theologi, ſunt iure naturali ſubiecta temporalia Pontifici, tamquam ſupremo in ſpiritualibus Hierarchæ: at quod eſt iure naturę ſubiectũ, eſt

D. Thom. 1. p. q. 82. art. 1. & 2. q. 83 ar. 1. ad 5. 1. 2. q. 2. ar. 4. & 3. contr. gentil. 31. D. Tho. opu. 20. lib. 3. c. 19. Henric. quodl. 6. q. 23. Mayro. in quodl. q. 11.

Digitized by Google

eſt ſecundum ſuam rationem : & hoc etiam oſtendent argumenta, quæ iure naturali deberi Pótifici Monarchiam temporalem probabunt. Quinto probatur : Quia potentię ex Ariſt. vt dicam in ratione 14. per actus, & obiecta diſtinguuntur : ſed actus, & obiectum poteſtatis temporalis eſt è ſua natura propter ſpiritualia, vt patet ex dictis, adeo vt omnis actio implicite ſaltem ſit propter felicitatem, ergo eſt è ſua ratione ſubiecta temporalis poteſtas ſpirituali. Et quidem Scotus vult potentias ſecundum ſe abſolute diſtingui, non per actum, & obiectum. S. vero Thomas potius contra : ſed nemo negat cognoſci diſtinctas per operationes, & obiecta; cum operatio ſit, quæ indicat eſſentiam: & mihi habere conſtat potentias, ſeu poteſtates differentiã per habitudinem ad actus, & obiecta intrinſece, prout habitudo fundatur in potentia, & terminatur per actũ, & obiectum. Patet: nam poteſtas addit ad potentiam principium (ait S. Thomas) actiuum, nec poteſt intelligi ſine habitudine ad operandum, & obiectum : quare Ariſt. 5. Metaph. potentiam actiuam, & paſſiuam, per operationẽ, & obiecta diffinit; eſt itaque actus, & obiectum potentiæ temporalis intrinſece propter ſpiritualem, quod totum magis apparebit in ratione 3. 10. 11. & 12. & ſequen.

2. de anim. to. 33.

D. Thom. Scot. in lib. de anim.

D. Thom. 4. diſt. 24.

Quapropter Ethnicos quoad tẽporalia Eccleſiæ ſubiectos docent Innocentius, Io. Andreas, Abbas, Hoſtienſis, Silueſter, S. Antoninus, & cæteri Doctores Caniſtæ; eoſque puniri poſſe affirmant, ſi delinquãt cõtra lumen rationis. Ex Theologis Alenſis : *Duplex eſt*, inquit, *iudicium Eccleſiæ, vnum quoad pœnam ſpiritualem, alterum quoad pœnam corporalem, ſeu pecuniariam; non eſt Eccleſiæ iudicare eos, qui foris ſunt, vt pœnam ſpiritualem eis infligat, vel regulas religionis imponat; poteſt autem pœnas temporales eis infligere, vel etiam ſpi-*

Innoc. Ioã. Andr. Abbas Hoſtiẽſ. de voto & voti redemptione, Silueſt. in ſumma in verbo Papa. q. 7. S. Antonin. 3. par. ſumma titul. 3. cap. 2. Alenſ. par. 2. q. 160. meb. 1. ſumma theologica.

ſpirituales indirecte(ergo directe tẽporales) *remouendo Chriſtianos ab eorum communione: iudicat autem Eccleſia de illis in pluribus caſibus*, &c. poſtea reſpondens ad illud Apoſt. 1. ad Corinth. 6. *Quid mihi de ijs, qui foris ſunt, iudicare? Nec tamen*, inquit, *facit Eccleſia contra verbum Apoſtoli, quod intelligitur de pęna ſpirituali directe, cui non ſubijciuntur infideles, cum careãt vnitate fidei Eccleſiaſticæ.* eandem reſponſionem ad Apoſt. adhibet D.Tho.2.2.q.10.ar.9.ad 2. & aliquando dicit exercere de facto Eccleſiam hanc poteſtatem circa aliquos infideles, licet poſſit de iure circa omnes infideles ex Dei auctoritate, vt in ſequenti art. in reſponſione ex Epiſt. Pauli ad Cor. explicat. & in corpore artic. idẽ in alijs locis ſupra adductis teſtatur. Sed Ricar. Henricus, Mayro, cũ volunt Petrum ſucceſſiſſe Chriſto in Sacerdotio, & in regno, ſeu poteſtate tam ſpirituali, quam tẽporali, nõne voluerunt eſſe etiã poteſtate, ſeu de Iure dominiũ temporale illius ſuper Infideles? conſtat enim Petro vice Chriſti poteſtate, ſeu de iure debitũ Sacerdotiũ ſuper infideles, & Chriſtũ iuxta humanã naturam fuiſſe totius Orbis terræ dominũ. & inter hos Ioan. Bacco. expreſſe tale dominiũ ſuper infideles affirmat. Quod autẽ dicitur de Theologis, idẽ dicitur de SS. Patribus: ideo Cõci. Carth. dictũ Tertiũ, vbi ſubſcriptus eſt Aug. c. 13. *Vt Epiſcopi, vel Clerici in eos, qui catholici Chriſtiani non ſunt, etiam ſi cõſanguinei fuerint, nec per donationes, neq; teſtamentum rerum ſuarum aliquid conferant*, Hæc Canon: porro verba illa: *Qui catholici Chriſtiani non ſunt*: generalia cum ſint, infideles comprehendere videntur, quod manifeſte patet ex titulis Canonum huius Concilij. eſt enim titulus huius Canonis: *Vt Clerici de rebus ſuis nihil infidelibus conferant*. & adnotandum eſt hic ſermonem eſſe de rebus Clericorũ proprijs; hoc enim ſine dubio ſignificatur verbis illis: *De rebus ſuis*, ſeu

Accipit hic D. Tho. poteſtatẽ pro vſu veluti alias accepit vt aduerti infra cap. 18.

ſeu, *ſuarum rerum.* quare cum de rebus proprijs poſſint clerici diſponere (vt apparet ex multis Cõcilijs & can. 49. huius Carth.) iam hoc Canone iuri infidelium de rogatur. nã iure æquitatis ſi quis inteſtatus obierit, magis propinquo liquet obuenire hæreditatem; ſic enim Caius: *Hac parte proconſul naturali æquitate motus omnibus cognatis permiſit bonorum poſſeſſionem, quos ſanguinis ratio vocat ad hæreditatem.* Hæc ille. Idcirco eadem Eccleſia ab antiquo tempore conſueuit tradere gladiũ Imperatori cõtra infideles, veluti Nicolaus Magnus teſtatur: atque tale dominium exercuiſſe Auguſtinum Apoſtolica auctoritate retulimus lib. 2. cap. 5. & docet in Pſal. 46. in ea verba: *Subiecit populos nobis.* & Alexãder Sextus partitus eſt orbem tali modo Caſtellanis, vt ducta linea recta ab inſulis, quæ ab Hiſpanis Azores & caput viride appellantur, per Septẽtrionem & Meridiẽ terras infidelium nempe Indias occuparent Occidentẽ verſus; & ne quis eas occupare præſumeret, pœnã adiecit excõmunicationis, non derogando tamen alijs Principibus Chriſtianis vel Luſitanis, ne Orientem verſus terras occuparent infidelium, plura de hac re colligimus in fine lib. 1. lib. 3. & lib. 5. fuſe in q. de dominio Eccleſiæ ſuper Infideles.

Cai. in l. hac parte. ff. vnde cogn.

Nicol. epiſt. 26. omnib. reueren. & ſanct. epiſc. in regno Caroli extat hæc bulla in Bullarũ collectione in Alexan. VI.

Sed rurſus quęrunt aliqui: Num *Directe* hoc dominiũ ſit in Eccleſia, & videtur quæſtio de nomine, vt ſępe in multis accidit. Diſtingui itaq; poteſt, & dici particulam hanc: *Directe*: varijs modis accipi; primo pro vſu, quomodo ſæpe accepiſſe D. Thomam conſtat, & Innocentiũ in cap. nouit de iudicijs, ita ab Eccleſia dicitur data Sathanæ poteſtas in Iob: nã cum integra naturalia in demonibus permanſerint, naturalem habet demon poteſtatẽ in res temporales: ergo poteſt intelligi in hoc ſenſu, ita vt ſine diſcrimine, & pro arbitrio Pontifex vtatur impediendo, vel auferendo legitimum dominium, vel vſum,

in Dom. Pẽtecoſ. 21. in uer. Offerto vij.

vſum, & hic modus ſupra excluſus eſt vnà cum multis alijs. Secundo poteſt accipi, vt nemo verum habeat dominium, niſi Pontifex, aut Eccleſia dederit: & hoc eſt velle adulari Pontifici ait Albertus Pighyus ex Gulielmo Pariſienſi, cum ex Innocentio, Abbate, D. Thoma, & cæteris Ethnicos conſtet habere rerum ſuarũ dominium proprium, & poſſe ſibi præficere Principem, & iure haberi dominiũ tale ab illo Principe: & Romani Imperatores electi Iure à Senatu, vere erunt Imperatores: & his modis nõ conuenire Monarchiam Pontifici, aliquot noſtri temporis Doctores non minus pietate, quam eruditione clariſſimi optime dixere, quos nonnulli haud recte intelligentes impugnant. Et ſanè quoad hos ſenſus à nobis prædictos non bene, & vt ingenue fatear, libẽter abſtinuiſſem me ab vſu huius particulę, ne viderer quenquã impugnare, quod à minimo omniũ longe abeſſe debet; cum nonnulli Scriptores optime de Eccleſia meriti, & doctiſſimi particula illa ſint vſi; volui tamen de conſilio aliorum apponere, quo viros illos quoad ſenſus prædictos, non bene impugnari oſtenderem, & meam tamquam probabilem mihi viſam apponerem ſententiam, quam libentiſſime aliorum ſemper iudicio ſubijciam.

Alber. li. 5. Hier. Eccl. initio.
Innoc. Abb. de voto & voti redẽp.
D. Tho. 2. 2. q 10. ar. 10.

Tertio, itaque particula illa, *Directe*, poteſt accipi, vt non omni ex parte ſubordinetur dominium aliorũ ſaltem de iure, ſeu quoad poteſtatem Eccleſiæ dominio; ac propterea non omnino ſubiaceat. & ſi licet noſtrum interponere iudicium (ſalua ſemper meliori ſententia) dicẽdum nobis videtur omni ex parte dominium cæterorum eſſe ſubordinatum. Etenim cum poteſtas Regia (vt paulo ante dicebatur) limitetur à fine reipub. (eſt enim Rex gratia reip.) debet ordinare ſuum dominium ad ipſum finem ſaltem virtute, vel implicite: eſt autem reipub. finis felicitas, quæ omnium bonorum Philoſo-

phorum conſenſu, in bonis animi eſt,& tanquam in vltimo termino in Deo. Quare ſaltem implicite, ex parte operis ad aliquod bonum ſpirituale debet Rex dirigere ſuam gubernationem, alioquin excedet limites finis,& poteſtatis, & tyrannus erit,& peccabit,& reſtitutioni erit obnoxius, tãquam qui iuri tertio ſine iuſta cauſa deroget, veluti infra declarabo. Et quanquam Rex, ſeu infidelis, ſeu fidelis à Deo per electionem, vel per ius hæreditarium habeat ſuum dominium, dependenter recipit à fine Eccleſiaſticæ poteſtatis, & à ſpiritualibus; cum temporale dominium(velut dicebatur) ſit ſecundum ſuam naturam ordinatum ad ſpirituale, ſeu iure naturali illi ſubiectũ. Ita v. g. creatur à Deo immediate anima, & vnà accidentia, quæ ex ea fluunt, ea tamen accidentia dependent ab anima, cum ex ea fluant. Ita cum Deus creauit ſolem,& vnà lucem, quæ ex eo fluit,dependentem à Sole,quia nimirum talis eſt natura illorum accidentium. Quare S.Thomas iure debitum imperium Romanum Eccleſiæ ante conuerſionem Conſtantini dicebat; vtique etiam iure naturali, vt ipſe ſe declarat in eo opuſc. 20. lib. 3. cap. 19. Et id Sanctum voluiſſe ſupra dicebamus,& cap.10. ait,à iuriſdictione Petri, ac eius ſucceſſorum dependere cæteras iuriſdictiones, ſicut corpus ab anima: at corpus ſecundum ſuam rationem dependet ab anima: ergo. Quinto poteſt ſumi particula, *Directe*, vt licet ſit omni ex parte ſubordinatum dominium, ſeu iure naturali ſubiectum;non tamen veluti aliquid diſtinctum à ſacerdotio, & hoc etiam modo excluditur, vt dicebatur ſupra. habet enim Eccleſia etiam dominium ſecundum illum finem, quo regimen corporis à regimine animi diſtinguitur, licet ſemper referendum ſit ad bona animi. & hoc notandum hic eſt,ne quis decipiatur,vt putet nos intelligere, velle haberi dominium ſecundum

ſe

Digitized by Google

ſe temporalium ſine vllo ordine, aut directione ad ſpiritualia; hoc enim modo nullus habet; intelligimus enim haberi etiam ſecnndum illum finem, qno vnum regimen diſtinguitur ab alio, licet referendũ ſit ad ſpiritualia, vt ſupra declarauimus, & infra melius c.6. explicabimus. Sic itaque ad rem noſtram redeuntes, erũt omnia temporalia dominia ad dominium Chriſti ordinata, & vice eius ad Pontificem tanquam particularia ad vniuerſale; ita vt dominium temporale Eccleſiæ ſit tanquam prima menſura, qua cætera omnia menſurentur vice Chriſti miniſtra poteſtate, non tamen excellentiæ. Licet enim in Chriſto homine per modum excellentiæ fuerit poteſtas tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus; tamen non per modum excellentiæ tranſtulit, ſed miniſterij: ſicut enim licet in Chriſto eſſet poteſtas excellentiæ in ſpiritualibus, tamen non per modum excellentiæ, ſed per modum miniſterij eam tranſtulit in Petrum; ita potuit etiam trãſferre, & tranſtulit in temporalibus. Hæc omnia colliguntur ex D. Thoma in opuſculo citato 20. lib. 3. cap. 3. in fine, & cap. 1. Ex quibus apparet poſt Deum, primum Monarchã Chriſtũ hominem eſſe, & uice eius eſſe Romanam Eccleſiam, velut cap. 10. in principio, & fine capitis videri poteſt.

Saluo legitimo, &c. Aſſignat Ariſ. pluribus in locis hoc diſcrimen inter regem, & tyrannum; quod Rex ſubiectorũ vtilitatem; tyrannus propriam ſpectet; idcirco de induſtria appoſuimus hæc verba, quo cognoſcat vnuſquiſque nihil iuri tertio derogari; cui ſi derogetur ſine iuſta cauſa, reſtitutio fieri debet; imo dicimus perfici ſi conſtituatur ſupra cætera dominia Eccleſiæ Monarchia, veluti inferiora à ſuperioribus perficiuntur; quod infra cap. 5. oſtendam & c. etiam 24. & habetur ex Ariſ. Polit. lib. 1. cap. 3. *4. Poli. c. 10. 8. Mroal. Nic. c. 10.*

Poteſtate coactiua in foro exteriori: Cum hucuſque

egerimus

egerimus de poteſtate, nunc de vſu agitur. Requiritur (veluti à Patribus, & à paſtoribus) ab Eccleſiaſticis amor, & charitas; hæc enim Chriſtus præcipue à Petro exquiſiuit, illum paſtorem loco ſui in terris relinquens: eſt autem amoris corripere, & punire, quoties delinquens emendari noluerit, vnde: *Qui parcit* (ait ille) *virgæ, odit filium ſuum*, & Paulus ad Hæbreos c. 12. *Quem enim diligit dominus, caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit in diſciplina perſeuerate tāquam filijs vobis offert ſe Deus: quis enim filius, quem non corripit pater, quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filij eſtis*: ſic Paulus; loco itaque Patris punire debet Epiſcopus, ſi diligit filios. Idcirco in traditione baculi paſtoralis hæc dicuntur ab Eccleſia: *Accipe baculum paſtoralis officij, id eſt poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, & ſis in corrigendis vitijs piè ſeuiens*, &c. eſt hic ſermo in foro exteriori; nam per dignitatem Epiſcopalem accepit Epiſcopus iuriſdictionem in foro externo, veluti tradunt D. Bonauent. D. Thomas, & cæteri Theologi 4. diſt. 24. quare Paulus: *Quid vultis, in virga veniam ad vos*? virgæ enim nomine poteſtatem punitiuam in externo foro intelligit, qua puniuit fornicariũ Corinthium. & alibi de Epiſcopis loquens: *Eos poſuit* inquit, *Spiritus ſanctus regere Eccleſiam Dei*. græce ποίμαινειν. quod verbum denotat vim etiam punitiuam in externo foro in vitiis omnibus, vt docebimus lib. 3. cap. 1. & cap. 22. de hac poteſtate plura colligemus; & in calce libri 1. & lib. 3. & 5. Quod ſi Papa eſt Hierarcha in tota Eccleſia, & Epiſcopus ſuo modo in ſua, non ſolum in rebus fidei, ſed in moribus habebit vim puniendi in externo foro in vitiis omnibus.

Prou. 13. — *Hebr. 12.* — *1. Cor. 3.* — *Act. 20.*

Vſque ad moralem quendam terminum. Aliqui nimis tribuunt circa vſum poteſtatis, ſeu iuriſdictionem

Ponti-

Pontifici aſſerentes poteſtatem ab illo in omnibus exer ceri poſſe, quæ concernunt peccatum, vel concernere poſſunt: nimis reuera hi tribuunt: nam ſi vera eſt ſententia D.Thomæ, quæ eſt etiam aliorum præſtantiſſimorum Theologorum, nullam eſſe humanam actionem à deliberata ratione procedentem, quæ bona, vel mala non ſit in genere moris: iam ſe extendet ad actiones omnes Pontificia iuriſdictio: imo nihil eſt, in quo non poſſit inueniri peccatum. Nam in Sacramentis ipſis quæ ex opere (vt aiunt) operato non ponentibus obicem gratiam conferunt, eſt inuenire peccatum, & vtinam minus inueniretur, cum tam multi indigne ipſa adminiſtrent, vel ſumant. Alij ex altera parte dicunt, tantum tribuendã ratione lethalis criminis, nimirũ in ijs, quæ ſunt lege naturali, vel diuina reuelata prohibita: & hi nimis arctant. Nos media via incedentes aſſerimus modo prædicto habere vſque ad moralem cautelam: ita facultates omnes de medijs agunt, quatenus etiam conducere poſſunt ad conſeruationem boni, vel mali auerſionem vſque ad moralem quandam cautelam. Et hoc quod dicimus, docet optime S. Tho. lib. 3. opuſc. 20. & late de hac re cap. 22. huius lib. & in fine li. 3. & lib. 5. Sic Eccleſia ſtatuit, ne diebus feſtis aliquid ſeruilis operis fiat, & plures poſſet ſtatuere dies feſtos in honorẽ Sanctorum virorum vſque ad decentẽ terminum rei diuinæ, cum non ſine damno lucri artificum videatur fieri. & Concilium Tridentinum penæ anathematis ſubijcit quoſcumque homines, qui virginũ, vel aliarum mulierum volũtatem, vel veli accipiendi, vel voti emittẽdi quocumque modo ſine iuſta cauſa impedierint. & quod dictũ eſt de diuino cultu, idem dicitur de moribus, vt poſſet ferre Pontifex legem circa illos ad conſeruationem nimirum boni moralis, vel maiorem cautelam mali oppoſiti, veluti de duellis ſtatuit,

D.Tho.1.2. q.18.ar.9.

Conc.Trid. ſeſſ.25.c.18.

Conc.Trid. ſeſſ.25.c.19.

tuit, & cæteris huiuſmodi peccatis humanam ſocietatem, vel remp.per turbantibus, quod multis oſtendetur ſuo loco. Dictum eſt autem: *Cum quis ſubeſſe noluerit*: quia licet Pontifex ferat legem; punitio non eſt niſi ratione peccati, vel tranſgreſſionis adhibenda, & propterea in ſtatu innocentiæ fuiſſet poteſtas regitiua, Politica, non coercitiua: quia non erant delinquentes, *D.Tho. D. Bona. Rica. li.2.ſen.diſ. vltima.* & peccata, vt docent D.Thomas, D. Bonauentura, Riccardus, & alij Theol. & hæc ſatis ad explicationem concluſionis, & eius probationem.

QVAM MALE NONNVLLI DE *temporali iuriſdictione ſenſerint referuntur præſertim Guglielmus Ocham, & Marſilius. Cap. III.*

RVdi, vt aiunt, & pingui minerua oſtēdimus noſtram de tēporali Eccleſiæ iuriſdictione ſententiam: nunc quid alij ſenſerint, videndum eſt. Prætermiſſis Catholicis, quos conſtat tribuiſſe temporalem iuriſdictionem Eccleſiæ, & eos circa modum potius diſcrepare; ſi reſpiciamus noſtri temporis hæreticos, omnem tollunt ab Eccleſia temporalem iuriſdictionem: ita Lutherus, qui mira audacia deridet, vt ſui moris eſt, Nicolai huius nominis Papæ ſecundi verba aſſerentis, Petro terreſtris, & cœleſtis regni iura commiſſa: quaſi vero paulo antea S. Leo IX. natione Germanus (vt Germanum Germano Luthero obijciā) non idem conceptis verbis docuiſſet, à quo videtur deſūpſiſſe Nicolaus. Lutherum veluti ſuum anteſignanum ſequuntur Magdeburgenſes centuria prima, vbi: *Certo*, inquiunt, *certius* *Cont.1. lib. 2.c.7.* *eſt Chriſtum non miſſum à patre, vt conſtituat re-*

gna,

gna & politias, nec habuiſſe gladium politicum, negat enim ſuum regnum eſſe de hoc mundo, aut ſe hinc conſtitutum iudicem; igitur nec vllus Apoſtolus, aut Chriſti Vicarius debet ſibi quidquam tale vſurpare, quod ipſi Chriſto à patre demandatum non fuit. ſic illi. Sed ante hos plures eandem iuriſdictionem impugnarunt, quam conati ſunt vel omnino tollere, vel penitus eneruare. Ita plures vel ex Iuriſperitis, ſeu Theologis, Roſellus, Molineus, Duarenus, Marſilius de Padoa, Guglielmus Ocham, quorum propterea librj in hanc materia ſunt damnati. Hi ergo, & alij plures tollũt in externo foro omnem vim punitiuam circa temporalia, ſcripſerunt contra noſtri temporis hæreticos Nicolaus Sanderus, Franciſcus Ferrarienſis, Albertus Pyghius, & cæteri ante hos tempore Ludouici Bauari, quo vixerit Marſilius, & Ocham, vel Gregorij Septimi, vel alijs temporibus, quibus impugnabatur talis Eccleſiæ iuriſdictio. ſed illi ita de hac re ſcripſere, vt non tam ſpiritualem, quam temporalem Iuriſdictionem videantur defendere pauca de temporali pertractãtes. Idcirco aggreſſi ſumus onus licet noſtris humeris impar; Dei tamẽ, & S. Petri auxilio freti, de tẽporali Eccleſiæ Iuriſdictione, & Monarchia oſtendentes ſupremam eſſe Iuriſdictionem temporalem penes Petri ſucceſſores in toto orbe, ita vt idem ſit Hierarcha, & Monarcha in omnibus; ideoq; de temporali Monarchia illud inſcripſimus: diuiſimus in duos tomos, in primo generalem Monarchiam oſtendere conati ſumus, in altero particulares quæſtiones circa illam. Vnumquẽque vero Tomum in tres partes diuiſimus, & in hac priori parte longiores de induſtria fuimus: quia ipſum ſit fundamentum cæterarum. Nec enim poterat res tanta ſolide pertractari, cum omnino negent hęretici, & in non paucis ſit etiam diſputatio cum Catholicis. Quia vero longum foret

Magdeb. centuria 1. lib. 2. cap 7.

Magdeb. obiectioni reſpondetur hoc lib. 1. c. 23.

Gregor. IX. Bonif. VIII.

Scopus Authoris.

omnium referre opiniones; ideo in hac generali diſputatione minus curauimus referre aliorum ſententias; ſolum aliquorum retulimus, qui præ ceteris impugnaſſe videntur, quales fuerunt Marſilius, & Ocham: ſed præcipue Ocham à nobis confutabitur; nam Marſiliũ ex parte confutauit integro lib. Pyghius: Deinde quia eadem fere Marſilius dicit, quæ Ocham dicit. Tertio, quia prę reliquis Ocham audacter in ſummos Pręſules inuehitur, vt non modo viri religioſi & Monachi (fuit enim Ocham ex inſtituto S. Franciſci Monachus, natione Anglus) ſed modeſtiæ Chriſtianæ excedat limites; non vno, ſed pluribus in locis, quibus conatur omnem tollere temporalē iuriſdictionē: ita in dial. in lib. de poteſtate Summi Pontificis; in opere nonaginta dierum; in compendio errorum Ioann. XXII. Quo autem res noſtra percipiatur, bene eſt vt Ocham diſcrepantias ab aſſerta concluſione referamus, quo appareat in quibus à nobis diſſentiat.

Phyg. lib. 5. Eccl. Hier.

Prima diſcrepantia, qua tamquam aſylo ſæpe vtitur, putans ſe poſſe euadere omnia argumēta eſt, dũ ait: Habet Papa poteſtatē in ſpiritualibus, ſed non in temporalibus. ita de poteſtate Summi Pontifi. q. 2. c. 2. & 12. & 3. par. dialog. tract. 1. cap. 8. cap. 9. & alibi ſæpe. Secunda: quam habet Pōtifex in temporalibus poteſtatē, non diuino, vel à Chriſto datam, ſed humano tantum iure habet: ita de poteſt. ſum. Pont. q. 1. cap. 7. q. 8. & 12. 3. par. dial. tract. 2. lib. 2. cap. 18. Tertia: Si quam habet diuino iure, eam habet caſualiter, id eſt, in caſu neceſſitatis, cum nullus alius ſit, qui res temporales curare velit: intelligit autem in caſu extremæ neceſſitatis, vt ipſe ſe explicat, quare gladio ruſticum vti poſſe aſſerit contra imperatorē: ita de poteſt. Sum. Pōt. q. 1. c. 2. q. 8. cap. 6. Quarta: Habet quidem Pontifex poteſtatem quandam in temporalibus, qua exhortari poſſit, & præci-

cipere;ſed coactiuam, qua punire valeat,niſi in foro penitentiæ ratione peccati, non habet circa temporalia: in dialog.tract.2.par.2.lib.1.cap.15. de poteſt. ſumm. Pont.q.3.cap.3.Quinta: Imo nullam habet coactiuam in foro contentioſo circa mores reip.& peccata politica:niſi in caſu ſupradictę neceſſitatis:ita de poteſt.ſum. Pontif.quæſt.2.cap.8.& 9. in dial.tract.3,part.2.lib.2. cap.2.& 3. & quo conſequenter loquatur iuxta prædicta plura alia affirmat. Sexta diſcrepantia: Nullam habet poteſtatē temporalem inter infideles: ita de poteſt. ſum. Pont.quæſt.2.cap.7. nec eſt vnum caput Eccleſiæ abſolute; ſed cauſaliter: eſt enim vnum abſolute caput in temporalibus, alterum in ſpiritualibus:ita de poteſt. ſum.Pont.q.2.cap.7.in dialog.tract.2.par.3.lib.1. cap. 24. nec poteſt conſequenter ferre legem temporalem in dialog.tract.2.par.3.lib.1.cap.20.nec punire pœnis temporalibus,& cætera ſubiūgit, quæ breuitatis gratia miſſa facimus, quibus autem fundamentis prædicta aſſerat,licet plura ſint,unum, vel alterum in præſentia referemus. Primum eſt, quod habetur in opere nonaginta dierum,in dialogis,& alibi: quia arbitratur Chriſtum præſertim veluti mortalem, & viatorem non eſſe regem temporalium rerum, vt propterea hæreticum dicat Ioannem XXII. qui in Cōſtitutione quadam,qua depoſuerat Michaelem Ceſenatem Miniſtrum ordinis Fratrum Minorum,concluſerat poſt multas adductas in ſacris litteris auctoritates,Chriſtum Regem eſſe.Verba conſtitutionis hæc ſunt:*Regnū,& vniuerſale dominium habuit Ieſus, & in quantum Deus ab æterno eo ipſo, quo Deus pater genuit eum, & inquantum homo ex tempore ſcilicet ab inſtanti conceptionis,ſeu ex Dei donatione.* hæc ibi. Data eſt conſtitutio Auenione xvj. Kalend. Decēb. Pontificatus Ioan. anno nono; & habetur conſtitutio inter opera Ocham in opere nonaginta die-

Fundamenta Ocham.

Ochā tract. trac.2.par. 3.lib.1.cap. 24 in reſp. ad 7.

Digitized by Google

rum contra Ioannem Vigeſimumſecundum.

q. 1. de poteſt. ſum. Pōtifi c. c. 6.

Alterū fundamētum Ocham tale eſt: *Si attribuimus*, inquit, *rerum temporaliū dominium Papæ, libertatem, euertimus Euangelicā, & iugum Moſaycæ legis introducimus; eſſet enim lex Euangelica, quæ eſt lex libertatis, intolerabilis; omnes enim per huiuſmodi dominium Papæ eſsent ſerui illius, ita vt Papa haberet tantam poteſtatem ſuper Chriſtianos, quantam vnquam habuit, vel habere potuit quicumque dominus ſuper ſeruos: & Papa poſset quoſcunque reges dare, & quorumcunque ſubdere ſeruituti: poſset etiam Papa caremonias, & obſeruantias exteriores imponere communitati fidelium, quæ fuerunt in veteri lege.* Hæc Ocham, quæ alibi repetit, & hoc fundamentum arridet noſtri temporis hæreticis, qui miſeræ libertatis nomine duriſſimum ſibi iugum imponunt. contra quos ſcripſit opuſculum Ferrariēſis, præcipuus in ſchola D. Thomę diſcipulus, oſtendens veluti & nos aſſerebamus, non eſſe tale dominium apud Pontificem, quod tyrannorum eſt, & rem metitur proprijs cōmodis, & huiuſmodi dominiū prohibeatur à S. Petro, & Chriſto apud Matthæum, cū eo modo dominari principes gentium aſſerat: ſed eſſe dominium politicum, quod liberorū eſſe dicit Ariſt. & eſt in publicū commodum, & bonum ſubditorum, & ſigillatim in proprio capite temporali Monarchia Pontificis, Ferrariēſis affirmat nō derogari poteſtatibus tēporalibus. Sed hæc fuſius c. 5. & in fine huius primi libri. Alia ſunt fundamēta, nobis ſatis ſit vnum vel alterum tetigiſſe Supereſt, vt proprius accedamus ad rem noſtram; & procedemus hoc ordine: Primo præmiſſis nonnullis, & deductis inde aliquot illationibus demonſtrabimus in primo lib. propoſitam concluſionem XX. rationibus, ex quibus deinde refellemus adductas diſcrepantias in 2. & 3. libro ex ſacris litteris, & locis Noui teſtamenti: in 4. & 5.

1. Petri 5. Matth. 20. Ariſ. 3. Pol. c. 4.

Ariſt. 1. Pol.

Ordo ſeruādus in opere.

ex locis

ex locis Veteris teſtamenti: in 6. ex ſummis Pontificibus in 7. & 8. ex Concilijs: in 9. ex Patribus Latinis: in 10. ex Græcis: in 11. auctoritate Canonũ: in 12. ex communi conſenſu Theologorum: in 13. ex Canoniſtis, iuriſperitis, & alijs in 14. ex donatione Principum ſæcularium: in 15. agetur de vſu poteſtatis, & reſpondebitur obiectionibus. & ne prolixitate tædium afferamus, quæ fuſe docuimus, colligemus breuiter poſt probationes, veluti lib. 1. 3. & 5. & in cæteris. Igitur Chriſti, & Dei Genitricis inuocato auxilio, & Petri ope implorata rem præfato ordine aggrediamur.

NONNVLLA PRAEMITTVNTVR de fine Reipub. & ordine inter ſe temporalium, & ſpiritualium.

Cap. IIII.

PRAEMITTENDA generatim nonnulla videtur ad probationem rei noſtræ de fine reipub. & ſpiritualium, & temporalium ordine: cum enim ſit Rex cauſa reipub. ſi explicatus fuerit finis reipub. & ſimul regiæ poteſtatis erit explicatus. Bonam vitam ſecundum rationem finem eſſe reipub. ſic poſt multa concludẽs. docet Ariſt. *Finis eſt igitur Ciuitatis bene viuere, illa vero gratia finis, ciuitas autem eſt generum, pagorumq; ſocietas vitæ perfectæ, ac perſufficientis, hoc eſt, ut diximus, bene, & beate viuere. bene igitur agendi gratia ponendum eſt eſſe ciuilem ſocietatem; non autem gratia ſimul viuendi; quapropter quicunque plus conferunt ad huiuſmodi ſocietatem; his plus iuris competit in ciuitate, quam his, qui libertate, ac genere pares ſunt, vel maiores; ſed ciuili vir-* Ariſt. 3. polit. c. 6.

tute

tute ſunt impares, & quã ijs, qui diuitijs ſuperant, ſed virtute ſuperantur. Similia docet lib. 7. cap. 8. & 9. & 1. Ethic. cap. 1. & 2. & 8. & alibi ſæpe. Plato dial. 1. de legibus: *Duplicia bona ſunt, alia humana, diuina alia, pendentque à diuinis humana. Si qua vero ciuitas maiora ſuſcepit, minora quoque poſſidet: ſin autem illis caret, vtriſque priuatur: minorum primum eſt ſanitas, forma ſecundum, tertium vires ad curſum, quartum diuitiæ, quæ cæcæ non ſunt; ſed acute cernunt, ſi prudentiam ſequantur. quæ quidem prudentia diuinorum dux primus exiſtit: deinde poſt mentem temperatus animi habitus; ex his duobus cum fortitudine mixtis iuſtitia tertio emergit, fortitudo quartum tenet locum, quæ omnia humanis illis natura* (nota hæc) *proponuntur; quare oportet, vt legum quoque lator, & ipſe hunc ordinem ſequatur, & mandet omnibus, vt ſemper ad hæc ipſa reſpicientes in ſingulis operentur, humana vero ad diuina, diuina vero ad mentem principem referenda ſunt.* Eadem colliguntur ex dialogo de regno, & in Alcibiade. & docet Socrates in Apologia apud eũdem Platonem, eius verba retulimus cap. 15. Immo eſt cæterorum Philoſopho rum ſententia (vt infra dicam) qui collocarunt felicitatem per ſe primo in bonis animi, in cæteris quatenus conducunt ad virtutem; eſt enim felicitatis cauſa tota reſpub.

Rom. 13. Conſentiunt diuinæ litteræ, & Patres. *Principes* (ait Apoſtolus) *non ſunt timori boni operis, ſed mali: vis autem non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa; Dei enim miniſter eſt, vindex in eum, qui male agit.* Vult Paulus Principes conſtitutos eſſe cauſa boni virtutis (de hoc enim certum eſt loqui, cum dicat illum vindicem eſſe in eum, qui male agit) ac miniſtros iuſtitiæ, vt ex vna parte probos defendant, ex altera malos puniant. idem S. Petrus, docet aſſerens duces miſſos, *Ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* & ſic exponunt Concilium Pariſienſe ſub Ludouico, & Lothar. Imperr. Auguſtinus, Ambro-

1. Pet. 2. Concil. Pariſ. li. 2. c. 3. Aug. lib. 1. cap. 2. contra epiſt. Parmen.

Ambroſius, Primaſius, Origenes, Chryſoſtomus, Theodoretus, D. Thomas, Ricardus, & cæteri.

Ambr. Primaſ. Orig. Chryſoſto. Theod. in comment. D. Tho. in com. Rica. lib. 4. d. 19.

Ex his patere poteſt ordo inter ſe temporalium, & ſpiritualium in repub. ſi enim finis reipub. eſt bonũ virtutis, lumine etiam naturali loquendo, & propterea bonum aliquod ſpirituale; & Princeps eſt gratia reipub. iam vt ſupra tetigimus, nulla debet eſſe actio Principis, quę implicitè ſaltẽ ob talem finem non ſit, menſuratur enim à fine reip. eius poteſtas; cum eius gratia ſit. Deinde ſicut differentem habet homo naturam à brutis; ita differentẽ ſocietatem & finem: at qui differt homo à brutis ratione, & intellectu: ergo aliquod bonum rationis, & intellectus erit finis hominis, & humanæ ſocietatis, quare illud erit ratio ſocietatis, quo homo debeat ſuas actiones menſurare. & hoc probat Ariſt. 7. polit. c. 1. *Inſuper*, ait, *animi gratia illa externa expeti nata ſunt; & ita recte ſentientes expetere omnes oportet, non autem animum gratia illorum, quod itaque tantum felicitatis vnicuique contingit* (nota hoc) *quantum virtutis, atque prudentiæ; & quantum ſecundum has operatur, confeſſum nobis exiſtat teſte Deo* (Vide iuſiurandum Ariſtotelis) *fretis dicere felicem eſſe atque beatam non per aliquod externorum, ſed per ſe ipſam: quia talis eſt ſecundum ſuam naturam*. ſic ille. Hinc externa alterius gratia dicit alibi expetenda: ita primo Moral. ad Nicom. cap. 5. & 6. & lib. 5. cap. 1. ex vtenſibilibus vocat, quibus bene & male vti poſſumus, quod verbo Græco magis exprimitur: appellãtur enim χρήματα a verbo χρήομαι, id eſt, vtor. Idem voluere alij Philoſophi, apud quos receptum erat axioma Ethicũ ad inueſtigandam felicitatẽ, veluti ſupra dicebatur, quod huiuſmodi erat felicitatem in ea re eſſe, propter quã omnia appetuntur, ipſa vero per ſe ſolum; quare per ſe primo in bonis animi collocaſſe videntur felicitatem non modo citati Plato, Ariſtoteles, Socrates, ſed præterea Pythagoras,

Ze-

Zeno, Architas, Solon, Cleantes, Panetius, Xenocrates, Iamblicus, Plotinus, Anaxagoras Clazomenius, Poſſidonius, Andipater, Metrodorus, Democritus, Diodorus, Seneca, Plutarcus, Xenophon, Cicero, quos partim in hoc opere citauimus, partim ita ſenſiſſe referunt ex noſtris Clemens Alexandrinus, ex exteris Plutarcus, Laertius, Cicero. Quamquam vero ij in modo diſcrepent: ideo eſt; quia alij contemplatiuam vitam, & felicitatem, alij actiuam, & moralem ſpectarunt: non putarem tamen plures ſaltem ex illis (vt alias aduerti) per ſe primo negaſſe tanquam in vltimo termino felicitatem in Deo eſſe, ſeu per ſupremam virtutum moralium religionem, quæ proxime attingit Deum; ſeu per ſupremam virtutum intellectualium ſapientiã: quod ex illa regula Ethica apparet dicendum, quæ ea eſt, vt ex pluribus virtutibus felicitas in præſtãtiſſima collocetur, circa rem præſtantiſsimã, & optimã, & ita dicendum ratio ipſa demonſtrat. Cũ enim Deus naturæ lumine (vt infra apparebit) cognoſcatur finis, & principium rerum omnium, ita certe ipſe debet eſſe regula prima, & ſuprema omnium hominis actionum; vt in eo omne terminetur noſtrum deſiderium; quod ex ratione 8. 9. 10. 11. magis apparebit, in quibus propterea de induſtria diffuſiores fuimus. & hoc eſt, quod noſtri Theologi aſſerebant cum Auguſt. cæteris omnibus nos debere vti, ſolo Deo ſimpliciter frui. quare S. Thomas: *Homo*, inquit, *non ordinatur ad communitatem politicam ſecundum ſe totum, & ſecundum omnia ſua, & ideo non oportet, quod quilibet actus eius ſit meritorius, vel demeritorius per ordinem ad communitatem: ſed totum quod homo eſt, & quod poteſt, & habet, ordinandum eſt ad Deum*: & Auguſt. *Omnia ſub pedibus hominis ſubieciſti, vt ſolus homo totus ſibi ſubÿceretur, & tuus totus homo eſſet, ſuper omnia opera tua dominatus eſt homo exteriora pro corpore cuncta creaſti ipſum vero corpus pro anima,*

Clem. lib. 2. Strom. prope finem.

1. 2. q. 21. a. 4. ad 3.
Aug. c. 20. Soliloq.

ma, animam vero propter te, vt tibi ſoli vacaret, te ſolum amaret. Ipſe Chriſtus apud Matthæum cum ex præſtãtia ordinis res appetendas dixiſſet,& pręſtantius eſſe corpus, quàm externa;animam, quam corpus;concludens, ait: *Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* quare ex his verbis cæleſtia rebus omnibus anteponenda docent Patres Clemens Alexandrinus, Origenes, Chryſoſtomus, Baſilius, Cyprianus, Hilarius, Agath. Papa, Vitalian. Papa. Ex quibus colligitur, licet omnia creata dependeant à Deo immediate ratione ſuppoſiti,& cauſæ,cum Deus ſit vbique, vt aiunt Theologi, per eſſentiam, præſentiã, potentiam,tamen quæ à *Deo ſunt ordinata ſunt*: per medios, & interiectos fines vſque ad vltimum finem, externa propter corpus, corpus propter animam, anima propter Deum, vt iuxta illud tritum, & à Theologis omnibus receptum: *Homo ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret; amando poſſideret, poſſidendo frueretur.* ita communi conſenſu cum Magiſt. 2. ſent. ſic igitur totus homo, & ſecundum animam, & ſecundum corpus conſtituendus eſt ſub vltimo fine Deo: quod adnotandum eſt: quia multa argumenta ex hoc capite afferentur.

Matth. 6. Clem. 2. Pædag. Orig. hom. 2. in c. 2. Numer. Chryſoſt. homil. 29. in Gen. & 23. in Matth. Baſi. in conſtit. monaſ. c. 2. Cypr. in orat. Dom. Hilar. in commen. in Matt. Agath. in ep. ad Conſtan. & Her. Vital. ad Oſuuiũ Regẽ Saxo.

PLVRES ILLATIONES EX DICTIS deducuntur. Cap. V.

SEQVVNTVR ex dictis plures Illationes, quæ deducendæ ſunt,cum multum faciant ad explicationẽ Monarchiæ.

PRIMA ILLATIO: Dupliciter tantum Principes res ſibi ſubiectorum accipere poſſunt,vel ratione delicti, puniendo

reos; vel ratione boni conſeruandi; vel promouendi vſque ad decentem ſtatum. Patet illatio ex dictis, & habetur ex Chryſoſt. & Auguſt. nec Ocham negat: etenim cum poteſtas limitetur à fine; & finis (vt oſtenſum eſt) reipub. cuius gratia eſt princeps, ſit bonum virtutis, iam Rex eius conſeruandi habebit poteſtatem; & cum eiuſdem ſit poteſtatis inducere ad bonum, & tollere noxia, & impedimenta, quæ retrahunt ab illo (nam fruſtra foret ea poteſtas, quæ non poſſet ſufficienter inducere ad actum) ideo ex duplici illo capite habebit poteſtatem. Deinde: Iuſtitiæ duæ ſunt partes declinare à malo, & bonum facere, vt docet D. Thomas: quare cum iuſtitiæ cuſtos ſit princeps, ideo vel remouenda mala, puniendos reos, & conſeruãdos bonos, habebit poteſtatem: ex hoc igitur duplici capite vim habent Principis leges, vt colligitur ex Ariſt. exẽpli gratia. Fertur lex, ne trãſacta ſecunda hora noctis quiſquam ſine lumine incedat: ideo videlicet, vt ex vna parte protegantur boni, ex altera vitentur furta, homicidia; & ſic arceantur mali. imponitur certum pretium frumentis, ne ex vna parte pauperes, & boni opprimantur, ex altera ne ſerpat auaritia, & vt mali arceantur. quare 1. Polit. c. 2. cum dixiſſet Ariſt. apes congregari moleſti arcendi cauſa, & iucundi conſeruandi: *Præter*, ait, *cætera animantia hominibus proprium eſt vt boni, & mali* (vide differentiam regni beſtiarum ſeu ſocietatis brutalis & humanæ) *et iuſti & iniuſti ſenſum habeant ſoli; horumque ſocietas facit domum* (nota hoc) *& ciuitatem*. imo boni conſeruandi gratia, hæc ſimpliciter eſſe dici poſſunt, & menſurantur: nam ſicut priuatio per habitum cognoſcitur, ſi ſpeculatiue loquamur; ita practice mali vetãtio virtutis cauſa eſt. quare ſimpliciter ad bona animi legiſlatorem debere reſpicere in omnibus dicebat Plato: quod etiam docet in dialogis de legibus Ariſt. rempub.

Chryſoſt. ho. 1c. in c. 7. 2. ad Corint.
Aug. lib. 1. c. 7. contra Epiſ. Parm.
Ocham 3. par. dial. tra. 2. lib. 2. c. 23. in calce.
2. 2. q. 29. artic. 1.
5. Ethic. c. 1. & 2. & lib. 10. c. 9.
Plato ſup. c. 5. citatus.

pub.eſſe bene viuendi gratia, & eam eſſe intentionem legislatoris, vt bonos reddat ciues.

SECVNDA Illatio: Cũ ſit miniſter iuſtitiæ Princeps in repub. ideo ſi offitia in repub. tribuat indignis, peccat, & reſtitutioni eſt obnoxius: ita Doctores l. ſi ſeruus §. Proculus ad l. Aquiliam: Innoc. cap. cum in cunctis de Elect. S. Thom. 2. 2. quæſt. 65. art. 2. Couarr. in reg. peccatum, qui multos refert iuriſperitos, & alios hoc aſſerentes, & patet illatio. Nam cum bene viuendi gratia ſit reſpub. plus iuris, vt dicebat Ariſt. illis conuenit in rep. qui plus conferunt ad eum finem: at digni plus conferunt ad finem: ergo plus iuris erit in rep. illis itaque debentur officia. Deinde cum à fine reipub. limitetur poteſtas Principis, eſt enim gratia reip. iã traſgreditur limites ſuæ poteſtatis non dirigendo ad eum finẽ; quare eligendo indignum, facit contra finem, & iuſtitiam, & damnum infert, ac propterea reſtitutioni eſt obnoxius. Idem apparet dicendum ſuo modo de vectigalibus, & tributis, veluti oſtẽdimus cap. 1. cum principis poteſtas à fine ſit circumſcripta. quare Paulus: *Ideo enim tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum inſeruientes*. En vt velit ratione boni, cuius eſt miniſter Princeps, deberi tributa: id etiam ex Augustino docet D. Thomas; quare nõ eſt princeps dominus ſubiectorum ſibi, vt poſſit accipere pro arbitrio res illorum, ſed miniſter ad finem, & ita etiam miniſter vocatur Sapien. c. 6. Dices: hoc modo tam erit miniſter Eccleſiaſticus ſuo modo in diſtribuendis beneficijs, & officijs Eccleſiaſticis; ſicut ſecularis. Reſpon. ita eſt, ambo peccant, ſi magis dignos poſtponant minus dignis; quod ſi tribuant indignis, cum faciant contra finem, & damnum inferant, peccant, & reſtituere debent. Nam tribuendo minus dignis, peccant, non tamen reſtituere debent, cum faciant potius præter finem, quam

par. 2. §. 7. nu. 2. & 3.

3. Pol. c. 6.

Rom. 13.

2. 2 q. 66. a. 8. ad 3. arg.

contra finem, licet magis ſuô modo peccet Eccleſiaſticus.

TERTIA Illatio: Apparet ex dictis inter plures alias differentia circa dominiū priuatum Ciuium,& regij dominij inter ipſos Ciues. Nam ſi quiſquam ex Ciuibus male rebus ſuis vtatur,quarū proprium habet dominium,male facit, at cum neminē iniuria afficiat, non tenetur ad reſtitutionem. Rex vero, cum dominiū habeat velut miniſter boni publici,niſi vtatur in ordine ad finem reip.peccat, & inde damnum inferens, reſtituere debet; quare non poteſt pro arbitrio, vt dicebatur,diſponere de rebus ſubiectorum ſibi,licet de illis quæ pro labore proprio ipſi debentur,poſſit diſponere; quanquam bene debet uti, alioquin peccat.

QVARTA Illatio:Idem eſt finis reipub.& hominis. Nam eadem eſt ratio partis & totius:reſpublica vero conficitur ex hominibus,ita voluiſſe apparet Platonem, & Socratem ſupra citatos, & docet de induſtria Ariſt 7.polit.& eſſe communem omnium ſententiam affirmat. & ibi eius interpretes, & 1. Ethicorum capite 2.

7. Pol. c. 2.

QVINTA Illatio:Princeps ſecularis in ſuo regimine magis dirigere debet temporalia, & cuncta ad Deum felicitatem Reipub. quam ad cætera.probatur: quia menſurata eſt eius poteſtas à fine Reip. eſt autem Reip. finis felicitas,quæ in Deo eſt tāquam in vltimo fine;eſt enim in ea re, quæ per ſe ſolum appetitur,cætera omnia gratia illius,& id habetur ex Ariſt.1.Ethic. c. 1. & 2.& lib.10.c.8. & patet ex dictis in prima ratione allata c. 1. & 2. Ad hæc,idē eſt finis hominis, & Reip. at homo,primo quærere debet regnum Dei, & iuſtitiam eius, & probat D.Tho.opuſc.20.lib. 3. c. 16. & docent Agatho, & Vitalianus Pontifices,Gregorius Magnus, Leo Magnus, Celeſtinus Primus, S.Bernardus, S.Fulgentius

Agat. Vita. locis ſupra citatis.

gentius, Concilium Lateranenſe ſub Martino Primo, & plures alij, & probant ea, quæ diximus in capite ſuperiore.

SEXTA Illatio: Temporalis poteſtas ſi ſit ſubiecta Eccleſiaſticæ, in ordine ad bonam vitam, ſeu ſecundum rationem, ſeu ſecundum fidem, tali ſubiectione non minuitur; ſed adiuuatur, & perficitur. Patet ex dictis in 2. cap. & aliis, quæ dicimus in calce primi libri. Deinde proprium eſt finis rem, cuius eſt finis, perficere; vnde τέλος à Græcis finis dicitur: ideo mutila res eſt, & manca, donec ſuum non fuerit finem conſequuta; temporalium vero finem oſtenſum eſt cap. præcedenti, eſſe aliquod ſpirituale: at ſicuti tẽporale per ſpirituale perficitur, ita temporalis poteſtas per ſpiritualem. Dixi in ordine ad talem finem: quia licet monarchia ſpectet ad Eccleſiã etiam titulo Regni, ideòq; debeat prouidere quæ ſpectant ad corpus, quo paſcat etiam in temporalibus, vt oſtendimus lib. 3. & aliis in locis, & docet Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. quia tamen in Pontifice coniuncta eſt poteſtas temporalis cum ſpirituali; & ſpiritualibus tanquam maioribus propterea præcipue dare debeat operam; idcirco dicitur in ordine ad ſpiritualia. Accedit quod cum finis reipub. ſit bonum aliquod animi, ſemper ex fine denominari rem volumus; ita Ariſt. recte dicebat intentionem eſſe legislatoris bonos facere ciues. Secundo probatur: nam inferiora, vt inferiora ſunt, eo hactenus conſeruãtur, & perficiuntur, quatenus ſubſunt ſuperioribus ſibi; ita terreſtria à cæleſtibus perficiuntur, vt ex minima variatione in illis confuſio appareat in hiſce inferioribus, veluti liquet in ſolis defectibus, quod optime oſtendit Nazianzenus in oratione 1. de pace; inferens propterea, tũc bene actum Hebræis, cum Deo tanquam ſuperiori fuere ſubiecti: immo Ariſtoteles probat ignobilioribus melius

Greg. lib. 2. epiſt. 61. ad Maur. Aug.
Leo epi. 81. ad Leonem Aug.
Caleſt. epi. ad Theod. Imp.
Bern. epiſt. 143. ad Corrad.
Fulg. lib. de ...erit præd. & grat.
Conci. Lateran. conſ. 2. in ep. Syno. epiſc. Afric. ad Conſtã. Auguſt.

Conci. Lat. c. 18.

2. moral. ad Nic. c. 11.

1. Poli. c. 3.

lius

lius fore, ſi ſubiiciantur ſibi ſuperioribus; & Chriſtus ipſe hoc docet: nam cum ex præſtantia rerum eas quærendas inſinuaſſet, & multis ſuperuacaneam ſolicitudinem reprobaſſet; ait, *Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*. quibus pollicetur Chriſtus loco præmij, vt temporalia tribuantur, ſi primo quæratur regnum Dei, iuxta nimirum conditionem perſonæ; ita exponunt Patres Chryſoſtomus Theodoretus, Baſilius, Ephrem Syrus, Macharius, Aegyptius, Auguſtinus, Anſelmus, Hugo, Vitalianus, Agatho. Quod ſi principes non conſulunt aliquando vtilitati ſubiectorum, ſed ſuis commodis, tunc tyranni ſunt, non paſtores, vt docet Ezechiel cap. 34. Concilium Pariſienſe, Aquiſgranenſe, Moguntianenſe, Anaſta. Nicen. Clemens Romanus, Iſidorus Peluſiota, & habetur ex Auguſtino, & Theolog. & Ariſt. pluribus in locis. Illud tamen vere dici poteſt, minus præ cæteris hac in re deliquiſſe ſacros Præſules, quod patet vnica ratione, ex ipſa experientia deducta: nam licet Romani Pontifices abundarunt externarum etiam rerum ſplendore ab antiquiſſimo, vt dicebamus, tempore, tamen permulti ſanctiſſimi fuere. *A mundi*, ait Gregorius Septimus, *principio pauciſſimi per diuerſa terrarum regna Reges ſancti ex innumerabili eorum multitudine reperiuntur, cum in vna tantum Pontificum ſeriatim ſuccedentium ſede videlicet Romana à tempore B. Petri Apoſtoli fere centum inter ſanctiſſimos reperiantur: cur autem hoc niſi quia* Reges, *& Principes vana gloria illecti. ſicut prælibatũ eſt, quæ ſua ſunt, ſpiritualibus rebus præferunt*. Hæc Greg. Poſt quẽ plures inſignes fuerunt ſanctitate Pontifices, inter illos ipſe Gregorius Septimus ſanctitate, & miraculis clarus, vt tradit Lambertus Scafaburgenſis, Deſiderius Abbas Caſinenſis, Marianus Scotus, Bertoldus Conſtantienſis, Otto Friſingenſis. Eius corpus hoc noſtro ſæculo integrum repertum eſt Salerni, cum ante quin-

Matth. 6.

Chryſ. hom. 24. in Gen. hom. 23. in pſa. 111. & 27. in Mat. & 8. in c. 5. ad Heb. Theodo. in 3. regu. q. Baſil. in Regul. breu in reſp. 274. Ephr. ſerm. de fide. Macar. homil. 48. Aug. de ſer. Dom. in mõte lib. 2. c. 7. Anſel. 1. ad Tim. c. 4. Vgo ibid. q. 26. Vita. Agat. locis ſupra citatis. Conc. Pariſien ſub Ludo. & Loth. lib. 1. cap. 2. Aquiſgr. ſub Ludou. Pio. par 2. c. 1. Mogun. ſub Arnul. cap. 2. Anaſt. q. 15. in ſacrã Scrip. Clem. lib. 2. conſt.

quingentos, & plures annos obijſſet. Sume Sanctos Epiſcopos, qui floruerunt in Mediolanenſi Eccleſia,& alijs in Eccleſijs, & lege Romanum Martyrologium, ſeu res geſtas Sanctorum virorum, & obſeruatione Gregorij veram eſſe comperies, ita vt Eccleſia Mediolanenſis plures tulerit ſanctos Epiſcopos, quam fuerint ſancti Reges ab Orbe condito, quorum Deus ſanctitatem teſtatã miraculis eſſe voluerit;& propterea mentio ab Eccleſia publicis tabulis fiat in Martyrologio.

c.8.Iſid.ep. 294. lib. 3. ad Taur. Theologi libro 1. ſen.d. 1.lib.2. diſ. ult.Ariſt.5. pol.c.10.& 8.Eth.c.10. Greg.lib. 8. epiſt. 21.ad Hirimer.

SEPTIMA Illatio:Etiam quoad temporalem felicitatem perficitur ſæcularis princeps,ſi ſit Eccleſiaſticæ ſubiectus. Poteſt hoc dupliciter intelligi; primo de vera felicitate, & in hoc ſenſu nulla eſt difficultas:nam cum ratio felicitatis ſit in bonis animi,in temporalibus erit quatenus(vt aduertit Ariſt.) cõducunt ad bona animi,& quæ dicta modo ſunt,hoc plane probãt.Secundo, poteſt intelligi de felicitate apparenti,quomodo corrupto vocabulo dicitur aliquis felix, qui magis abundat diuitijs & cæteris externis; & dici poteſt attento pari numero perſonarum,& illarum conditione,maioris momenti rebus,Verbi gratia famæ apud poſteros, & alijs magis fuiſſe felices reges Eccleſiaſticæ põteſtati obſequentes, quales fuere Conſtantinus, Theodoſius, Carolus,ob res præclare geſtas,cognomento Magni appellati, quod argumentum late perſequutus eſt,& eruditiſſime meus frater Thomas Bozzius.

7.Polit. c.1.

OCTAVA Illatio: Regia poteſtas magis felix erit, ſi obſequens fuerit in ordine ad ſupernaturales virtutes. Patet;quia ſicut aliquis felix eſt virtutibus,ita magis felix maioribus virtutibus: quare cum ſupernaturales ſuperioris ſint ordinis, per ordinem ad illas erit magis felix:imo mancæ ſunt,& imperfectę virtutes naturales,vt infra dicam, ſine ſupernaturalibus, præſertim in hoc ſtatu ob naturam peccato deprauatam.

NONA Illatio. Et ſi procurari debet à ſecularibus Principibus ex poteſtate temporalis pax, tota tamen illa temporale aliquod cum ſit, menſurari debet à fine Reipub. quæ in bonis animi eſt, alioquin excedẽt limites ſuæ poteſtatis, quæ circumſcribitur à fine reipubl. & magna erit peruerſitas, frui vtendis; nam ex vtendis ſunt temporalia; ideo χρήματα à Græcis dicuntur. Probant hanc illationem, quæ dicta ſunt in primo argumento ſupra c. 1. & 2. & in cæteris, immo quæ hucuſq; ſunt relata.

VLTIMA Illatio. Apparet nostre vera aſſertione temporalis Monarchiæ ſimul eſſe aſſertores omnis felicitatis regiæ, ſeu temporalis, ſeu naturalis ſecundum rectam rationem, ſeu ſupernaturalis ſecundum fidem. Nam licet cauſa Romani Põtificis ex vi poteſtatis nulli ſubſit humano iudicio, ſed tantum diuino (vt docet S. Ennodius, cuius doctrina recepta eſt in Romano Cõcilio & à S. Symmacho approbata) attamẽ ſubeſt ille rationi, ſubeſt diuinæ legi, vt aduertit Petrus Abbas Cluniacenſis, Franciſcus Ferrarienſis: quare non debet niſi in ordine ad ſpiritualia dirigere temporalia, quomodo ab omnibus debere dirigi oſtendimus; ideo cum in ordine ad ſpiritualia bona ſiue rationis, ſeu fidei ſubijciamus reges: ſi per ordinem ad ſpiritualia bona habetur omnis vera felicitas, reuera Monarchia Eccleſiæ ſumus aſſertores omnis felicitatis regię.

Ennod. in lib. pro defen. 5. Syno. Roma.
Ferrarie. 4. contra gentes cap. 76.
Petrus Abbas lib 4. epiſt. 24. ad Innoc. Pap.

EX

EX HIERARCHIA PONTIFICIA, & fine Reipublicæ probatur ſuprema Eccleſiæ Monarchia. Cap. VI.

VENIAMVS ad probationem Monarchiæ, oſtendentes eundem eſſe Hierarcham, & Monarcham in omnibus, qua ratione titulo MONARCHIAE hoc opus inſcripſimus.

PRIMA ratio: Quicumque diuino iure aſſumitur ex officio, & ſuprema poteſtate ad finem totius Reipub. illi conuenit in omnibus ſuprema Monarchia tali iure in tota Repub. ſed Petri ſucceſſor ita aſſumitur ad finem totius Reipub. ergo diuino iure in omnibus illi conuenit ſuprema Monarchia in Repub. Probatur Ma. Propoſitio, quia fines in practicis (teſte Ariſtotele, D. Thoma, & cæteris) ſe habent, ſicut principia in ſpeculatiuis: ſed licet quis norit aliquam concluſionem per Doctorem, vel per propriam inuentionem, ratio tamen intrinſeca ſcientificæ cognitionis ſunt principia eſſentialia effectus concluſi, & demonſtrati: cum *Scire ſit rem per cauſam cognoſcere, propter quam res eſt* &c. Quare pari modo licet quis per ius hæreditarium, ſeu belli, ſeu per electionem Rex euadat, tamen in gradu Regio per finē ad quem aſumitur practice, & ſecundū vſum poteſtatis conſtituitur Rex; vnde ſi quis habens ius eligendi Regem gratia rerum temporalium elegerit, non vt præcipue bonę vitę ciuium in ordine ad virtutem proſpiciat, peccaret, & eligendo indignum teneretur ad reſtitutionem, vt patet ex dictis. Confirmatur: quia nos per operationes rerum naturas cognoſcimus 1. de anima t. 11. eſt autem omnis operatio Principis à fine circumſcripta, vt oſtenſum eſt; ab eodem autem eſt

Ariſt. Eudem. Mora. lib. 2. c. vlt.

1. poſte. c. 2.

H principi-

principium operandi,& eſſendi:quare ſi prat͏ticè & moraliter eſt omnis operatio à fine,& pariter ratio cur per illum in eo gradu conſtituatur.Mi. probatur: quia cum in Papa ſit apex omnium rerum ſpiritualium (eſt enim ſupremus Hierarcha in moribus, & fidei decretis) iam diuino iure aſſumetur ad finem & felicitatem reip.quæ eſt in bonis animi;ad operationẽ vero felicitatis requiritur bona diſpoſitio corporis, & temporalia, vt ſupra dicebatur,ergo.Confirmatur primo.Nã ordo Pontificũ teſte Dionyſio ac cæteris habet diuinitus vim purgandi, illuminandi, perficiendi, & ſine dubio circa ea, quæ etiam iuris ſunt naturalis, quo totum hominem ad Deum perducat,non partẽ ſolum ipſius.Ad hæc;Põtifex eſt diuinitus cõſtitutus interpres,& miniſter diuinæ legis ex præſcripto Sacerdotis requirendæ ex Malach.2.at lex verſatur etiam circa mores, & illa, quæ ſunt Iuris naturalis,qualia ſunt præcepta Decalogi,furta, homicidia,quæ pertinent etiam ad corpus,vt infra probabo, quare quoad hæc non eſt ſublata, ſed completa lex vetus per gratiam, & gratuita,quarum rerum ſunt præ Sacerdotibus veteris legis,miniſtri (veteris enim legis Sacerdotes non erant miniſtri gratiæ) Sacerdotes Euangelici.

Eccl. Hier. c.8.

Accedit ad hoc argumentum, quia temporalia, veluti media, vel inſtrumenta felicitatis illi præ cæteris debita ſunt, cuius eſt ex offitio perducere ad ſummum bonum : ſed talis eſt Eccleſia, ergo &c. Mi. nota eſt: Eccleſiæ enim eſt perducere ex offitio hominem ad æternam felicitatem ; & licet quis V.g. baptiſmate flaminis, cum non adſit copia miniſtri,poſſit ſaluari:& Chriſtianus contritione ſuorum lethalium peccatorũ, penuria confeſſarij, hi in votis habent miniſtros Eccleſiæ, quorum ſi copia foret, deberent ſuſcipere per eos Sacramenta.Maior Propoſitio explicatur quibuſdam

prius

prius adnotatis,deinde probabitur. Noto primò tēporalibus,veluti à Deo dantur, ita deberè nos vti; quare cum dentur boni animi gratia, ita vti debemus, & aſſumere. Secundo noto: ſicut à Deo danrur boni animi gratia, ita magis dari propter maius bonum; quare propter illud debent magis aſſumi.hæc clara ſunt ex ſupra allatis iuxta omnes Theologos; ex quibus cū Auguſtino oſtenſum eſt, omnibus nos debere vti,ſolo Deo frui; & ex Philoſophis Ethnicis aſſerentibus felicitatē, quæ in Deo eſt per ſe ſolum appeti, cætera omnia propter illam; vnde pluribus probauimus tēporalia magis debere dirigi ſaltē habitu ad felicitatem ęternā,quàm ad cæteros fines. Tertio noto:inſtrumentū debere aſſumi à principali agente tamquam aliquid ipſius. Primo quia inſtrumentum non agit (quod ſupra dicebam)niſi in virtute cōmunicata ſibi ab agente; deinde ex Ariſt. qui tex.31.2.philoſoph.natural. reducit ſemen ad cauſam efficientem: ergo eſt aliquid ipſius agentis; alioquin enim conſtitueret diſtinctum genus cauſæ contra eundem Ariſt. Tertio, quia ſi quid agit inſtrumentum, agit imperfecte; quare non variat ſpeciem, & reducitur propterea ad cauſam efficientem. Quarto,quia inſtrumentum requiritur ex parte agentis, ſine illud ſit coniunctum, vt manus,ſeu ſeparatum,vt baculus, quo agens poſſit perfecte agere, & facile operari ad finem aſſequendum. Iam probatur Ma. ex Ariſt.1. Ethic.c.2. vbi propterea docet ciuilem, quæ verſatur circa felicitatem bonum humanū,vti cæteris actiuis facultatibus; itemque præſcribere quid agendum, & non agendum, complectens ſuo fine aliarum fines: & dicebamus ſupra ex eodem Ariſt. & D.Thoma temporalia eſſe inſtrumēta felicitatis in regimine politico Reipub.quare ab illo agente præ ceteris in repub.debent aſſumi, aut illi debita ſunt, vt eis vtatur, cuius eſt ex officio perducere

ad ſummum bonum; at talis eſt Eccleſia. Deinde quia ſecularis poteſtas non aſſumitur ad finem ipſum reip. qui eſt in bonis animi, & Deo; ſed ad aliquod, quod tanquam medium, vel inſtrumentum facit ad finem reipub. qualia ſunt temporalia: ergo per ſe primo inſtrumenta hæc debita ſunt Eccleſiæ, tamquam principali agenti felicitatis, quo illis vtatur, ſecularibus cõueniunt in ordine ad Eccleſiam ſub illa ad normam & formam, quam Eccleſia præſcribet per ſpiritualia, finem rerum temporalium, quo vacet grauioribus (ſi temporalium adminiſtratione impediretur) Eccleſiaſticus.

Deductiones ex prima ratione *Rom. 13.* Ex his fit, vt ſicut regibus temporalia debentur, quæ tributa, & vectigalia dicuntur, quia, teſte Paulo, vt dicebatur, ſunt miniſtri in bonum: & pari modo, immo multo magis tẽporalia debeantur poteſtati ſacræ, quæ (nihil differt de nomine, dummodo in re conueniamus) decimæ, & primitiæ vocantur. Secundo fit, vt quemadmodum Rex duplici capite poteſt vti ſua poteſtate in rep. politica (vt Burleus ex Alberto notauit c.8.1.Ethic. & nos ſupra oſtẽdimus) vel boni conſeruandi, vel ratione delicti, puniendo delinquentes; ita Pontifex reſpectu poteſtatũ ſecularium vti facultate ſua poterit, veluti ſupremus Hierarcha, & Monarcha, puniendo delinquẽtes uel ratione boni totius eccleſiæ ſeruãdi: & quẽadmodum regia poteſtate non tollitur inferiorum priuatum dominium, nec bonus vſus, ſed conſeruatur; tollitur vero Tyrannis eorum, qui iniuſte agunt: ita dominio Pontificis non tolletur, nec poteſt tolli Principũ legitimũ dominium, nec bonus vſus: ſed ſubordinabitur tãquam particulare ad vniuerſale. Quarto, cũ vnaqueq; Hierarchia (teſte Dionyſio) terminetur in ſuum Pontificem, erit quilibet Epiſcopus ſuo modo in ſua Eccleſia Hierarcha, & Monarcha; quare Paulus quaſi capita, vel ſupremos Eccleſiæ Præſules enumerat (Ep. ad Eph. *Dion. Eccl. Hier. c. 10.*

4. &

4.& ad Corinthios 1.cap.2.)primo loco Apoſtolos (veluti exponunt Chryſoſtomus, Theophylactus, Ambroſius, & Anſelmus) ſunt autem Epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorum, vt docent Concilium Aquiſgranenſe, Pariſienſe, Tridentinum, Cyprianus, Irenæus, Ambroſ. vnde Paulus alibi poſitos dicit Epiſcopos: *Regere Eccleſiam Dei*. ex quo fit, cum ſupremus in tota Eccleſia ſit Epiſcopus Petri ſucceſſor, ipſe ſit ſupremus in omnibus Monarcha: eſſe autem Romanum Pontificem ſupremum Epiſcopum in tota Eccleſia, apparet ex multis, quæ dicuntur in hoc opere, & ex dictis: Nam ſicut vnaquæq; Hierarchia terminatur in ſuum Pontificem, ita ratio ſuadet; vt vnaquæq; Pontificia poteſtas terminetur in vnum ſupremum Eccleſiæ Pontificem: quare Patres vnum eſſe ſupremum in Eccleſia Epiſcopum, ſeu paſtorem docent, ita Ignatius, Cyprianus, Cornelius Papa, Optatus, Ambroſius, Bernardus, Hieronymus, Pacianus, Theodoretus, Apponius: quod ſi ſuccedunt Apoſtolis Epiſcopi, aliquis debet ſuccedere loco Petri capitis Apoſtolorũ, hic autẽ eſt quem reliquit ille in Sede Romana, cum communi omnium conſenſu Romæ obierit Petrus, quod ex citatis Patribus, & alijs habetur: igitur Romanus Pontifex eſt in omnibus Monarcha. Sed ad aliam rationem.

Chryſo. Teophyl. Ambr. Anſo. in cõ. Aquiſg. ſub Ludo. Pio. c. 9. Pariſien. ſub Lud. & Loth. c. 27. Tridẽt. ſeſſ. 23. cap. 4. Cyp. ep. 65. ad Rog. Ire. 4. con. hære. 45. Amb. in c. 12. 1. ad Cor. Igna. ep. ad Phila. Cyp. de vnit. Ecclo. Corn. in ep. ad Cypr. Opta. lib. 2. con. Parm. Amb. c. 12. 2. ad Cor. Ber. 2. de cõſid. ad Eug. Hiero. in c. 34. Ezech. Pacia. ep. 3. ad Symph. Theod. in c. 34. Ezech. Appon. in lib. 2. in Cãtica.

SECVNDA ratio: Ad eandem poteſtatem pertinet finis & ea, quæ ſunt gratia illius finis: ſed totus homo, & cuncta temporalia omni ex parte ſunt gratia finis ſacræ poteſtatis: ergo ad ſacram poteſtatem pertinebunt totus homo, & cuncta temporalia omni ex parte. Ma. propoſitio eſt Ariſt. pluribus in locis, & patet manifeſta ratione in omnibus facultatibus, ſeu ſcientijs; medicina agit de cibis, herbis, & alijs, quatenus faciunt ad ſanitatem reſtaurandam, vel conſeruandam, & ęgritudinem deuitandã. ars nautica de ventis, & magnete.

2. phy. t. 23. & 7. poli. c. 13.

gnete quatenus expediũt ad nauigationẽ. Mi.probata eſt abunde ſuperiori c.ex Philoſ.Theologis,ex ſacris li teris,Patribus,& pluribus rationibus,& ex dictis c.1.& 2. Corrobatur hoc argumentum:Quia corporis & tem poralium dominium publico, & politico regimine in repub. (vt dicebatur) non habetur, niſi vt materia, ſeu inſtrumentum felicitatis:ergo eſt Eccleſię corporis, & temporalium ſuprema Monarchia. Antecedens patet ex dictis præſertim cap.4.Illatione 1.& 2.vbi oſten ſum eſt, non poſſe vti ſecularem Principem temporalium dominio,niſi boni felicitatis gratia,ſaltẽ mediate, & implicite ex parte operis; ideo peccare niſi aſſumat dignos in ordine ad hunc finem, & debere reſtituere. ad hæc cum poteſtas limitetur a fine,& finis reipub. ſit felicitas, non habebit publico regimine temporalia,niſi quo inſeruiat fini felicitati, ad reddendos nimirum bonos ciues,quare præter loca citata vt inſtrumenta haberi in repub. docet expreſſe Ariſt.1.Polit. cap. 5. in calce, & probat de induſtria initio lib.7. Iam probatur conſequentia: nam ad eandem poteſtatem ſecundum ſe pertinet forma, & materia, ſeu inſtrumentum; qua- 2.Phy.t.23 re Ariſt. ex eo, quod eiuſdem eſt facultatis,finis & ea, quæ ſunt gratia finis,oſtendit eſſe vnius, & eiuſdem naturalis diſciplinæ conſiderare formam, & materiam illius.& 1.Ethic.c.8.propterea reprehẽdit Epigramma quoddam Deliacum, quo ſanitas, & iucunditas tamquam diſiuncta à felicitate enumerabantur;docetq;ad felicitatem requiri etiam externa:itaque ad eandem poteſtatem Eccleſiaſticam pertinebunt temporalia (quę ſunt materia prout virtutem & formam recipiunt ab agẽte. Ideo bene Canoniſtæ vocant gladiũ materialem; inſtrumentum, prout ab eodem agente aſſumitur, & mouetur ad finem aſſequendum) & ſpiritualia, quæ ſunt forma temporalium: eſt ergo ſecundum

ſe re-

ſe regina Eccleſia totius Reipublicæ.

Et hæc ex parte rerum temporalium: nunc ex ordine rerum naturalium ad ſupernaturalia.

TERTIA Ratio: Quomodo diuina ſcientia ſub ordine, & fine poteſtatis Eccleſiaſticæ, cuncta naturalia ſunt diſpoſita, tali modo Eccleſiæ ſunt ſubiecta: ſed omni ex parte ſub ordine & fine poteſtatis Eccleſiaſticæ cuncta naturalia ſunt diſpoſita: ergo omni ex parte Eccleſiæ ſubiecta. Maior clara eſt ex prima ratione allata ſupra cap. 1. & ex ratione 2. modo adducta in hoc capite, & ex pluribus hucuſque dictis. Mi. explicatur, & probatur: Diuina ſcientia adiuncta voluntate, eſt cauſa ordinis rerũ omnium, quod non modo docent noſtri Theologi: ſed ſuo modo fatentur Ethnici Philoſophi, aſſerentes omnia pendere à Deo in genere cauſæ efficientis, & finalis: iam vero oſtenſum eſt ſupra cap. 4. & 5. totum hominem ordinatum eſſe ad Deum. Confirmatur hæc minor propoſitio ex multis, primo: quia homo in omni ſtatu ordinatus eſt ad felicitatẽ æternã: nam in natura lapſa: *Deus pro nobis omnibus tradidit filium ſuum*. in ſtatu naturæ non vitiatæ primi parentes, vel quod dicendum eſt in gratia ſunt creati, vel ſaltem antequam laberentur, gratiam habuiſſe conſtat: vt docent communi conſenſu Theologi, & habetur ex Concilio Trid. Arauſicano, Auguſt. Ambr. Cyril. Chryſ. in quam ſententiam illi iuerunt Patres, qui hominem ad imaginem Dei factum aſſerunt per gratiam, & virtutes: ita Origenes, Baſilius, Nyſſenus, Eucherius. Confirmatur ſecundo, quia ſi in ſtatu naturæ non vitiatæ totus homo ordinatus eſt ad æternã felicitatem, & propterea fini Eccleſiæ totus ſubiectus: ergo multo magis in ſtatu naturæ lapſæ. probatur hæc Conſequentia: quia in ſtatu naturæ lapſæ propter inhabilitatem ex peccato contractam eſt maior dependẽtia à ſupernaturalibus, cum homo

Rom. 8. Theol. 2. d. 29. Tri. ſeſſ. 5. c. 1. Arauſ. c. 1. Aug. in Enchir. c. 104. lib. 5. de fid. ad Pet. c. 6. Amb. li. 5. Exam. c. 6. & de vita beata c. 25. Cyril. in Io. lib. 9. c. vlt. Chryſ hom. 16. in Gen. Orig. lib. 3. Periar. c. 6. Baſil. hom. 10. in Gen. Niſſe. hom. de crea. ho. Eucher. in com. in Ge.

cum homo viribus naturæ minus poſſit omnẽ bonũ morale perfecte agere, aut totam legem naturalem implere, vt habetur ex Concilio Mileuitano, Arauſicano, & Tridentino, Chryſoſtomo, Baſilio, Cyrillo, Auguſtino, Hieronymo, Proſpero, Gregorio, D. Thoma, Bonauentura, Egidio, Riccardo, Henrico, & tamen felicitas finis reipub. eſt bonum perfectum, ſeu perfecta operatio virtutis, vt ſæpe docet Ariſtoteles, quare in hoc ſtatu magis eget intellectus lumine fidei ob inflictum per peccatum ignorantiæ vulnus; magis eget charitate voluntas, quo liberum ſanetur arbitrium, ſine quibus naturalem non poſſemus aſſequi felicitatem, ſiue actiuam, quæ in virtutibus moralibus eſt, ſeu contemplatiuam, quæ eſt in actu ſapientiæ, & Dei contemplatione, vt ſuo loco dicam. Adde quod licet quis fide ſit imbutus, in maiores ſemper incurret tenebras, niſi reſipiſcat. ſcitum eſt illud Gregorij: peccatum, quod per pænitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit, quod habetur etiam ex Chryſoſt. Auguſt. D. Thoma, Riccardo, & Bonauentura. Idcirco apud omnes nationes videmus multitudinem Deorum receptam, & ſpurciſſima quæq; loco numinis habita, cum ratio naturalis vnum Deum eſſe demonſtret, & ipſos Coriphæos philoſophorum turpiſſime lapſos: nam Ariſtoteles decreuit in repub. fætum aliquo orbum membro non educendum, cũ natura contra reclamet; animantia enim ſuos fætus licet mutilos, & deformes fouent, & nutriunt. idem ſtatuit ad euitandam multitudinem filiorũ anteuerti debere, ne fætus concipiantur, niſi exponi poſſint contra id, quod natura dictat in coniunctione maris cum femina, cuius finis eſt procreare ſibi ſimile. taceo eundem Ariſtotelem, mundum voluiſſe ab æterno tempore fuiſſe, ex quo falſo principio multa ſequuntur abſurda.

Plato

Conc. Mile. c. 3. 4. & 5. Arauſ. c. 22. Tri ſeſſ. 6. c. 13. Chryſo. pſ. 77. & in Matt. in ea verba: Soluite, & adducite Baſilius homi. quod Deus non ſit auctor malor. Cyr. li. 9. in Ioan. c. 49. Aug. ep. 47. & 105. & de grat. & li. arb. c. 20. Hier. dial. cont. Pelag. & Epiſt. ad Cteſiphont. Proſp. lib. 1. de voc. gen. Grego. hom. 11. in Ezec. & 25. mor. c. 12. D. Th. Bona. Egid. Ric. 2. d. 28 Hen quodl. 5. q 20. Ariſto. 1. mora. c. 7. & lib. 10. c. 6. Greg. ho. 11. in Ezech. Aug. 1. retr. c. 8. D. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 8, Bona. Egid. et Ric. 2. did. 28. Ariſt. 7. Pol. c. 16.

Digitized by Google

Plato in rep. docuit vxores eſſe communes,nudas mulieres proponendas hominis aſpectibus, & alia de mundi creatione,& animæ dixit minus conuenientia:Igitur in ſtatu naturæ lapſæ maior eſt dependentia naturaliũ, à ſupernaturalibus; ideo maior ſubiectio : Confirmatur Tertio eadem propoſitio: Ad illud homo omni ex parte eſt ſubordinatus,propter quod omnia naturali inclinatione appetit : ſed homo omnia appetit propter finem Eccleſiaſticæ poteſtatis,ergo &c. Ma. patet: nam naturales inclinationes ſunt à Deo.probatur Minor: omnia enim propter Deum habent rationem effectus,cum ſolus Deus lumine naturę abſolute primum principium & vltimus finis cognoſcatur independens : ſed homo naturaliter non quieſcit viſo effectu, ſed appetit ſcire cauſam 1.Phyſ.t.2. & viſa cauſa per ordinem ad effectum ipſam cauſam ſcire ſecundum ſe,& ſuam eſſentiã, cum quod quid eſt rei ſit obiectũ intellectus, vt vnumquodque ſuam eſſentiam,habere lumine naturæ percipiatur, & propterea etiam Deum primam cauſam habere eſſentiam;ita viſo participato bono,ſeu fine(idem enim finis,& bonum)nõ quieſcit voluntas,donec ad ſupremum peruenerit; quare Ariſt. in contemplatione Dei ſubſtantiæ à materia ſeparatæ ponit felicitatẽ lib. 10. Ethic. quam poſſe cognoſci affirmat 9. Metaph. & 3.de anima : Plato, & alij Philoſophi : licet perfecte in altera vita diuinæ ſubſtantiæ cognitio aſſeratur à Platone haberi; ideo erit naturalis inclinatio ad Deum videndum: quod ſæpe docet D.Thomas,& Scotus,horumque diſcipuli, & cum ad hunc finem naturæ viribus non poſſimus peruenire, & Deus, & natura nihil fruſtra faciant, vt toties docet Ariſt. neceſſario danda erit aliqua facultas, cuius miniſterio ad eum finẽ peruenire poſſimus : hanc nos dicimus Eccleſiaſticam miniſtram gratiæ,& virtutũ ſupernaturalium. Sic itaque

dialog.5.de repub.

Tertia Confirm.

Ariſt.9.metap.t.22. 3. de anima t. 18.

D.Thom.3. con gent c. 50.de verit. q.13.art.1. ad 1. & ar. 5.ad 6. Scot.q.1.prolog. Ariſt.1. cęli t. 32 & 2. cœli t 50.et alibi.

I homi-

hominès cunčti quoad omnia ſubiecti erunt fini Eccleſiaſticæ poteſtatis, licet omnes non habeant aliquid ſupernaturale, ratione cuius puniantur pœnis ſpiritualibus ab Eccleſia, veluti ſunt Chriſtiani, vel Hæretici, qui ita ſubiiciuntur per characterem indelebilem; vnde & excommunicantur in bulla Cœnæ, quod aduertit Ricardus; eſt tamen aliquid naturale, nempe naturalis illa inclinatio, ſeu pondus (quod aiunt) naturæ, quo homo naturaliter tendit in vltimum finem, ratione cuius naturali iure ſunt ſubiecti Eccleſiæ, & pœnis puniuntur ab Eccleſia temporalibus, ſi delinquant in manifeſtis contra lumen rationis, quod dicebatur cap. 2. & patet ex dictis.

Confirmatur quarto: quia ſi finis Eccleſiæ eſt ſupremus, & vltimus omnium finium: ergo Eccleſia eſt domina omnium principum. Antecedens patet; probatur conſequentia: nam ſi eſt ſupremus, & vltimus omnium; iam poteſtas Ethnicorum continetur ſub eo fine Eccleſiæ; alioquin enim non eſſet vltimus, & ſupremus omnium: at continens habet rationem formæ, teſte Ariſt. contentum materiæ; eſt autem formæ determinare, & imperare; materiæ ſubiici; ideo cum poteſtas, & media vt dicebatur determinentur à fine, & ab illo omnem ordinem, & menſuram accipiant, conſequens eſt vt media illa, quibus aſſequimur vltimum finem, imperent omnibus inferioribus finibus, & poteſtatibus verſantibus circa particulares fines.

3. Phyſ. tex. 67. 4. cali. t. 35. 1. Mag. moral. c. 3.

Prima obiectio. Sed occurret aliquis: Infideles habent verum dominium, & illud ab eis minus ordinatur ad verum cultum, & vnum Deum, in quo eſt ſuprema Reipub. felicitas; ergo non eſt illa dependentia, quam docuimus.

Secunda obiectio. Secundo, poſſet ea naturalis inclinatio in homine ad vltimum finem negari, veluti à pluribus negatur; non ergo erit aliquid in Ethnicis, ratione cuius ſint in rebus

tem-

tẽporalibus ſubiecti Eccleſię. Tertio, poſſet homo in puris naturalibus conſiderari, & à Deo fieri, qui viribus naturæ ſuum finem naturalem aſſequeretur ſine vlla directione ſupernaturali. *Tertia obiectio.*

Ad primam obiectionem concedo eſſe apud Infideles verum dominium: ſed illud totum dependenter habent ab Eccleſia, cum cæteri omnes fines ab Eccleſiæ fine, qui vltimus eſt, & vniuerſalis omnium, omnino dependeant. Quod vero Ethnici non referunt ad verum cultum, & Deum, reſpondeo ex ratione intrinſeca dominij ex parte operis debere ſaltem implicite referri, & licet ex intentione operantis non referatur, hoc eſſe per accidẽs, quod ſic explicatur. Cum Princeps ſit cauſa Reipub. & Reſpub. ſit tota cauſa felicitatis, quæ per ſe primo in Deo eſt, ideo debet Princeps aliquo modo per medios, & interiectos fines ad Deum ordinare dominiũ, alioquin excederet limites ſuę poteſtatis, quare ſaltem implicite ex parte operis debet ille actus eſſe ordinatus ad felicitatem: quod ſi ad illam aliquo modo ordinat, ſed vanagloria ducitur, eſt per accidens ex intentione operantis, non contra rationem intrinſecam dominij, & poteſtatis, cuius diſtinctio intrinſeca per actum, & obiectum debet attendi; licet quo bonus ſit ille actus principis, vel ſecundum rectam rationem, vel meritum ad vitam æternam ex parte operantis, virtute debeat aut ſaltem habitu referri in Deum, vt ſæpe docet D. Thomas. *Reſp. prima obiect.* *D. Thom. de verit. q. 22. art. 2. & 1. ſent. diſt. 1. q. 1.*

Ad ſecundam obiectionem ratio adducta à nobis oſtendit inclinatione naturali hominem Deum appetere vltimum finem, quod ex illo axiomate Philoſophico ab omnibus Ethnicis admiſſo, & toties à nobis relato apparet, quod eſt, felicitatem in ea re eſſe, quæ per ſe ſolum appetitur, omnia propter illam: quare Ariſt. in confuſo hoc cognouit, licet modum ſingillatim non ex-

plicarit, is enim per fidem habetur, & ſatis ad hoc probandum nobis in præſentia attuliſſe Principes ſcholæ Theologicæ D. Thomam, & Scotum: plura infra dicentur. Secundo reſpondeo; etiam ſi admittamus non eſſe inclinationem naturalem ad vltimum finem, id eſt Dei viſionem in Ethnicis, adhuc deberet aliquid in eis eſſe (licet ſupernaturale, & ideo iure erunt ſubiecti) ratione cuius inclinarentur ad vltimum finem, nimirum habitus fidei, & charitatis, quibus homo inclinatur ad vltimum finem: Deus enim nulli deeſt, ſufficienti gratia, vt Dionyſius docet, Clemens Alexandrinus, D. Thomas, & cæteri: *Vult enim omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. quare vitio illorum libero arbitrio male vtentium eſt, ne ſint tales habitus, vnde hominis vitio eſt damnatio: *Perditio enim tua ex te ò Iſrael*, ait Vates.

Infra in ratione decima.

Secunda Reſp.

1. Tim. 2.

Dion. de cæleſ. Hier. c. 9

Clem. lib. 6. & 7. ſtrom.

D. Thom. 3. con gent. c. 159. & 160.

Oſe. 3.

Ad tertium reſpondeo, de facto cum homo fuerit ſemper ordinatus ad vltimum finem medijs ſupernaturalibus acquirendum, ideo de facto ipſi eſt ſubiectus, & poteſtati illius finis. Secundo, ſi homo in puris naturalibus fuiſſet creatus, cum natura poſt lapſum integra permanſerit quoad ſuam ſubſtantiam, & principia operandi, ſeu potentias, vt docet D. Thomas, Scotus, Marſilius, Conradus, Ferrarienſis, Sotus, & alij; fuiſſet inclinatio ad Deum videndum, quare omnia egiſſet ſaltem mediate, & implicite gratia illius finis; at ea beatitudo haberi nequit ſine ſupernaturali auxilio. Tertio reſpondeo, neque homo ille beatus fuiſſet quo ad ea quæ pertinent ad finem naturæ per naturalia. Nã in ſtatu naturæ lapſæ licet adiuuemur per multos habitus acquiſitos, & per doctrinam reuelatam, & habitus infuſos, experimur in multis difficultatibus aberrare à vero; multo ergo magis in puris naturalibus aberraſſet homo: *Nec*, ait Ricardus, *per pura naturalia potuiſ-* *ſet*

D. Tho. 1. 2. q. 85. ar. 1.

Scot. 2. diſt. 29. q. vnic.

Marſ. 2. diſ. 18. ar. 3.

Conr. 1. 2. loco citato.

Ferrar. lib. 3. con gent. cap. 12.

Sotus de natura & grat. c. 13.

Ricard. lib. 2. ſen. d. 24. ar. 1. q. 1.

Digitized by Google

ſet reſiſtere omni motui vitioſo, quoniam vires inferiores à ſuis mouentur obiectis, præter & contra rationem, & voluntatem, & ſimile habetur ex Alberto, Henrico, & alijs: acceſſiſſet demonis aſtutia, & impulſus, quare non aſſequutus eſſet omne verum, & omne bonum naturæ; ideo nec expleta naturæ capacitas, ideo neque ſimpliciter beatus, vt operaretur ſecundum omnes virtutes, & intellectuales, & morales, vt ex Ariſtotele docet Euſtratius requiri ad beatitudinem: acceſſiſſent corporis labores, & plures aliæ moleſtiæ, quibus illa natura foret ſubiecta, vt non eſſet firma in beatitudine poſſidenda, nec ſine miſeria, vt poſſet cum delectatione ſemper operari, velut requiritur ad integram, & perfectam beatitudinem ex Ariſtotele, & ideo dicebat idem Ariſtoteles alibi: animas defunctorum beatas non affici moleſtijs eorum, quæ hic aguntur. & Plato, non eſſe perfectam hic felicitatem, quare eguiſſet illa natura certa regula in directione veri, & boni naturalis, qualis eſt regula ſupernaturalis, & quo perduci poſſet ad perfectam beatitudinem ſupernaturalem, quod præſtari nos dicimus per Eccleſiam, & in ſtatu innocentiæ præſtabatur dono originalis iuſtitiæ, & ſupernaturali Dei gratia, & priuilegio.

Albertus. ibid.
Her. quodl. 7.
Euſt. in lib. 10. Eth. c. 8.
Ariſ. 1. Eth. cap. 11.

PLVRIBVS EADEM MONARCHIA oſtenditur. Cap. VII.

QVARTA Ratio: Illius eſt in tota Republica diuino iure omni ex parte imperare, cuius eſt ex ſupremo offitio proxime perducere ad Deum finem humanum: ſed talis eſt Pontificia poteſtas: ergo illius erit diuino iure in tota Republica omni ex parte imperare. Maior nota eſt

ex

ex dictis, vbi enim eſt totalis ſubordinatio per medios fines vſq; ad vltimum finem, poteſtas proxime verſans ex offitio publico circa finem vltimum imperat (quod modo dicebatur) poteſtatibus verſantibus circa inferiores fines. Minor probatur: quia homo perducitur ad Deum tamquam naturalem finem per naturales virtutes, ad eundem tanquam vltimum finem per ſupernaturales Theologicas: at hæc pertinent ex ſupremo publico officio ad Pontificem diuino iure, cum ſit diuino iure Hierarcha in ſpiritualibus omnibus. Confirmatur pº. quia Deus finis omnium naturalium cognoſcitur lumine naturæ, & iure naturæ amandus ſuper omnia, vt ex Paulo dicam, Hieronymo, Primaſio, Remigio, Chryſoſtomo, Theodoreto, & alijs in fine rationis 11. & Ariſtoteles, & alij Philoſophi norunt, externa eſſe propter hominem, hominem propter Dei contemplationem, vt dicam in ratione 20. debet ergo cum felicitas in Deo ſit, & Reſpub. cauſa felicitatis, aliquis in Repub. eſſe, cuius ſit ex publico officio proxime perducere hominem ad Deum humanam felicitatem; & quis nam hic erit, niſi Sacerdos, cuius eſt ex officio verſari proxime circa Deum? Confirmatur 2º. Vbi vna poteſtas tota per aliam refertur ad vnum finem ibi eſt totalis ſubiectio: ſed poteſtas ſecularis tota per Sacerdotalem ad eius normam refertur in Deum finem Reipub. ergo, &c. Maior clara eſt. Minor explicatur: licet cũcta in Rep. nõ ſine ſacrarum rerum antiſtitum nutu regerentur, tamen quo commodius illi grauioribus vacarent, Reſpub. diuidebatur quoad exercitium in Sacerdotes, & Magiſtratus, ita Vulpianus: *Publicum ius in ſacris, & Sacerdotibus, & Magiſtratibus conſiſtit*, quam diuiſionem recepit Bartholus, Baldus, & Iaſon, qui multos refert Iuriſperitos, & Canoniſtas, Rempub. diuidentes in Sacerdotes, & Magiſtratus; & Ariſt. 7.

Vlpian. l. 1. ff. de iuſt. & iur.

Po-

Polit.cap. 12. *Cum multitudo ciuium diuiſa ſit in Sacerdotes, & Magiſtratus.* Idem docet cap.8.& 9.Canoniſtæ cum Iſidoro c. *Ius publicum*, plures citati lib.2.c.12. Iam probatur Mi.quia licet omnia dependeant à Deo immediatione cauſæ, & ſuppoſiti, tamen temporalia tota (vt oſtēdi ſupra) per ſpiritualia referũtur in Deum; quare cum Sacerdotium proxime verſetur ex officio in Repub.per ſpiritualia circa Deum, imperabit omnino illis, qui verſantur circa res temporales, quæ habent exercitium ad normam rei ſpiritualis. hæc ex collatione partium Reipub. nunc ex collatione finium vtriuſq; partis.

QVINTA Ratio: Illæ poteſtates ſunt Diuino iure omni ex parte ſubiectæ, quorum fines ſunt ita ſubiecti: ſed proprius finis poteſtatis temporalis tali modo eſt ſubiectus fini ſacræ poteſtatis: ergo, &c. Maior habetur ex Ariſt. & patet ex ſupradictis: Poteſtates enim totæ limitantur à fine. Minor demonſtratur, quia poteſtas temporalis, vt ipſa denominatio præſefert, licet debeat dirigere temporalia ad ſpiritualia, tamen ex vi ſua propria non ſe extendit, niſi ad aliquod temporale inducens ex ſuo officio ad bonum aliquod corporis, & pacem temporalem ex officio procurandam; at corporale, & temporale in homine naturali iure eſt propter animi bona, ſeu felicitatem, cuius gratia naturali inclinatione omnia agit; adeo vt non poſſit non appetere, teſte D.Thoma, felicitatem. Accedit, quod corpus eſt omnino gratia animi: ergo poteſtas ſecularis omnino gratia Sacerdotalis. Antecedens notum eſt in omni bona philoſophia, cum materia ſit gratia formæ: eſt autem anima forma corporis. Probatur conſequentia. nam cum diſtinctio ſumenda ſit ex propria materia, ſeu ex fine rei proximo, ideo Patres recte diſtinguentes (niſi quis non bene diſtinxiſſe dicere preſumeret) voluerunt

1.Ethic.cap. 1.& 2.

D.Tho 1.2. q.5.ar.8.ad 2.q.10 ar.2 q.13.ar.6.

Princi-

Principem ſecularem verſari circa corpus, Sacerdotem circa animam, non quod non verſetur etiam circa corpus Sacerdos, cum animam non abſtractam ſed in corpore regendam acceperit, à qua copus ſuum eſſe recipit, & omnem operationem; & ideo omnis temporalis poteſtas eſt in Sacerdote: ſed quia ſecularis per exercitium circa corpus, & externa ſolum verſatur, & Sacerdos præcipue circa animam, potentia enim à re nobiliore, & à ſupremo gradu denominatur teſte Ariſt. ita homo rationalis dicitur, quamuis ſit ſentiens, baiulus ferre poſſe centum libras argẽti quamuis poſſit decem; vnde Chryſoſt. *Habent terreſtres Principes vinculi poteſtatem; verum corpus ſolum; id autem quod dico Sacerdotum vinculum, ipſam etiam animam pertingit*. Eadẽ alibi habet, & docent Clemens Rom. in conſt. Nazianzenus, Caſſiodorus, Iuo Epiſcopus Carn. Leo primus, Gregorius Primus, Hugo, Alenſis, D. Thomas, D. Bonauentura, Henricus: & ad hos adiunguntur illi, qui vtrumque gladium eſſe dicunt penes Eccleſiam, & ſpiritualem dicunt immediate exercẽdum ab Eccleſiaſticis, materialem à ſecularibus ad imperium Eccleſiæ: ita multi Patres Theologi, & Canoniſtæ relati lib. 3. c. 6. Dices: ſcire ſeculares quid expediat ad finem Reip. Reſpondeo ſi ſciunt, ſcire, ait Henricus, veluti artifices à poſteriori experientia, à priori ſcitur per poteſtatem ſacram, cuius eſt ex officio regulam præſcribere per ſpiritualia temporalibus. Deinde etiam ſi ſcirẽt, ſtandum eſſet ſacræ poteſtati, niſi expreſſe ipſam errare conſtat, cum ipſius ſit ex officio agere de ſpiritualibus fine rerum temporalium, alioquin quia milites ſciũt quid expediat in exercitu, obtemperare ſupremo exercitus duci non deberent, quomodo euerterentur omnia, quare niſi ſuperiores poteſtates errare expreſſe conſtent debent inferiores etiam in dubijs ſubeſſe. ratio enim ſup-

Ariſt. 1. cœli t. 116.
Chryſ. li. 3. de ſacer. & hom 4 et 5. in ea verba: Vidi Dominum. he. 15. in c. 7. 2. ad Cor.
Clem. Conſ. Apoſt. c. 34.
Naz. orat. in prin. iraſcent.
Caſſiod. varia lib. 11. ep. 2.
Iuo ep 51. ad reg. Anglo.
Leo ep. 37. ad Leonem Auguſt.
Greg. 2. regiſt. epiſ 62. ad Maur. Aug.
Hugo li. 2. de ſacr. fid. par. 2. c. 3.
Alen. 3. parte ſum. q. 40 mem 2.
D. Tho. opu. 20. lib. 3. c. 20.
D. Bona. 3. p. Eccl. Hierar. init.
Hen. quodlib. 6 q. 23.

po-

ponitur pro Principe, quod habetur ex Conc. Lateranenſe ſub Alexandro III. cap. 19. & ſub Innocentio III. cap. 46. ſub Leone X. ſeſſ. 9. ex D. Thoma: ex quibus apparet eſſe Epiſcopi, & Eccleſiæ iudicare, quid expediat ad vtilitatem publicam temporalem, & laicos debere eſſe ſubiectos.

Concil. Later. ſub Alexan. ſub Innoc. ſub Leone X. D. Tho. 2. 2. q. 40. art. 2. ad 3.

SEXTA Ratio: Apud quem eſt per ſupremum externum miniſterium bonitas, & perfectio cunctarum hominis actionum, apud illum ſuprema eſſe debet Monarchia in rebus omnibus etiam temporalibus: ſed talis eſt apud ſummum Pontificem, ergo &c. Maior explicatur, & probatur, cum tota Reſpub. ſit virtutis, & felicitatis gratia, illis plus iuris conuenit in Republ. qui plus conferunt ad finem Reipub. Vnde propterea peccare Principem ſecularem dicebamus, ſi minus dignos proponat in Repub. magis dignis, & debere reſtituere, ſi indignis officia conferat; quod ex Theologis oſtendimus, Philoſophis, Iuriſperitis, Canoniſtis, quare ſi per externum miniſterium eſt omnis bonitas apud Pontificem ſummum, illi ſine dubio eſt ſuprema Monarchia tribuenda. Deinde demonſtraui finis eſſe bonitatem, appetibilitatem, menſuram, ordinem medijs tribuere ab eodem vero fine oſtendimus, quoad ſuum imperium menſurari poteſtatem; itaque ſi per ſupremum miniſterium Pontifex habet perducere ad omnem bonitatem & abſolutam perfectionem, Pontifex etiam ſupremum Imperium habebit in tota Republ. Confirmatur, quia propterea dicebat Ariſt. Eleates, & alij Philoſophi iudicem, ſeu Regem eſſe ius animatum; & D. Thomas cum Auguſt. ablata iuſtitia regna eſſe magna latrocinia: quia tota Reſpub. eſt virtutis gratia: quare de iure illi eſt tribuenda Monarchia, apud quem eſt per miniſterium omnis humana bonitas, & perfectio. Mi. explicatur: Conuenit ſocietas humana cum brutali in bonis

Ariſ 5. Eth. c. 4. Eleat apud Clem. Alex. lib. ſtrom. D. Tho. 2. 2. q 66. art. 8. ad 3.

corporis. Nam apes (vt ſæpe dixi) cõgregantur gratia boni alicuius corporalis; humana diſtinguitur à brutali per bonum animi, in quo dicebamus eſſe felicitatem; iam vero eſſe Pontificis perducere per publicum ſupremum miniſterium ad hanc bonitatem, & perfectionem. Probatur primo ex ſuprema Hierarchia, cuius eſſe dicebamus illuminare, purgare, & perficere tam in bonis moralibus, & naturalibus, quam ſupernaturalibus; id vero ex ſuprema adminiſtratione eſt Summi Pontificis, ipſe enim eſt ſupremus Hierarcha in rebus omnibus ſpiritualibus. Deinde tota Principis poteſtas in eo verſatur, quo per temporalium directionem mala à Repub. tollat, & bonos cuſtodiat: at id ex offitio agit Pontifex illuminando, & purgando, bonũ autem cuſtodit perficiendo. Secundò, probatur, quia Pontificis eſt coniungere ſummo bono Deo vltimo fini, qui continet formaliter dignitatem regiã, & eminenter ſaltem omne bonum. Tertio, finis reip. eſt aliquod perfectum, & abſolutum; at talis etiam naturalis Reip. haberi non poteſt ſine gratia, & fide, cum ſine his nec legem totam naturalem cõplere poſſimus. Quarto, Sacerdotes ſunt miniſtri gratiæ: eſt autem bonũ gratiæ (vt dicam infra ex D. Tho.) maius bonum, quàm bonum totius vniuerſi. Adde quod Papa theſauros Indulgentiarũ diſtribuet, & errare minus poteſt in vniuerſali gimine circa mores, & ſanam doctrinam, quare ſi illis plus iuris conuenit in Repub. qui plus conferũt ad felicitatem finem Reipub. ſupremo Pontifici ſuprema in omnibus, & abſoluta Monarchia debita eſt.

SEPTIMA Ratio, quæ & ipſa abſolutam Monarchiam ſingillatim demonſtrat (nam & ceteræ etiã ex ſubordinatione deductæ probant) hæc eſt; Qui ſuccedit loco Chriſti ſupremum caput in tota Eccleſia, illi debita eſt ſuprema Regni, & Sacerdotij Monarchia: ſed

ta-

talis eſt Petri ſucceſſor, ergo, &c. Minor clara eſt apud Catholicos, & patet ex Concilijs, Patribus, & Diuinis litteris, veluti dixi in cap. 2. in ratione 3. & magis erit manifeſta hæc propoſitio ex ijs omnibus, quę dicentur infra libro ſecundo cap. duodecimo, & ſequentibus, & libro tertio cap. primo, & ſequentibus: apparebit enim loco Chriſti Petrum ſuccedere ex omnibus. Ma. probatur. Primo hoc ipſo, quod ſuccedit Chriſto Pontifex caput; eſt enim Chriſtus caput Eccleſiæ, quoad vtramque dignitatem Regiam, & Sacerdotalē, vt conſtat ad Epheſ. cap. 1. & Pſ. 2. de qua re lib. 1. cap. 23. Dices licet Eccleſia conſtet Regno, & Sacerdotio Papam eſſe caput vice Chriſti in Sacerdotio, non in Regno. niſi forte conſecutiue. Contra: quia Sacerdotiū Nouæ legis eſt ſacerdotium ſecundū ſimilitudinē Melchiſedech, qui fuit rex ſimul, & Sacerdos veluti ex Paulo oſtēdemus, & ss. Patribus lib. 2. c. 11. Secūdo, quia iſto modo vt ſupra dicebatur c. 1. non ſeruatur abſolute vnitas capitis viſibilis, nec Eccleſiæ viſibilis, adhuc eſt expreſſe cōtra Patres ibi citatos, quos apparet clare voluiſſe eſſe caput etiā in tēporalibus, vt in Petrum Vicariū caput temporalem Chriſtus, & Sacerdotalem dignitatem trāſtulerit: ita ſentire videtur Optatus Mileuitanus Leo Magnus, Leo Nonus, Bernardus, Apponius: accedunt alij, qui cum velint Chriſtum ſecundum humanā naturam habuiſſe abſolutum rerum temporalium dominium, dicunt, quod habebat caput Chriſtus, hæreditario iure habere Eccleſiam, ita Primaſius, Beda, Anſbertus, Ricardus, Haymo, Ticonius citati lib. 3. cap. 14. Secundo probatur, Chriſtus optimo regimine Eccleſiam gubernandam reliquit: ſed optimum regimen eſt abſoluta in omnibus etiam tēporalibus Monarchia: ergo tali modo gubernandam reliquit. Maior huius argumenti videtur clara: nam ſi de Synagoga Deus per

Digitized by Google

Eſa 5.

Eſaiam dicit: *Quid eſt, quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?* an non idem dicendum magis de Eccleſia, & ſane plene ſunt diuinæ litteræ de optimo regimine Eccleſiæ, de quo Pſal. 44. 71. 88. Eſaiæ 9. & 16. Hierem. 23. & 33. Ezech. 34. & alibi. Pro Minoris explicatione aduertendum tres præcipuas formas eſſe regiminis; Monarchiam, cum vnus in repub. præſidet; Ariſtocratiā, id eſt gubernationē optimatum; Dimocratiā, hoc eſt populare imperium: & tres alias, quę degenerāt potius ab his, & opponūtur illis; ſic tyrānis Monarchię, Oligarchia, ſeu paucorum dominatus, Ariſtrocratiæ tumultuaria populi factio; Dimocratiæ de hiſce Plato; Ariſtot. & cæteri. iam probatur Minor propoſitio. Primo auctoritate Philoſoph. Plato. in dialog. de regno: *Vnius igitur dominatio bonis coniuncta conſtitutionibus quales leges vocamus, ſex illorum omnium optima eſt.* Ariſt. cum ſpecies regiminis numeraſſet: *Horum*, inquit, *optima regnum.* neq; dicas intelligere hos ſolum circa res temporales: nam in eodem dialogo Plato dicit, Regem in repub. debere eſſe ſacerdotem, & Ariſt. partem conſulendi, & iudicandi debere tribui ſacerdotibus in repub. affirmat ſenſit vna cum Platone Zeno, & Stoici, & Diotogenes Pythagoreus: cum docuiſſet regis eſſe officia; *Imperare, iudicare, Deos colere*, *idcirco*, ait, *in rege perfecto, vt bonus ſit imperator, iudex, ſacerdos, requiritur: hæc namque regiam maieſtatem comitantur, & ornant.* Sed de ſuprema in omnibus Monarchia idem cum Ariſt. videntur voluiſſe alij philoſophi Peripaterici, Auerroes, Euſtratius, Simplicius, Aphrodiſæus, vel in lib. Polit. & Ethic. vel 12. Metaph. vbi Ariſt. vnitatem Dei oſtendit ex Monarchia, adducto illo verſiculo Homeri: *Multorum principatus malus, vnus ergo princeps.* nam ex illo tamquam propoſitione vniuerſali oſtendit vnum eſſe Deum; & opti-

Prima probat. ex Philoſophis qua oſtenditur optimū regimē eſſe Monarchiam. Ariſ. 8. Eth. cap. 10. Zeno, et alij citati infra cap. 10.

Simplic. 1. Phyſ. t. 19.

optimum regimen Monarchiam eſſe docet etiam Plutarchus, Seneca, & alij. Secundo probatur ex Poetis, vel Hiſtoricis, ita ſentit Homerus, Heſiodus, Euripides, Ecphantes, Serinus, Iſocrates, Herodotus; horum verba adducit Ioannes Stobæus ſerm. 45. cui titulus eſt, *Quod optima eſt Monarchia*. & loquuntur generatim de omnibus, & magis de temporalibus refert Herodotus hanc fuiſſe controuerſiā motam à Principibus Perſarum, & vno excepto concluſiſſe omnes optimam Monarchiam vtique in omnibus: nam apud Perſas erant Reges Sacerdotes: immo in hanc ſententiam iuiſſe conſtat omnes celebriores nationes, quæ ſummam rerum omniū tribuebant ſacerdotibus, ita Aegyptij, Aethyopes, Aſſyrij, Babylonij, Perſæ, Galli, Arabes, Græci, Romani, & alij, quod ſuo loco oſtendam. Neq; obiicias Rempub. Romanam, Carthaginenſem, & alias: nam apud has ſacerdotum auctoritate, & nutu omnia adminiſtrabantur, licet à bellis per ſe immediate exercādis, & à quibuſdam forenſibus actionibus ſolerent ſacerdotes ſe abſtinere, quo grauioribus vacarent: itaque primaria poteſtas erat penes ſacerdotes, licet regimen circa corporalia, & externa immediate eſſet quoad exercitium penes plures per vices, & hoc apparet voluiſſe nomine regni, & Monarchiæ, cuius nomine intelligebant præcipue res externas, & corporales. Tertio probatur ex Theologis, & Canoniſtis: id enim docet S. Thomas lib. 4. contra Gentes cap. 76. & ibidem in Commentariis Ferrarienſis, & Albertus, Antonius Andræas, & alij in comment. 12. Metaph. Accedunt illi, qui dicunt eſſe Eccleſiam inſtar cæleſtis Hieruſalem, in qua Deus præſidet, & ideo vnum eſſe ſupremum præſidentem in militanti Eccleſia: nam Deus præſidet in omnibus in Eccleſia triumphanti; ita Riccardus, Bonauentura, Albertus, D. Thomas, citati

Plutar. opu. de Monarchia.
Seneca lib. 2. de benef.
Secunda probatio.
Herod. lib. 3. in Thalia.
Ricc. Bona. d. 25. lib 4
Albertus in. cano. Miſſæ.
D. Tho. loco citato.

Hen. quodl. 6. q. 23. Alen. in canon. Miſſæ. Innoc. Abb. Ioan. And. in cap. nouit de iud. vel de uoto et voti red. vel de foro cõp. c. licet. Hoſtien. in cap. per venerab. qui fi lij sũt legit.

tat. Henricus, Alenſis, & plures alij diſt. 25. 4. ſent. Innocentius, Ioannes Andreas, Abbas, & alij Canoniſtæ explicantes extrauag. Bonifacij VIII. Vnam ſanctam de maior. & obedien.

Tertia probatio.

Baſilius in proemio in li. de morib. ſeu de indiiio Dei.

Chryſoſt. demonſtratione aduerſus gentes, quod Chriſtus ſit Deus.

Quarto probatur ex Sanctis Patribus, Baſilius Magnus: *Animaduertebam in qua vis multitudine diſciplinam conſenſionemque eo vſque ſolere ſeruari quoad omnium communiter in Principem vnum in parendo eius Imperio conſpiratio teneretur; contraque diſſenſiones atque diſſidia ſimiliter imperantium etiam multitudinem ex eo naſci, quod nemo eſſet, qui imperaret; hocque quod dico; aliquando in magna apum frequentia animaduerti, quæ naturali directæ inſtinctu regem ſuum ſeruato ordine ſequuntur*. Chryſoſtomus cum conſtitutos Apoſtolos docuiſſet ſuper omnem terram, vt regibus ſint potentiores: *Vt indiſciſſa Eccleſia manifeſtaretur, in nouiſſimis diebus inſignis erit mons Domini preparatus in uertice montium, & exaltabitur ſuper omnes colles, & venient ad eum omnes populi, & gentes multæ, & quod non ſolum firma, & ſolida, & immobilis ſit, ſed quod multa orbi pace præſideat, & interibunt principatus multorum in Ciuitatibus, & Monarchæ, vnum autem quoddam regnum propagabitur*. & paulo poſt *gentes illæ omnes ſub vno iugo erunt: id quod, & alius quidam Propheta manifeſtans dicebat, & ſeruient ei ſub iugo vno*. Et plura alia dicit, ex quibus apparet loqui de ſuprema Monarchia in omnibus; quã collatã Eccleſiæ, vel Collegio Apoſtolorũ nõ ſemel ibi docet Gre. Mag. *Quia autem gentilitas colligenda erat, & Iudæa pro culpa perfidiæ diſpergenda, ipſa quoque deſcriptio terreni principatus oſtenditur: quoniam & in Romana republ. vnus præfuiſſe deſcribitur, & in Iudææ regno per quartam partem multi principabantur; voce enim Redemptoris noſtri dicitur: Omne regnum in ſe ipſum diuiſum*

homil. 20. in Euangel.

deſo-

deſolabitur. liquet ergo quod ad finem regni Iudæa peruenerat, quæ tot regibus diuiſa ſubiacebat. aperte quoque non ſolum ſub quibus regibus, ſed ſub quibus etiam ſacerdotibus actum ſit demonſtratur: quia illum Ioannes Baptiſta prædicaret, qui ſimul Rex, & Sacerdos exiſteret, Lucas Euangeliſta prædicationis eius tempora per regnum, & ſacerdotium deſignaret. Clare Greg. ſentit optimum eſſe regimen Monarchiæ in omnibus, nam temporale erat imperium Auguſti, & regnum Iudææ, ſed ſimul etiam in ſpiritualibus: & tale futurum in Eccleſia docet: nam auctoritas illa Chriſti, *Omne regnum*, &c. vniuerſalis eſt, & potius de ſpirituali regimine à Chriſto intelligitur, & ſic intellexit, vt ſub Chriſto eſſet gubernatio Rege, & Sacerdote Leo Magnus, cum Chriſti crucifixi vniuerſalẽ meritis mortis in toto terrarum orbe acquiſitam in omnibus poteſtatem explicaſſet: *Nunc*, ait, *& ordo clarior Leuitarum, & dignitas amplior ſeniorum, & ſacratior eſt vnctio Sacerdotum, quia Crux omnium fons benedictionũ, omnium eſt cauſa gratiarum.* & mox, *Omnes differentias hoſtiarum vna corporis, & ſanguinis tui implet oblatio, quoniam tu es verus Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, et ita ex te vniuerſa perficis myſteria, vt ſicut vnum eſt pro omnibus victima ſacrificium, ita vnum de omni gente ſit regnum.* Eadem videtur velle de vnitate regni indiuiſa in omnibus Dionyſius Areopagita in Epiſt. ad Demoph. Monachum, Sanctus Ignatius Martyr, Cyprianus de vnitate Eccleſiæ, & de vanitate Idolorum, Iuſtinus Martyr in lib. de Monarchia citans Pythagoram, & Homerum, Nazianzenus oratione 1. de pace, & S. Petrum fuiſſe indicat Hieronymus in Epiſt. ad Ruſticum, qui docet id exemplo apum, & Theodoretus de iiſdem apibus loquens: *Confuſam inter multos poteſtatem*, Non ergo plurium Principatus laudatur

Leo Magn. ſer. 8. de paſſione Dom. poſt med.

S. Ignat. in ep. ad Philadelph.

Theod. lib. 5. de prouid. non longe ab initio.

Digitized by Google

Et Democratiam odio habent, vnum Ducem obſeruant; huic parere illis gratiſſimum eſt. Clemens Alexandrinus infra citatus cap. 10. & Pius Secundus, qui pluribus probat Monarchiam optimam eſſe. Accedunt illi Patres, qui Eccleſiam Militantem inſtar Triumphantis eſſe docent, in qua certum eſt vnum præeſſe in omnibus Deum, ita Clemens Alexand. Bernardus, Anaſtaſius Synaita, Maximus Monachus, Cyri. Hieroſ. & alij. Quinto probatur ex diuinis litteris: nam Adam fuit princeps orbis terrarum à Deo factus Geneſis 1. Pſ. 8. & aliquem cultum, antequam laberetur, tribuiſſe dicendus videtur. Noe princeps orbis terrarum à Deo conſtitutus, & ſacrificium Deo obtulit Geneſ. 8. & 9. Succedebant autem iure hæreditario Hebræorum primogeniti in ſacerdotio, & regno, vt ſanctus Hieronymus, Iſidorus Peluſiota, S. Eucherius, Rupertus Abbas, Beda, & alij affirmant; cum vero poſt confuſionem linguarum dominij diuiſio facta eſſet, & in peiora laberetur genus humanum, Deus tulit legem ſcriptam per Moyſem, quem principem ſupremum in omnibus conſtituit, vt dicam lib. 5. & huiuſmodi principatus in omnibus penes Sacerdotes ſaltem durauit vſque ad Regum tempora. quod vero Regem petierint Hebræi, diſplicuit Deo, vt habetur in lib. Regum, & conqueritur per Oſeam, quare poſt captiuitatem ad meliorem formam redacturus Deus Hebræorum gentem rurſus apud Sacerdotes ſummam rerum omnium eſſe voluit, Zachariæ 6. Oſeæ 1. vt dixi lib. 5. & durauit quædam regni forma, ſeu ſplendor in Tribu Iuda in propria libertate vſque ad Herodem alienigenam, ſub quo fuerunt Iudęi ſubiecti Romanis, donec nimirum veniret ille, cui repoſitum erat regnum, nempe Chriſtus iuxta vaticinium Iacob de tribu Iuda facto Geneſ. 49. vt exponunt in commentarijs in Geneſ. Origenes, Procopius,

Pius II. in bulla retra. in concil. Baſil.

Clem. lib. 6. ſtro. & initio 7.

Bern. lib. 3. de conſi ad Eugen.

Anaſ. anag. contẽp. init.

Maxim. in expoſit. Liturg.

Cyril. cath. 18.

Hierony. de tradit. Hebraic. in Ruben Bened.

Iſido. lib. 2. epiſt. 48. ad Timot. ſect.

S. Eucher.

Rup. Beda in 49. c. cõmen. in Ge. in bened. Ruben.

1. Reg. 8. & 12.

Eu-

Eucherius, Iſidorus Iſpalenſis, Rupertus Abbas, & præterea Hieron. Auguſt Epiphan. Baſil. Chryſoſt. Cyrillus, Athanaſius, Euſebius, & cæteri. Neque dicas non intelligere hos Patres de temporali regno; nam omnes fere citati dicunt fore, vt non deficiat regnum in Iuda ſeu Iudæis, vt explicat Euſebius, donec veniret Chriſtus, & veniſſe, propterea quia defecerit (amiſſa propria libertate Iudæa) & Herodes alienigena regnaret: at qui regnum, quod defecit in tribu Iuda, & tenebat Herodes, erat rerum terreſtrium. ſed ex citatis Origenes dicit translatum in Petrum: *Quia non deficiet*, ait, *Princeps ex Iuda, id eſt, hic, qui poſt reſurrectionem eius Eccleſiarum Princeps ordinatur.* Et Hieronymus exponit tam de regno, quam Sacerdotio in cap 3. Oſeæ, & in cap. 21. Ezechiel. de regno, & ſacerdotio Eccleſiæ, & cap. 37. ait: Fore vt duæ virgæ ſint in vnum ſceptrũ, vt conſtet de Monarchia Eccleſiæ locum hunc Geneſ. intelligere. Clarius Epiphan. qui affirmat hæreſi 29. translatum per Chriſtum Regnum, & Sacerdotiũ ad Eccleſiæ Præſules vaticinium hoc Iacob explicans. Lucæ 11. Matt. 12. *Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur*. Hunc locũ exponi de Monarchia vidimus à Gregorio; ſed & eodem modo in comment. Hilarius exponit: *Poteſtas*, ait, *omnis diuiſione detrabitur, & regni virtus aduerſum ſe ſeparata conſumitur.* Ambroſius: *Nos Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum confitemur, vt in Trinitate perfecta, & plenitudo ſit diuinitatis, & vnitas poteſtatis: omne regnum in ſe diuiſum facile deſtruitur, dominus hoc dicit.* Vide vt referat ad vnitatem dominij. Eandem expoſitionem videtur amplecti S. Dionyſius. Ioã. 17. loquens Chriſtus de Apoſtolis, ait: *Ego claritatem, quam dediſti mihi dedi eis vt ſint vnum ſicut, & nos vnum ſumus.* Verba hæc exponunt Auguſtinus de immortalitate corporis,

Hieron. loc. infra citat. Aug. to. 6. l. 22. con. Fauſtum c. 85. Epiph. har. 29. Baſil. in ep ad Amphil. Chry. demõſtrat. quod Chriſtus ſit Deus. Cyril. lib 8. con. Iulian. Ath. hom. de incar. verbi et in Euãg. de paſsi. & Cruce. Euſebius de demonſt. Euang. lib. 3. cap. 2.

Ambr. de fide ad Gratian. c. 2.

Dion. Areo. in epiſt. ad Demoph.

Aug. tract. 112. in Io.

Cyrill. lib. 11. c. 26. in Ioã. Chryſ. hom. 81.

Nyſ. in cõm. in cant. prope finem.

Cyrillus de Euchariſtia, qua unimur Deo; Chryſoſt. de poteſtate miraculorum, & equidem hæc omnia vera dixerim, ſed præterea aſſererem omnem poteſtatem, quam Chriſtus habuit, datam Apoſtolis, vt vnitas Eccleſiæ denotetur, ita Nyſſenus exponit, & ita accipi conſueuit: *Claritas*, ſeu gloria pro poteſtate: ſic accipitur c. 27. Numerorum, vbi partem gloriæ dediſſe refertur Moyſes, Ioſue, id eſt, poteſtatis; alia Scripturarum loca attulimus cap. 2. & mox alia aſſeremus.

RATIONIBVS IDEM PROBATVR.
Caput VIII.

ILLVD regimen eſt optimum in Repub. quod maxime vnum eſt, & omnino integrum ac perfectum: ſed tale eſt compoſita Monarchia ex ſpiritualium, & temporalium dominio; ergo & cet. Maior patet; non enim vnitas tantum attendenda eſt: nam materia prima eſt vna ſimplex ſubſtantia, ſed imperfecta; quatuor Elementa ſimplicia corpora ſunt, ſed præ cæteris ignobiliora. Minor probatur, quia hominum cauſa conſtituta eſt humana ſocietas, ſeu Reſpub. quo ipſi homini proſpiciatur publico regimine: at homini non proſpicitur tantum per ſpiritualia, cum non ſit ſolum ſpiritualis ſubſtantia, ſed corporalis: quare ſi animæ tantum proſpicitur, caret altero regimine corporis itaque mancus eſt finis, & ideo imperfectum regimen: eſt etenim, teſte Philoſopho: *Perfectum id extra, quod nihil eorum, quæ ipſius ſunt poſſibile eſt accipere.* Secundo probatur: Illud eſt optimum regimen, quo magis vnitas ſeruatur, & vetatur diſſentio: *Nullum pernicioſius*, ait Plato, *ciuitati malum, quam, quod eam diuidit, & ex vna plures facit, vel melius*

Ar. 1. de cœlo tex. 23.

Plato lib. 5. de rep. circa medium

lius quidquam eo, quod ipſam vincit, ſimul & vnam afficit. videmus autem multitudine regentium fieri con fuſionem, & ſæpe viros ſapientia, & ſanctitate inſignes licet Dei honorem præpoſitum habeant, inter ſeſe diſſentire, at hoc magis tollitur abſoluto in omnibus regimine; quæ ratio habetur ex cap. 6. Zach. vbi propterea pollicetur Deus fore in noua lege coniunctum Regnum cum Sacerdotio ex S. Cypriano, & ex Ariſt. qui ex Homero ideo oſtendit vnum eſſe Deum abſolute Principem, at ſi id concludit de Deo, multo magis de hominibus ad diſſenſiones propenſis ex Platone, & alijs. Tertio probatur. Regimen illud eſt abſolute perfectum, quod magis accedit ad illud, quod eſt optimum: at illud eſt diuinũ, licet enim ſint plures perſonæ, vnus eſt Deus, & vna abſoluta Monarchia. Ratio habetur ex Patribus citatis, qui dicunt eſſe Eccleſiam Militantẽ, inſtar Triumphantis, in qua vnus præſidet. Quarto: Illius eſt optimum regimen, & illi danda iure abſoluta Monarchia, qua Reſpub. optime gubernatur: at talis eſt Eccleſiæ regimen: *Optima*, inquit Ariſt. *Reſpub. per quam Ciuitas optime gubernatur, optime gubernatur, ſi felicitatem maxime recipiat.* At per Eccleſiam maxime recipit felicitatem Reſpub. veluti oſtẽſum eſt ſupra ipſa minus errare poteſt in ferẽdis legibus circa mores, & ſanam doctrinã in vniuerſali regimine; in ipſa eſt vera, & perfecta ſanctitas, & maxime in Epiſcopis regẽtibus Eccleſiam, vt ſi ex vna parte ponantur Epiſcopi Sancti, ex alia Reges ſancti, qui ab initio mũdi fuerunt non ſit comparatio vt dixi cap. 5. extra Eccleſiam nihil horum perfecte, & abſolute. hinc Auguſt. tom. 1. de vera relig. c. 31. cum dixiſſet omnia appetere vnitatem, & regulam primam legem æternam: *Conditor*, ait, *legum temporalium ſi vir bonus eſt, & ſapiens illam ipſam conſulat æternam, de qua nulli animæ iudicare datum eſt;*

Cypr. ep. 55 ad Corn.
Ari. 12. Metaph. in fin.
Plato inf. citat. c. 10.
Ariſt. lib. 7. pol. c. 13.

& ſecundum eius incommutabiles regulas, quid ſit pro tempore iubendum, vetandumque diſcernat. At ad Eccleſiam pertinet diſcernere, num ſit iuxta legem æternam, quæ errare non poteſt in vniuerſali regimine: *Eſt enim*, ait Apoſtolus, *columna, & firmamentum veritatis*. Et in Eccleſia, *erit*, ait Eſaias, *vobis directa via, ita vt ſtulti nō errent per eam*. & alibi: *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*. Et à Chriſto S. Petro dictū: *Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua*, &c. Quare S. Cyprianus epiſt. 55. ad Cornelium ſermonem habens de Romanis Pontificibus, *Ad quos*, ait; *perfidia non habet acceſſum*, & ſimilia docet S. Hieronymus in Apolog. in Ruffin. ad Pammach & Marcell. & in alia Apolog. in eundem nō longe ab init. Theodore. & S. Irenęus, & alij Patres, & aliquot Concilia, quæ citauimus in fine huius primi libri cap. 24. in regula 3. de qua re fuſe alias.

1. Tim. 2. *Matth. 16.* *Eſai. 35.*

Quinto probatur: Illud eſt perfectius regimē, quo magis regnum conſeruatur: conſtat autem experientia res conſeruari magis vnione ſimilium partium, ita aqua & ignis in magna quantitate magis conſeruātur, quam in parua; ſic vinum, & alij liquores, mixta, animata, & quæ magis vna ſunt, ſeparatione partium intereunt; ergo cum omnes homines vnius ſint naturæ, & omnia regimina temporalia, maxime vna ex vno fine communi omnibus, debet iure naturæ cōuenire in vna perſona ſuprema Monarchia. optime docet hanc vnitatem Auguſti. to. 1. lib. 2. de ordine. cap. 18. oſtendens, quo res eſt magis vna, eo magis conſeruari, & fortiorem eſſe, & to. 10. ſerm. 26. cap. 3. Nazianzenus, Baſilius, & alij Patres; quare Ariſto. vnam eſſe in toto orbe remp. è ſua natura aſſerit. Confirmatur, quia ideo ignis tēdit ſurſum, quo ibi vniatur cum ſibi ſimili, & conſeruetur; anima rationalis extra corpus violenter detinetur, vult vniri corpori, tāquam parti totius: ergo naturali inſtinctu cætera,

Naziā. ora. 1. de pace. Baſi. in proemio in lib. de morib. Ari. 5. Eth. cap. 7.

tera particularia dominia debent conuenire in vna, & in ſpirituali poteſtate,cum temporale ſpirituali tanquã ſuo proprio fine perficiatur, quò aſſequatur vnum finem ſuum vltimum Deum,finem Reip. & totius humani generis.

Sexto probatur:quia ex his ſequitur,quod magis cõſeruentur res vnitæ,vt propterea magis durent, immo dilatentur; nam vt experientia liquet, & dicebat Auguſtinus, virtus vnita fortior. quare ſi conſulas hiſtorias,regna ſub vnó principatu magis durarunt, & magis dilatata ſunt,reſp.Romana magis talis fuit ſub Auguſto: & difficilibus temporibus, propterea vnum principem creabat, qui Dictator dicebatur, quod obſeruauit Pius II. & præſertim Chriſtiana Regna magis durarunt, & dilatata ſunt,& niſi ſeruiant Eccleſiæ,intereunt; vt alias dixi ex Eſa.60.& Dan.2.

Septimo: Vna eſt Eccleſia à mundi initio;fuiſſet autem magis vna perfecta diuinitus reſp.quoad regimen in natura lapſa in Noe; in lege ſcripta in Moyſe,cum magis vna videatur aſſerenda perfecto regimine Eccleſia ex Chriſti inſtitutione.

Octauo: In natura integra, & perfecta in Adam fuit perfectum in omnibus dominium; & cum vellet Deus genus humanum prolapſum in deterius ad meliorem formam per Noe redigere, abſoluram tribuit Monarchiam. & cum idem genus humanum ad idololatriam prolapſum eſſet,per legem ſcriptã per Moyſem; & cum expoſcẽtibus Iudæis permiſiſſet Regem, & diſiunctum eſſet à ſacerdotio regnum poſt captiuitatem, iterum monarchiam abſolutam eſſe voluit: ſed eadem monarchia in Chriſto rege, & ſacerdote (vt dixi)fuit: cur ergo per ipſum Chriſtum non erit in Eccleſia,cum Chriſtus(teſte Irenæo)venerit,vt recapitularet omnia,& futurum aſſeratur ſub illo vnum ouile, & vnus paſtor: & *Iren. lib.3. cont.hær.c. 28. 30. & 31. Io. 20.*

per

per Eſaiã dicatur: *Reſtituam Iudices tuos*, id eſt, Apoſtolos, *ſicut prius*. nam hic etiam locus de iudicio rerum temporalium videtur intelligi, cum per Vatem Deus conqueſtus eſſet, de multis vitiis circa res temporales de cauſis viduarum, & pupillorum: igitur diuino iure naturali, & reuelato danda abſoluta Monarchia in rebus omnibus Eccleſiæ.

Eſa. 1.

OCTAVA Ratio: Qui præſidet diuino iure naturali, vel reuelato toti vitæ actiuæ in repub. & pariter toti poteſtati ſeculari: ſed talis per religionem eſt Eccleſia: igitur Eccleſia præſidet toti ſeculari poteſtati diuino iure, &c. Maior videtur manifeſta: nam tota principis ſæcularis poteſtas verſatur circa corpus, & externa, quo dirigat ſubditos ad bonam vitam. Minor explicatur: per religionem poſſumus intelligere ſolum virtutem moralem, vel moralem imperatam à virtutibus Theologicis, illæ enim imperant moralibus, vel generatim pro virtutibus Chriſtianis, quomodo dicimus religionem Chriſtianam diſtingui plurimum à cęteris: nos in præſentia pro his omnibus accipimus, cum conſtet his modis religionem pertinere ex ſupremo officio ad Eccleſiaſticos. Probatur igitur Minor primo, quia religio (teſte D. Thoma) præter actus elicitos, quibus ſolum ordinatur ad Deum, veluti eſt ſacrificare, adorare: *Alios*, ait, *habet mediantibus virtutibus, quibus imperat ordinans ad diuinam reuerentiam: quia ſcilicet virtus, ad quem pertinet finis, imperat virtutibus, ad quos pertinet ea, quæ ſunt ad finem.* Sic ille. Ideo Lactantius lib. 4. de vera ſapient. c. 3. docet debere ſacerdotes cuncta ordinare, & S. Fulgent. de veritate prædeſtinationis, & gratiæ, aſſerit religioni imperiũ ſubiectum, & propterea magis debere Imperatorem conſulere paci Eccleſiæ, cuius eſt filius, & ſic magis propagari imperium, quàm ſi pugnaretur pro temporali pace,

2. 2. q. 80. a. 1. ad 1.

ce. Sed præſidere Romã religione Chriſtiana amplius per Apoſtolicum ſacerdotium, quàm olim dominatione terrena docent Leo Magnus ſerm. in Natali die Petri, & Pauli. Ambroſ.2.de vocat.gent.c.6. (ſi Ambroſij eſt illud opus, & non potius Proſperi) & S. Proſper lib.2.c.6. de ingratis: *Sedes Roma Petri, quæ paſtoralis honore facta caput mundi, quidquid non poſſidet armis, religione tenet*. & ſic religioni ſubiectum eſſe imperium debere docent etiam adductis S. Fulgentij verbis Concilium Pariſienſe celebratum ſub Ludouico, & Lothar. Imperat.lib.2.c.1. Aquiſgranen.ſub Ludouico Pio par. 3. Maguntiacenſe ſub Arnulpho c. 2. Deinde probatur ſecundum rationem, qua Deus eſt principium creationis, & gubernationis rerũ ita temporale dominiũ per religionem dandũ eſt Eccleſię, ſed Deus eſt principiũ creationis, & gubernationis omniũ.ergo in omnibus erit temporale dominium dandum per religionem Eccleſiæ. Maior patet: nam (vt oſtendit D. Thomas) religio eſt virtus moralis diſtincta à cæteris, inquantum Deus eſt principium creationis, & gubernationis rerum. Probatur Minor, eſſe Deum principium efficiens, & gubernari per ipſum omnia, ita vt lumine naturæ cognoſcatur: nam ita docet Lactantius de falſa relig. c. 3. Clemen. Alexandrinus 5. ſtrom. Nazianzenus orat. 2. de Theologia. Damaſcenus de fide orthodoxa lib. 1.c. 3. Irenæus lib.2.contra hær.c.44. & philoſophos id cognouiſſe oſtendunt Iuſtinus, Tertullianus, Lactantius, Late Eugubinus, & cauſam efficientem rerum omnium docuit Ariſt. pluribus in locis 1.cæli t.100.2.de gener. t.51.1.Metaph.t.2.& 12.t.38.& eius interpretes Auerroes 1.cæli com.20. diſput.3. contra Algazel. 12. Metaph. com.52. de ſubſtan.orbis. c. 2. Ammonius apud Simplic.lib.8.Phyſic.com.vlt. ipſe Ammon.1.Periher. c. vlt. Simplicius 1.Phyſ. t.86. 2.Phyſic.t.45. 8.t.9. & t.vlt. Themiſtius 12.Methaph. t. 52. Philoponus contra

2.2.q.80.a. 3.

Iuſtin. in libro de Monarc.
Tertull. in Apologet.
Lactan vbi ſupra.
Eugub. in libro de perenn. philo.

tra

tra Proclum. & 1. de gene. com. ſuo 107. & 112. & cum
Cont. Greg. Arimin. conſtet ex Ariſtotelis ſententia, Deum cauſam omniũ finalem; iam erit efficiens: ſunt enim connexæ cauſa finalis, & efficiens, vt ſæpe docet Auerroes: nam illum finem ad Deum non habent res à ſe abſolute, & independenter; independentia enim eſt attributum proprium Dei: ergo ab alio; ideo ne ſit proceſſus in infinitum, à Deo, quanquam Ariſtotel. cum voluerit mundum ab æterno tempore fuiſſe, productionem illam potius emanationem, vel dependentiam vocaſſet: nam
1. cel. t. 102 alij Philoſophi (eodem teſte) omnes mundum productum dicunt. Confirmatur totum hoc: nam propterea Ethnici Deum inuocandum in omnibus affirmabant: quare Cicero libro ſecundo de legibus: *A dijs immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia*. Et iterũ: *Sit hoc à principio perſuaſum hominibus, dominos eſſe omnium rerum, ac moderatores Deos, eaque, quæ geruntur, eorum geri iudicio, ac numine; eoſdemque optime de genere hominum mereri, & qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate religiones colat, intueri, piorumque, & impiorum habere rationem*. Et Demoſthenes epiſt. 1. *Omnes ſerij dicti, & facti principium à dijs immortalibus ducendum eſſe cenſeo*. Quare Poeta.

Virgil. *Ab Ioue principium Muſæ, Iouis omnia plena.*

Ouid. Et alter Poeta.

Sed ſatis eſt orare Iouem, qui donat, & aufert,
Dat vitam, dat opes.

Plutarchus etiam de tranquillitate animi, inuocandum in omnibus Deum affirmat maxime in rebus proſperis, quo in aduerſis magis ſit propitius. ſic paſſim cæteri Ethnici. Quare Romulus primam eam legem ſtatuit à ſuis Romanis obſeruandam: *Ne quid*, ait, *in augurato faciunto*. & in ſecunda lege: *Patres ſacra, magiſtratusq. ſoli peraguntoque, ineuntoque*: quibus liquet voluiſſe à ſuis

Roma-

Digitized by Google

Romanis omnium exordia capienda eſſe à diuino cultu, & regenda à diuini cultus miniſtris. Hinc in leges etiam noſtras relatum eſt, vt in omni inſtrumēto imponatur diuini nominis inuocatio, ita ut plures huiuſmodi inuocationem de ſubſtātia inſtrumenti putarint ita tenet Speculator in tit. de inſtrumen. edit. §. br. verſ. ante omnia, Aret. poſt Io. Fab. & Io. de Plat. in proem. inſtit. & alij citati per Alex. in Rub. de nou. oper. nunc. qui potiſſimum mouētur per tex. iuncta gloſ. in §. ſi qua vero ver. Deo auct. Auth. in præp. nom. imp. licet contra ſentiat Bald. in princ. C. & in l. Iuris gētium §. quod fere ff. de pactis; ſed quidquid ſit de Iure ſcripto, de cōſuetudine talis inuocatio eſt neceſſaria vt patet ex doctoribus in Rub. ff. de nou. oper. nunt. quod ſi lumine naturæ Deum prouidere rebus humanis cognoſcitur, vt ad ſingula queque ſe extendat eius prouidentia veluti cognouerunt Socrates, Plato, Ariſt. & cæteri Philoſophi; nulla dubitatio in genere moris omnia ſaltem habitu, & virtute referenda ad Deum, & propterea per religionem erunt Iure naturæ cuncta ſubiecta Sacerdotio. Tertio probatur eadem propoſitio: Primum in vnoquoque genere eſt cauſa cæterorum: ſed in genere moris, & vitæ actiuæ prima menſura eſt religio: ergo erit menſura cęterarum in Rep. actionum. Maior eſt Ariſt. & patet manifeſte: nam in mouentibus datur vnum primum mouens immobile, quod mouet cæteros orbes in motibus vnum primum, quem circularem docet eſſe Ariſt. & patet etiā in cæteris. Probatur Mi. religio cum in genere moris proxime attingat Deum, ait D. Thomas ideo præſtātiſſima eſt inter virtutes morales, debet ergo ſaltem habitu vel actu in Repub. omnis actio menſurari à religione, quare Ariſt. cum enumeraſſet 7. Polit. ciuitatis partes: *Quintum,* ait, *ac primum circa rem diuinam cultus*, & lib. 5. c. 11. requiri in eo, qui vult

2. 2. q. 81. ar. 5.

cap. 10.

bene regere Rempub. & conſeruare, maxime religionem affirmat: *Videri*, ait, *oportet ipſum erga religionem deorum affici vehementer: minus enim formidabunt populi, quid contra iuſtitiam fiat, ſi religionem ipſum exiſtimabunt, & deorum timorem habere: minuſque contra illum audebunt inſurgere, quaſi deos habeat propitios, & fautores; verumtamen oportet ſine improbitate talem videri*, & lib. 6. cap. 5. *Oportet eos, qui curam ſalutis habent reipublicæ, contra moliri, leges ponendo, vt damnatorum bona ſacra ſint, & non in publicum, ſed in ſacrum referantur: hæc enim lex nihilominus iniurias compeſcet: nam pœna eadem erit, populus autem minus cupide damnabit, cum nihil ſit vtilitatis ex damnatione ſuſcepturus*. & libro ſeptimo, capite decimo: *In ſacrificijs*, ait, *cultuq; deorum ſumptus communes eſſe debent totius Ciuitatis*. Itaque in omnibus cenſet Ariſt. primo loco ponendam eſſe religionem Deorum, & Epictetus: *Omnia quæ de agendo, vel de non agendo definiunt Pythagorei, reſpiciunt ipſam diuinitatem, quæ vt principium, omniſque vita ab his ordinata eſt, vt Deum ſequaris* Cic. *Prima offitia dijs immortalibus debemus*, & alibi: *Dijs immortalibus nos primum natura conciliat*. Quarto probatur hoc ipſum, quia ſi Religio eſt prima menſura, iam iure naturæ Sacerdos in Reſpub. ſuper laicos erit: nam ex officio circa quod verſantur, diſtinguũtur dignitates: quare erit Sacerdos medius inter Deum, & homines. & multo magis per Chriſtianam religionem non moralem ſolum: hinc Paulus: *Omnis*, ait, *Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia*. Quibus vult eſſe Sacerdotis ſtare inter Deum, & populum, ſeu medium inter illos, vt docet Ambroſius, Primaſius, Remigius, Theophylactus, Anſelmus, & alij, & inter hos Anſelmus: *Secerni*, ait

Cic. 1. de off. & de aruſ. reſpon.

Paul. ad heb. c. 5.

Digitized by Google

ni, ait, *ab aliȷs, vt ipſis præſit*. ideo Clemens ſupremam tribuit Sacerdoti in omnibus poteſtatem, eo quod mediator eſt inter Deum, & homines. ſic enim de Epiſcopis ſermonem habens lib. 2. Conſtitut. Apoſt. cap. 25. loquitur. *Vos eſtis veſtris laicis Prophetæ, principes, duces, reges, mediatores Dei, & fidelium eius, receptacula verbi Dei, & præcones eius.* & cap. 26. *Qui Epiſcopus eſt, hic eſt miniſter verbi, ſcientiæ cuſtos, mediator Dei, & veſtrum in his, quæ ad Deum colendum pertinent; hic eſt magiſter pietatis, ac religionis: hic eſt ſecundum Deum pater veſter, qui vos per aquam, & Spiritum ſanctum in adoptionem regenerauit: hic princeps, & dux veſter: hic veſter Rex, & præfectus: hic poſt Deũ terrenus Deus, qui honore veſtro frui debet.* Et Chryſoſtomus homilia 5. in cap. 6. Eſai. *Quanquam enim nobis admirandus videtur thronus Regius ob gemmas affixas, & aurum, quo obcinctus eſt; tamen rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitus eſt, nec vltra poteſtatem hanc pręterea quidquam habet auctoritatis. Verùm ſacerdoti thronus in cælis collocatus eſt, & de cæleſtibus negotȷs pronunciandi habet auctoritatem. quis hoc dicit? ipſe cælorum Rex: Quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in cælis. Quid cum hoc honore conferri poteſt? à terra iudicandi principalem auctoritatem ſumit cælum: nam iudex ſedet in terra, Dominus ſequitur ſeruum, & quidquid hic in inferioribus iudicarit, hoc ille in ſupernis comprobat. Itaque medius ſtat Sacerdos inter Deum, & naturam humanam, illinc venientia beneficia ad nos deferens, & noſtras petitiones illuc perferens, Dominum iratum reconcilians, vtrique naturæ nos, qui offendimus, eripiens ex illius manibus, ideoque Deus ipſum regale caput ſacerdotis manibus ſubiecit, nos erudiens, quòd hic Princeps eſt*

illo maior. Hæc illę.

Quinto probatur, quia omnia ſecundum quod ſunt, aut fiunt ad Dei gloriam, & reuerentiam, pertinent (ait D. Thomas 2.2.q.80.art.4.ad 2.) ad religionẽ imperantẽ, & per id diſtinguitur ab amore Dei, eodẽ D. Tho. teſte, quod obiectum amoris eſt bonum religionis aliquid ſub ratione excellentiæ, cui honos, & gloria debita eſt: atqui omnia cum Deus ordinarit ad ſuam gloriam, omnia hoc modo ſubiacebunt religioni imperanti, & propterea imperio ſacerdotis, cuius eſt ordinare hominem per religionem ad Deum: ſi cui enim honos debetur, dependenter à Diuino debetur; *Soli enim Deo honor, & gloria*.

Sexto. Deo, tamquam patri, iure naturæ debitum eſt obſequium, cum ſit principium eſſendi; & gubernandi: ſic carnali patri debetur obſequiũ cum ſit principiũ quoad corpus; ſed Deo multo magis, cũ longe excellẽtius ſit principiũ: ſi Patribus igitur, qui nos ſecundum corpus generarunt, & aluerunt, iure naturę debitũ eſt obſequiũ; pari ratione iure naturę debitum eſt obſequiũ ſacerdotibus, cum principiũ exiſtant tãquam Dei miniſtri in ſpirituali generatione ad vitã ęternã, & cum alant verbo diuino, & paſcãt nos ſacratiſſima Euchariſtia, & impetrẽt nobis beneficia, etiã corporalia, ac tam quam mediatores Dei, & hominum placent Deum iratum, & alia per eos conferantur beneficia, de qua re Chryſoſt. lib. 3. de Sacerdot. S. Proſper, & ex illo Concil. Pariſ. lib. 3. cap. 9.

Septimo. Oſtenſum eſt c. 4. totum hominem conditum eſſe, quo Deum cognoſcendo colat, non ſolum tamquam finem naturalem, ſed & tanquam ſupernaturalem cognitione, & amore ſupernaturali. Item probatum eſt pluribus ſupra, finis eſſe regulam præſcribere

ordi-

ordinatis ad finem. Si igitur homo eſt ordinatus omni ex parte ad cultum diuinum: quo Deo cognito per talem cultum perfruatur; ſacerdos per talem cultum imperabit toti homini, cum ſacerdotalis poteſtas determinetur, & menſuretur à diuino cultu, tamquam à propria materia circa quam verſatur.

Octauo. ſi aliter dicas, alterum ex his ſequetur:vel hominem non factum eſſe,quo Deum cognoſcat,& colat ſuper omnia: vel ad ſacerdotem ex officio non pertinere diuinum cultum,& religionē;cum tamen vtrumq; falſum,& abſurdum ſit. Nam, quantum ad primum,ſequeretur ea ratione, hominem, quo ad aliquam ſui partem, non contineri ſub Deo fine,vel naturali,vel ſupernaturali, contra id quod oſtendimus c. 4. & contra omnes bonos Philoſophos, qui lumine naturali,Deum eſſe finem rerum omnium cognouerunt: de qua re agemus infra cap. 14. 15. 16. & quod dicimus de philoſophis, dicendum eſt etiam de Theologis reſpectu vltimi finis ſupernaturalis.

Deinde. Connexionem habent cauſa finalis,& productiua, vt dixi ſupra,etiam naturali lumine, cum omnia propter ſe operatus ſit Deus ad ſuam gloriam, & reuerentiam:Quare iſto modo eſſet dicere,quoad illam partem, non eſſe hominem productum à Deo: quod, ſi non à Deo eſt productus, ergo ab aliquo alio, & independenter à Deo, & ne detur proceſſus in infinitum, deuenietur ad aliquod principium primum independens. Et ſic duo principia, vt deducebat Bonifacius, conſtituentur independentia. *Bonif. in extra vnam ſanctam.*

Iam vero, ſecundum dici non poſſe; non ſpectare ſcilicet ad ſacerdotes diuinum cultum, & religionem; ſic oſtenditur. Nam ad quos ex officio publico (cum res ſit publica; loquor de officio, & regimine publico, non priuato) ſpectabit diuinus cultus, niſi ſpectabit

ad

ad ſacerdotes? etenim, non ſpectare ad magiſtratus, & ſeculares principes, communi conſenſu ſupra oſtenſum eſt:& per quodnam ſacerdos quis conſtituetur, niſi per ſacrorum,& diuinorum poteſtatem: ſed id diceretur expreſſe contra Paulum aſſerentem cap. 5. epiſt. ad Hebræos, ſacerdotem conſtitui in ijs, quæ ad Deum pertinent, & in eum locum communi conſenſu interpretes. Sed eſt etiam contra omnem iuriſperitiam, rectam philoſophiam,& theologiam,& Patres, rempublicam diuidentes in regnum, ſeu in magiſtratus, & in ſacerdotium; contra orbem totum, cum omnis gens aliquod numen colat per aliqua ſacrificia, & aliquem cultum,& ita per aliquos ſacerdotes. Ex religione itaque, quo concludamus totam hanc rationem, conſtat, ſeculares Principes omni ex parte ſubiectos, etiam naturali iure ſacerdoti, & propterea tribuenda eſt Eccleſiæ in rebus omnibus ſuprema Hierarchia, & Monarchia, & Epiſcopus erit caput Eccleſiæ ſuæ ſupremus Hierarcha, & Monarcha.

PER SAPIENTIAM ECCLESIÆ eſſe omnia ordinare in Republica. Caput VIII.

PErgamus ad naturalem, uel reuelatam ſapientiam.

NONA ratio: Diuinæ ſapientiæ eſt omnia ordinare: ſed ex officio, & poteſtate pertinet ad Eccleſiam ſapientia: igitur per illam erit Eccleſiæ omnia ordinare. Minor probatur, quia diuina ſapientia datur ſacerdotibus, quo alios regant non ſe ſolum,

vnde

vnde S.Thom. 2.2.q.45. art.5. ad 2. *Quamuis ordinare alios homines, & de eis iudicare pertineat ad ſolos Prælatos, tamen ordinare proprios actus, & de illis iudicare pertinet ad vnũquemque*: Hæc ille. cũ obieciſſet ſapientis eſſe ordinare; quare S.Paulus ſermonem habens de Epiſcopi officio: *Amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt arguere*, & alibi. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus*. ex quibus conſtat etiam diuinam ſapientiam, ſeu cognitionem reuelatam pertinere etiam ex poteſtate coactiua ad Epiſcopum, qua poſſit arguere, & corrigere & probatur ratione ſapientia perfectorum eſt: *Sapientiã*, ait idẽ Paulus, *loquimur inter perfectos*: illis ergo ex officio conuenit, qui in ſtatu perfectionis exercendæ ſunt, & debent alios perficere: tales ſunt Epiſcopi, qui diuinitus habent vim perficiendi: atque hæc eſt ſententia eiuſdem Dionyſij pluribus in locis aſſerentis ex poteſtate eſſe Epiſcopi diuinam, & reuelatam ſcientiam, eiuſque eſſe interpretari omnes actiones, & res geſtas, quę habentur in diuinis litteris, ait enim: *Pontifex autem prę cipuam habet ſanctiſſimam diuinorum librorum ſuper caput admotionem. Quoniam enim perficiens omnis ſacerdotij vis, & ſcientia à diuina myſteriorum auctore bonitate diuinis Pontificibus datur, iure, ac merito in capitibus Pontificum ſcripta diuinitus tradita ponuntur, quæ coniuncte, ſcienterque interpretantur omnia Dei verba, & opera; omnes Dei, vt ita dicam, apparitiones, ſacra verba, & facta, atque (vt vno verbo omnia complectar) omnes diuinas, ac ſacras, & orationes, & actiones*. Et cap.8.eiuſdem

Eccle-

ad Tit. 2.

1. ad Tim. 3

1. ad Chor. 2

Dion de eccl. Hier. c. 9 contemp. 2.

Digitized by Google

Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, cum oſtendiſſet, morem eſſe diuinitatis, vt inferiora per ſuperiora regantur, ait: *Eorum igitur eſt, qui primi Deum cernunt, ſequentibus large pro illorum modo, & captu diuina ſpectacula, quæ ſancte aſpexerunt, monſtrare: docere etiam ea, quæ Hierarchiæ propria ſunt: eorum eſt, qui cum perficiente ſcientia diuina omnia, quæ ſuæ Hierarchiæ ſunt, præclare didicerunt, perfectamque docendi vim acceperunt. tradere quoque ſacra pro cuiuſque dignitate; eorum eſt, qui ſcienter, & integre præditi ſunt Sacerdotum perfectione, atque virtute. Diuinitus igitur Pontificum ordo primus quidem eſt eorum ordinum, qui Deum vident. Summus autem, & poſtremus rurſum idem eſt: in eo enim & abſoluitur, & expletur omnis Hierarchiæ noſtræ diſtinctio: vt enim Hierarchiam omnem videmus in Ieſum definere, ſic vnamquamque in ſuum Pontificem.* Similia alibi etiam docet, ſed & Ariſt. de humana ſapientia idem docet, aſſerens eſſe dominam aliarum ſcientiarum; cuius reddit rationem, quia circa Deum altiſſimam cauſam verſatur: *Et ex non cauſatis*, ait, *ſciat cauſis*. ita 1. analit. cap. 7. & lib. 1. metaph. cap. 2. ideo dicit: *Sapientis eſſe præcipere*, & lib. 3. *Principaliſſima*, ait, *& honorabiliſſima, & cui cæteras ſcientias tanquam ancillas non contradicere fas eſt, illa enim ipſius finis, & boni, huius autem cauſa cetera.* ex his colligitur p. ſapientiam verſari circa primas cauſas, quod Plato etiam docet apud Speuſippum: *Sapientia eorum*, ait, *quæ ſemper ſunt, ſcientia, quæ rerum omnium cauſam contemplatur*, & Zenocrates apud Clementem Alexandr. *Maxime autem mater viuentium eſt fides, merito ergo dictum eſt apud Salomonem, ſapientia eſt in ore fidelium: nam Zenocrates quoq; in lib. de prudentia ſapientiam dicit eſſe ſcientiam primarum cauſarum, & eſ-*

Speuſ. de defin. Plat.
Clem. 2. ſtrom.

& eſſentiæ, quae percipitur intelligentia, exiſtimans, eſſe duplicem prudentiam: vnam quidem, quae verſatur in agendo; alteram, quae in contemplando. Immo eſt communis omnium conſenſus, vt ipſe habet Ariſt. lib. 1. *Id autem, cuius cauſa ſermonem inſtituimus, illud eſt, eam, qua ſapientia nominatur, circa primas cauſas, & principia omnium ſententia verſari.* Sic ille.

Secundò colligitur, hanc ſcientiam eſſe omnium dominã, & cæteras eſſe illius ancillas, vt nefas ſit illi contradicere. Propterea, eius eſſe præcipere, quod eſt attributum ſapientiæ omnium conſenſu, nam ibi conſenſu omnium ex his, quæ attribuuntur ſapientiæ, deducit Ariſt. primam philoſophiam eſſe maxime ſapientiam, & omnium dominam, quod etiam in artificialibus ſuo modo euenire affirmat, vt illi, qui architecti ſunt, magis ſapientes ſint, quàm, qui operantur, propterea quòd cauſam norint, vt plane conſtet, tam in practicis, quàm in ſpeculatiuis, ex eo, quòd quis cauſam nouit ſuperiorem, magis ſapientem dici, & magis reliquis præcipere: cuius ratio eſt, quia ex lib. de cauſis quantò virtus aliqua eſt altior, tantò ad plura ſe extendit.

His præmiſſis, veniamus ad probationem aſſumpti in argumento, & oſtendamus, ſapientis eſſe præcipere. Illa ſcientia eſt magis ſapientia, & domina, eiuſq; eſt præcipere reliquis, quæ circa altiorem verſatur cauſam. Sed ſacra doctrina, & theologia circa altiſſimam verſatur cauſam, Deum, vt Deum finem reuelatum, & ſupremum omnium ergo erit magis ſapientia, & domina ſuo imperio ſe ad cuncta extendens. Cunctæ itaque aliæ ſcientiæ, veluti ancillæ, proſtratæ erunt pedibus diuinæ ſapientiæ. Quare, ſi vti oſtenſum eſt, ex officio, & poteſtate hæc ſcientia pertinet ad Epiſcopos, eorum erit in republica præcipere, & iudicare etiam omnia: *2. 2. q. 45.*
etenim ſapientia ex D. Thoma diſtinguitur à Fide, *ar. 3. ad 2.*

quòd *Fides aſſentit veritati diuinæ ſecundum ſe ipſam, ſed iudicium, quod eſt ſecundum ueritatem diuinam, pertinet ad donum ſapientiæ*.

Dices, argumentum concludere de ſcientijs, non de rebus. Sed hoc nihil eſt. Nam ſcientiæ ſe habent, vti res. Talis enim eſt ſcientia, quale eſt ſcibile, ſeu res, quæ ſcitur: quare, ſi ſapientiæ diuinę omnes humanæ ſcientiæ ſunt, veluti ancillæ, ſubiectæ, & res ſunt ei ſubiectæ.

Secundò. Quæ inferioris ſunt ordinis, ſubijciuntur ijs, quæ natura ſunt ordinis ſuperioris: at ſcientia theologica (cum verſetur circa res reuelatas, humana verò circa ea, quæ lumine naturali cognoſcuntur) eſt ſuperioris ordinis, ergo illi res humanæ ſubjjcientur, quæ lumine naturæ cognoſcuntur. Eſſe autem res reuelatas ordinis ſuperioris patet, quia ſunt ad finem ſuperiorem ordinatæ. Et hoc adeo verum eſt, vt bonum gratiæ vnius hominis, ſiue gratia, & charitas re diſtincti habitus. ſiue non diſtincti (hoc enim nihil refert in præſentia inquirere) longe nobilius ſit, quàm bonum totius vniuerſi, vt docet D. Thomas: non quidem in ratio-
1.2. q. 113. ar. 9. ad 4. ne entis; cùm gratia, ſeu charitas ſit quædam qualitas, & accidens; ſed quatenus ipſa meremur ipſum Deum ſummum bonum, quo maius nihil dici poteſt.

Tertiò. Si res reuelatæ ſunt ſuperioris ordinis, & Deus, vt reuelatus, & finis ſupremus omnium, erunt res reuelatæ, & Deus reuelatus inſtar continentis, res humanæ inſtar contenti: continens autem habet rationem finis: contentum materiæ, vt dicebamus aliàs ex
ſupra c. 6. Ariſtotele. Finis vero eſt imperare, materiæ ſubijci, & determinari.

Quartò. Idem oſtenditur ex medijs, quibus aſſequimur æternam felicitatem. Illa reſpublica alteri eſt ſubiecta, cuius media ad aſſecutionem finis medijs alterius reip. ſunt ſubiecta: ratio eſt, quia, ſicuti media totam deter-

determinationem accipiunt à fine, ita reſpublica accipit eam à ſuo fine, cuius gratia eſt: cùm itaque virtutes, tam morales, quibus aſſequimur felicitatem naturalem actiuam, quàm intellectuales, quibus aſſequimur contemplatiuam, ſint omni ex parte ſubiectæ fidei, ſapientiæ, & charitati principi virtutum omnium, cæteriſque medijs ſupernaturalibus, quibus aſſequimur æternam felicitatem; erit reſpublica naturalis omnino ſubiecta diuinæ reuelatæ: ideo Epiſcopus caput reipublicę diuinæ, ſeu Eccleſiæ, erit ſupremus in omnibus in illa Hierarcha, ac Monarcha.

Quintò. Prudentia, quæ eſt regula virtutum moralium, & recta ratio agibilium, ſubijcitur humanæ ſapientiæ, vt ſæpe docet Ariſtoteles, & patet, quia ſapientia verſatur circa altiſſimas cauſas, ac præcipue ſupremã causã Deum: prudentia vero circa ea, quæ ſunt ad finem ordinans virtutes morales. At Principis ſecularis poteſtas circa externa verſatur habens regulam à prudentia, dirigendo ea ad bonum morale, ciues malos puniendo, vel adiuuando bonos. Quare ſecularis Principis poteſtas erit ſapientiæ ſubiecta.

Sextò. Idem oſtenditur ex parte intellectus, in quo fides, & ſapientia ſubiectantur: eſt enim intellectus natura omnium dominus 1. de anima & 1. polit. c. 3. mens habet in appetitum dominium ciuile, & regium & lib. 10. c. 7. intellectus eſſe dicitur normam præſcribere ipſi voluntati. Cuius ratio eſt, quia voluntas, veluti cæca, & luminis expers, exequitur. quòd dictat intellectus: vnde; ſicuti trita propoſitione in ſcholis recepta, nihil eſt volitum, quod non præcognitum: ita nihil recte volitum, quod non prius recte præcognitum. Itaq; quidquid recti, & boni habet voluntas, acceptum referre debet intellectui recte dictanti & iudicanti. Poteſt quidem voluntas, libera cùm ſit; contra dictamen

1. de anim tex. 8 2.

rectum, & rectum iudiciũ agere, obſequendo appetitui ſenſitiuo. Sed hoc modo ſerua potiùs dici poteſt, quàm voluntas, dum ſubijcitur rei ſibi inferiori, & communi cum brutis, quomodo paſtores, qui ſe paſcunt, *Ezech. 34.* non gregem, non eſſe paſtores dicuntur apud Ezechielem: de qua re ſupra in cap. 5. in ſexta illatione. Cùm itaque ordinare omnia, & iudicare ſit intellectus, propterea nobiliſſima potentia iam voluntatis erit exequi imperium intellectus, ei uſque iudicium, & per voluntatem cæteræ mouebuntur potentiæ. Ideo fides, per quam ordinantur actiones humanæ, & ſapientia, per quam fit iudicium in republica, ordinabunt, & imperium obtinebunt in altiſſima reſidentes potentia.

Septimò. Reſpublica, auctore Philoſopho, duplici conſtat felicitate: actiua, & contemplatiua. Eſt autem actiua tota ſubiecta contemplatiuæ. Cùm itaque ſecularis Principis poteſtas ſit circa agibilia, vel dirigat ad bonum morale, & felicitatem actiuam, neceſſariò ſubiacebit ſapientię, in cuius actu eſt felicitas contemplatiua. Felicitatem actiuam totam referri ad contemplatiuam, pluribus oſtendit Philoſophus 10. ethic. c. 8. & conſentiunt eius interpretes, & docent Plato, Pythagoræi, & alij philoſophi, quorum afferemus auctoritates infra cap. 15. & 16. Quod patet, quia vita actiua verſatur circa particulare bonum ciuium in humana ſocietate: ſapientia verò in altiſſimis cauſis, præſertim in Deo, bono, independenti, ſupremo, vniuerſali. Particulare autem bonum eſt propter vniuerſale, & ad illud refertur, tum, quia vita actiua, quoniã moleſtijs eſt plena; aliò referenda eſt, cùm felicitas ſit in quiete; propterea erit in contemplatione, cui vacare deſideramus, retrahentes nos à moleſtijs vitæ actiuę. Plura legi poſſunt apud interpretes Ariſt. loco proximè citato, Burleum, Buridanam, Sueſſanum, & alios.

Hinc

Hinc ſequitur, vt, cùm tota vita actiua, & omnes virtutes morales ſubiaceant ſapientiæ, tota etiam Principis ſecularis poteſtas illi ſubiecta ſit: cùm Principis ſecularis ſit per externa, & corporalia ad bonum morale ſibi ſubiectos dirigere.

Octauò. Cùm felicitatis, ſeu virtutis gratia ſit tota reſpublica, illa virtus omni ex parte imperabit in tota republica, quæ omnibus moralibus, & intellectualibus imperat. Atqui oſtenſum eſt, hanc moralibus virtutibus imperare. Eadem autem imperat cæteris habitibus intellectualibus, arti, prudentiæ, ſcientiæ, & primis etiam principijs, de quibus per altiſſimas cauſas dijudicat 1. poſt. analy. cap. 7. & 6. ethic. cap. 7. Eſt itaque imperare in tota republica naturalis ſapientiæ: theologica verò ſapientia, vt dicebamus, imperat humanæ: cùm ſit ſupra humanam per cauſam dijudicans reuelatam, & vltimam omnium, Deum. Ideo pontificię erit poteſtatis in omnibus diuino iure reuelato imperare in republica.

Nonò. Apparet ex dictis, ſupremum in omnibus tenere locum Pontificem in republica, & naturali, & diuina. Nam, quia aſſumitur Rex ad cuſtodiam iuſtitiæ in humana ſocietate, ratione huius aſſumptionis ad iuſtitiam per externorum directionem habet dominium rerum temporalium, vt probauimus in prima ratione: ergo gradatim aſcendendo, quia aſſumitur Pontifex ad diuinum cultum, ſeu religionem ſupremam virtutum moralium, & reginam, imperabit felicitati actiuæ in republica, & temporalibus, quæ ſunt gratia illius, vt vbique docet Ariſt. præſertim loco ſępe citato 7. pol. c. 1. quia aſſumitur ad altiſſimam virtutum intellectualium, & principem illarum ſapientiam humanam, quæ eſt circa altiſſimas cauſas iuxta lumen naturæ. Ideo imperabit omnibus virtutibus intellectualibus, & moralibus,

libus, & temporalibus, quæ totæ ſunt propter finem reipublicæ naturalis, quia aſſumitur ad reuelatam ſapientiam, quæ etiam de principijs Fidei iudicat, & ſcientia acquiſita ex illis imperabit humanæ ſapientię, & dijudicabit de primis principijs Fidei, & ſcientiæ ex illis acquiſitæ. Eccleſia ergo per hanc diuinam ſapientiam erit ſupra omnem rempublicam regina, & domina, & Epiſcopus caput eccleſiæ, rex, & dominus, quia

1. 2. q. 66. ar. 5. ad 2. verò ait D. Thomas: *Actus ſapientiæ in hac vita eſt imperfectus reſpectu principalis obiecti, quod eſt Deus. Ideo actus ſapientiæ eſt quædam inchoatio, ſeu participatio futuræ felicitatis.* Quare omnibus numeris abſoluta felicitas erit in Eccleſia triumphante, idcirco Eccleſia triumphans imperat militanti eccleſię. Ecce tibi vltima reſolutio gradatim in vltimum finem, & per coniunctionem cum Deo, ſeu fine naturæ, ſeu Fidei.

Obiectio. Plures conf. allatæ obiectionis. Sed dices, Pontificem non aſſumi ex poteſtate ad ſapientiam humanam, & propterea non eſt bene facta illa gradatio. Sed, tametſi non aſſumi eum concedamus, cogeris fateri, humanam ſapientiam eſſe ſubiectam Pontifici; cùm diuina imperet humanæ; vt apparet ex primis confirmationibus. Non ne totum hominem ad ſe Deus ordinauit, vt ſe cognito frueretur? Sed per quæ media determinauit, vt homo Deo vltimo fine frueretur? Nonne per habitus ſupernaturales, & infuſos? Ergo; ſicut totus homo per media ſupernaturalia ordinatus eſt ad vltimum finem omnium; ita erit totus ſubiectus illis medijs ſupernaturalibus, & miniſtro illorum Pontifici. Nonne Pontifex eſt Hierarcha in ſpiritualibus? Igitur etiam in bonis intellectualibus, quæ ſpiritualia bona ſunt. Nonne docuimus, ipſum verſari circa animam? At ſapientia ad animam ſpectat, ſed ad quem ſpectabit agere ex officio, & poteſtate de ſapientia? Certum eſt enim, cùm reſpublica in duas

præcipuas

Digitized by Google

præcipuas regentes partes diuidatur, etiam lumine naturæ (vt ſupra oſtendimus) in ſacerdotes, & magiſtratus; non pertinere ex poteſtate ſapientiam ad magiſtratus: cùm pluribus probauerimus, eos tantùm verſari circa corpus, & externa, non circa Deum, & diuina: etenim ſapientiæ humanæ eſt de Deo ſuprema cauſa agere, & de diuinis, quæ lumine naturali cognoſcuntur. Vnde & theologia naturalis dicitur, tum quia ſacerdotum eſt ordinare hominem ad Deum, ordinatur autem homo proxime per ſapientiam, & diuina denique cap. ſequenti 10. in ordine & alijs conſtabit ex ethnicorum philoſophorum ſententia pertinere ex officio ad ſacerdotes ſapientiam, ſeu rerum diuinarum cognitionem. Ideo ipſos voluiſſe ſacerdotio cuncta eſſe ſubiecta. Poſtremò, cùm Deus ſemper ordinanerit hominem in omni ſtatu ad æternam felicitatem per media ſupernaturalia, ſemper naturale ſacerdotium erit ſubiectum diuino, & reuelato in omnibus, vt probauimus in 3. principali ratione cap. *6*.

Decimò, gradatim deſcendendo, ad quem pertinet finis, pertinent & ea, quę ſunt ordinata ad eum finem, vt in ratione ſecunda principali oſtenſum eſt: ergo; cùm ad ſacram poteſtatem pertineat ex officio, & poteſtate ei diuinitus tradita perducere omnes homines ad vltimum finem, & Dei coniunctionem in cœleſti patria: ideo pertinebunt ad Pontificem omnia temporalia, quæ ordinata ſunt ad eum finem.

Rurſus. Ad quem pertinet finis in hac vita, ſeu felicitas, quæ eſt in vſu diuinæ ſapientiæ. ad eum pertinebunt omnia ordinata ad eum finem. Ideo Pontifex Romanus erit in Eccleſia, & in toto orbe ſupremus Hierarcha, & Monarcha in omnibus, & in omnes homines habebit imperium, qui ordinati ſunt ad beatitudinem per actum ſapientiæ in hac vita, & per hanc ad exter-

nam

Digitized by Google

nam, quæ erit in Dei contemplatione, & viſione.

Ad hæc. Ad quem pertinet actus humanæ ſapientiæ à diuina ordinatæ, & regulatæ in naturali republica, ad eum pertinebunt omnia in republica, qui finis, cùm naturali lumine ſit ſupremus, qui haberi poteſt in hac vita imperfectus: tamen ad eum omnia reducuntur, quæ ſunt in republica naturali, ideo pertinent ad eam poteſtatem omnia, quæ cadere poſſunt in humanum vſum, quæ ſunt in republica naturali. Dixi, humanæ ſapientiæ à diuina regulatę, quia humana ſapientia ſemper fuit per diuinam ſcientiam ordinata ad ſapientiam theologicam; tam in ſtatu innocentiæ, quàm naturæ lapſæ, præuiſo peccato, per Chriſti merita, vt docuimus c. *6.* & vitio hominis fuit, & eſt ſemper, quòd non ſit coniuncta humana ſapientia cum diuina, & reuelata: deberet enim eſſe coniuncta, maxime in ſtatu naturæ lapſæ ob naturam humanam peccati labe infectam, in qua, niſi ſit coniuncta, valde manca eſt, & imperfecta, admiſta, ſcilicet, multis erroribus, vt patet ex doctrina ipſorum philoſophorum.

Vndecimò. Niſi ita dicatur, deſtruitur tota ratio reipublicæ; etiam in lumine naturæ; etenim, cùm in communi ſocietate conſtituta ſit; ita communi regimine ſubſiſtit. Atqui, ſicuti recta conſtitutio hominis deſtruitur (idem namque finis hominis, & reipublicæ) cùm appetitus, & externa non regantur à ratione, & ſapientia; ita reſpublica, niſi penes aliquem ſit regimen publicum finis reipublicæ (deſtructo enim publico regimine finis, tota euertitur conſtitutio reipublicæ, quæ eſt finis gratia) ergo, ne deſtruatur reſpublica, cùm non ſit penes ſeculares Principes iſtud regimen, debet eſſe penes ſacerdotium Eccleſiæ: quapropter in Eccleſia debet dari ſupremum regimen ſapientię in omnibus, & per ipſam ſacerdotio, & Pontifici.

Duode-

Digitized by Google

Vltimo: Deus per ſapientiam theologicam, & media ſupernaturalia omni ex parte ordinauit naturalem rempub. ad æternam fælicitatem, ſeu Ethnicorum ſit, ſeu aliorum illa reſp. ergo omni ex parte eſt Eccleſiæ ſubiecta. conſequentia nota videtur; quia per miniſtros ſacros ſtatuit ex officio inducere homines Deus ad æternam fælicitatem. Probatur Antecedens, quia æterna fælicitas eſt finis vltimus omnium, & cunctorũ hominum, pro quibus *Omnibus tradidit Deus filium ſuum:* Rom. 8. &
Vult enim omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: & vitio hominis eſt perditio: ſi 1.Timot. 2.
itaque eſt vltimus finis omnium, iam totus homo continetur ſub eo fine, & propterea tota reſpub. cum ſit idem finis hominis, & reipublicæ quare per theologicam ſapientiam omnis reſpub. quæcunque illa ſit, tota eſt ſubiecta Eccleſiæ, diuinæ Chriſti reipublicæ.

ASSERTIONE ZENONIS, PLATONIS, Ariſtotelis, cæterorumque Philoſophorum, ac præterea Theologorum oſtenditur regnum per ſapientiam debitum eſſe Sacerdotio.
Cap. X.

NON mirum itaque eſt, ſi præcipui quiq; Philoſophi, recta ratione ducti, ſacerdoti veluti ſapienti debitum eſſe regnum docuere ita Stoicæ ſectæ Princeps Zeno teſte Laertio in eius vita: *Diuinos*, ait Laertius ex Zenonis ſententia, *eſſe ſapientes, quod in ſeipſis, quaſi habeant* Deum, *malum vero, & impium, & ſine* Deo *eſſe; quod duplici ratione accipitur, ſiue quod Deo contrarius dicatur; ſiue quod*

Digitized by Google

aſpernetur Deum, id tamen malis omnibus non conuenire; pios autem, & religioſos eſſe ſapientes: peritos enim eſſe diuini iuris omnes. porro pietatem eſſe ſcientiam diuini cultus. Dijs item ſacrificia eos facturos, caſtoſque futuros, quippe ea, quæ in Deum admittuntur peccata deteſtari, dijſque caros, et gratos fore, quod ſancti, iuſtique in rebus diuinis ſint; ſolos vero Sacerdotes eſſe ſapiẽtes conſulere, quippe ac decernere. & poſt multa: *Non modo autem liberos eſſe ſapientes, verum & reges, cum ſit regnum imperium nemini obnoxium, quod de ſapientibus ſolis aſſeritur, vt Chryſippus ait in lib. quod Zeno proprie ſit vſus nominibus: ſtatuere enim, ait, oportere principem de bonis, ac malis, hæc autem malorum ſcire neminẽ.* Eadem tradit ſenſiſſe Speuſippum, & Stoicos, Clemens Alex. lib. 2. Strom. *Speuſippus, ait, in primo aduerſus Cleophontẽ videtur dicere ſimilia Platoni, ſic ſcribens: Si enim regnum res bona eſt, et ſapiens res bona eſt, & ſapiens ſolus Rex eſt:* & poſt pauca: *Conſequentia ſtatuunt Stoici, qui regnum, ſacerdotium, prophetiam, legis ferendæ ſcientiam, diuitias, veram pulchritudinem, nobilitatem, libertatem ſoli ſapienti tribuunt.* Ergo ex aſſertione Zenonis, Chryſippi, Speuſippi, & Stoicorum ſapientiæ debitum eſt regnum, & per ipſam Sacerdotio. Veniamus ad Platonem, qui dialogo 5. de Repub. *Niſi*, inquit, *philoſophi ciuitatibus dominentur, vel hi, qui nunc reges, potenteſque dicuntur legitime, ſufficienterque philoſophentur, in idemque ciuilis potentia, & philoſophia concurrant; neque, quod nunc fit, a diuerſis duo hæc tractentur ingenijs, non erit Ciuitati, vel vt mea fert opinio, requies vlla malorum, neque prius hæc reſpubl. quam verbis expoſuimus, orietur pro viribus, & lumen ſolis aſpiciet:* Intelligit autem per philoſophos Sacerdotes Plato: ſic enim ſe declarat in dialogo de Regno: *Sacerdotum genus, vt lege habetur*

betur, intelligit, docetque, quo pacto donaria dijs, & ſacra ſint offerenda. item, qua ratione vouendum ſit; quidque boni ſit a dijs petendum. hæc autem ambo miniſtratoriæ artis partes ſunt Socrates videtur Hoſp. iã igitur veſtigium quoddam eius, quod inquirimus attingere videmur: nam illa ſacerdotum, & vatum ratio magnanimitate, intelligentiaque, & claritate abundat propter eorum, quæ tractat, intelligentiam: quapropter apud Aegyptios non licet regem abſque ſacerdotio imperare; quinimo ſi ex alio genere quiſpiam ui regnum vſurpet, cogitur poſt regni aſſumptionem ſacris initiari, vt Rex *ſit denique, & ſacerdos. præterea in pluribus Græcorum Ciuitatibus apud vos præſertim, reperies præcipua ſacra a magiſtratibus ſummis inſtitui: nam & apud vos fertur creato rege patria, & ſolemnia ſacra maxima ac puriſſima aliorũ omniũ eſſe tributa.* Vult itaq. Plato ob præclaram ſcientiam, & ſapientiam Reges debere eſſe ſacerdotes; ideo alibi ſapientiæ dominium attribuit dialogo 1. ex Alcibiade, & in Epinomide circa medium. Sed nunquid diſsentit Platonis diſcipulus ſectæ Peripateticæ princeps? nullo modo; docuimus c. præcedenti; voluiſſe ſapientiæ eſſe præcipere, & illam eſſe reginam, ac dominam, & vitam actiuam totam eſſe ſubiectam contemplatiuæ, quæ eſt in actu ſapientiæ, et Deo: ita 7. Polit. cap. 8. & 10. Eth. cap. 8. & in hæc loca eius interpretes D. Thom. Burleus Linconen. Buridana, Auerr. Euſtrat. hinc 7. Polit. cap. 8. cum docuiſſet partes Reip. & primam partem eſſe diui cultum: poſtea c. 9. diuidit Ciuitatem in eos, qui bellis dant operam, & eos, qui conſultant, ſeu iudicant, & ſenioribus, ac ſacerdotibus partem conſulendi, & iudicandi ſic tribuit: *Reliquum eſt ex his, qui ſupra numerati ſunt, genus eſſe ſacerdotũ, quorum inſtitutio manifeſta eſt, neq; enim agricola, neque artifex, neq; vilium exer-*

Lincon. apud Burlã.

O P 2 *citio-*

citiorum quiſquam ſacerdos eſt deputandus: honos enim dijs eſt à ciuibus impendendus; ſed cum diſtincti ſint ciues in partes duas, hoc eſt, in eos, qui arma tenent; & in eos, qui conſultant, & decens ſit dijs cultum exhibere, & requiem ſuſcipere eos, qui pro tempore in his laborauerunt, ac defeſſi ſint, his vtique eſſet ſacrorum cura demandanda. Sic Ariſt. docens illis curam ſacrorum demandandam, qui in armis laborauit pro Repub. vt nimirum vacent contemplationi fini hominis, vt ait S. Doctor in Commentariis, & alterius fungantur partis officio in Repub. vt conſulant, & iudicent, & ſint ſacerdotes. Sed audiamus iam Iamblicum, qui de myſteriis Aegyptiorum hæc habet: *Suſpicaris, ne forte alia quædam ad beatitudinem præter diuinum cultum via lateat, quænam illa potiſsimum ſit interrogas: ſed profectò ſi in dijs bonorum omnium eſsentia, perfectioque continetur, ac prima poteſtas, primumque bonorum illic eſt principium, merito ſoli nos ſacerdotes, & qui ſimiliter ſuperis ſe dederunt, atque legitime vnionem ad illos fuerint conſequuti bonorum omnium principium, atque finem ſtudioſe proſequimur: in hoc vtique ſtatu, & veritatis contemplatio adeſt, & intellectualis ſcientiæ conſummatio, atque vna cum deorum cognitione, conuerſio quoque ad nos ipſos, noſtrique agnitio comitatur.* Ita Iamblicus, ponens felicitatem in Dei cõtemplatione, omniaque ex ea prouenire bona affirmans opera ſacerdotum, & eorum, qui ſe Deo dedicauere. Quod ſenſiſſe Mercurium Triſmegiſtum, ex quodã vate Aegyptio id atteſtante ex libris Mercurialibus ibidem docet. An nõ igitur ſacerdotio iure tribuendum in omnibus regimen ob diuinam ſcientiam, & ſapientiam? Sed adhuc audi Senecam, qui etſi non expreſſe ſacerdoti, tamen ſapiẽti docet iure naturæ debitum regnum: *Primi mortaliumquique, ex ijs geniti naturã incorrupti ſequebantur*

bantur, eundem habebãt & ducem, et legem. cuius rei adiungẽs causã: *Natura eſt enim potioribus deteriora ſubmittere; mutis quidem gregibus, aut maxima corpora præſunt, aut vehementiſſima, non præcedit armenta degener thurus, ſed qui magnitudine, ac toris ceteros mares vicit; Elephantorum gregem excellentiſſimus ducit inter homines pro ſummo eſt optimus; animo itaque Rector eligebatur, ideoque ſumma felicitas erat gentium.* & paucis interiectis: *Illo ergo ſeculo, quod aureum perhibetur, penes ſapientes fuiſſe Regnum, Poſſidonius iudicat.* Sic itaque ſtatui ſacerdotali; veluti ex ſua ratione optimo, debitum eſt regnum, & ob priuilegium ſapientiæ, quo ſedes Apoſtolica prædita eſt, vt minus errare poſſit in motum, & fidei decretis in vniuerſali regimine ſuprema Monarchia in omnibus. Aſſertione itaque Zenonis, Cryſippi, Speuſippi, Stoicorum, Platonis, Ariſtotelis, Mercurij, Iamblici, & Aegyptiorum, quibus adiungi poteſt Seneca, & Poſſidonius, per ſapientiam debitum eſt regnum ſacerdotio; immo conſenſu omnium celebriorum Nationum, quæ ob præclaram rerum ſcientiam, qua pollent ſacerdotes, ſacerdotio regnum tribuebant, vt obſeruauit Plato, & ex noſtris Clemens Alexand. veluti paulo infra referemus. Sed à Philoſophis ad Theologos, ex quibus ſi demonſtratum fuerit ſapientiæ diuinę, & theologicæ eſſe omnibus imperare, iam oſtenſum erit per eam, cum ex officio ad alios regendos ſacerdotibus data ſit (vt initio rationis probatum eſt) eſſe ſacerdotum omnibus in republica imperare. Ricardus de Mediauilla q.5. in primum ſent. *Finis ſacræ Scripturæ eſt æterna felicitas, ad quam, ſicut ad finem vltimum, ordinantur fines omnium ſciẽtiarum practicarum: eſt ergo dignior omnibus alijs; quapropter omnes aliæ ſcientiæ vocari poſſunt ancillæ iſtius; vnde de iſta ſcientia poteſt exponi, quod ſcribitur Prou.*

9. Mi-

9. *Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem*. Hæc ille. Qui deinde enumerat ex Ariſtotele ſex conditiones ſapientiæ, easque conuenire Theologiæ oſtendit, & ceteras ipſi ſcientias inſeruire. idem docet Egidius Romanus parte 2. quæſt. 1. Thomas Argent. & alij Theologi in primo ſent. in prologo, & Alenſ. prima parte ſummæ quæſt. 1. membro 1. D. Thomas prima parte q. 1. ar. 6. & optime, & late Henricus Gandauenſis, cuius non grauabor aliquot verba referre. ſic igitur ille in ſua ſumma quæſt. 2. art. 3. cum verba feciſſet de ſcientia, quam viribus naturæ poteſt homo acquirere: *Si quis intendit, quod vltima perfectio hominis in illo ſcire conſiſtit, errat nihil ſentiens de ſcientia iſta, nempe Theologia, ad quem ordinari debet omnis philoſophia, quæ etiam abſolute non eſt ſui ipſius gratia, nec propter ſe, ſed ordinata ad iſtam, & mediante iſta ad claram notitiam patriæ, quæ non erit ad vlteriorem ſcientiam ordinanda: & ideo veriſsime quo ad hoc ſcientia iſta ſui ipſius gratia dicenda eſt eſſe, et proprijſſima ſapientia, inquantum non eſt vlterior ſapientia expectanda in hac uita. abſolute autem ſapientia ſolum poteſt dici, cæleſtis vitę contemplatio, quæ altiora ſpeculatur de primo principio, quod capere non poteſt humana æſtimatio, reſpectu cuius & quælibet alia vix abſolute nomine ſapientiæ meretur appellari*. & art. 7. quæſt. 8. *Practicæ quidem omnes ordinantur ad iſtam, ex eo, quod principalis eſt ad illas, quia ſcilicet conſiderat, & intendit finem vltimum, ad quem realiter ordinantur proprij fines omnium ſcientiarum practicarum, qui ſunt imperfecti in ſe, & non perficiuntur, niſi reductiue ad finem vltimum*. & poſt aliqua idem docet de ſpeculatiuis ſcientiis: *Cum igitur omnia principia ſcientiarum ſpeculatiuarum ordinentur ad principia huius ſcientiæ, quia ſunt prima, & altiſſima, vt habitum eſt ſupra, in quibus perficiuntur*

tur in veritate, & cognitione, neceſſario etiam omnes ſcientiæ ſpeculatiuæ ordinantur ad iſtam, vt in qua omnes perfectionem notitiæ veritatis conſequuntur. & ideo dictum eſt ſupra, quod huius ſcientiæ eſt omnes alias iudicare, approbando bene dicta, & reprobando errata. Vide quæſo, quomodo velit hic Doctor dari ſupremum iudicium Theologo de omnibus rebus practicis, & ſpeculatiuis: an non igitur omnes fines, & bona aliarum poteſtatum, ſeu Ethnicorum, ſeu aliorum, & veritas etiam ſpeculatiua ſubiacebit Theologicæ. quare q. 9. *Hæc ſcientia principalis eſt omni modo principalitatis ſuper omnes ſcientias, ideo eius eſt ab eis bene conſiderata in vſum ſuum aſſumere, & in principia ſua reducere, & ad ſuum finem ordinare, qui eſt finis vltimus, & felicitas humanæ vitæ, ad quam iſta ſcientia immediate ordinatur, & nulla alia, niſi* (nota hæc) *mediante iſta, & omnis alia per iſtam*. & paulo poſt: *Dicit Auguſtinus 2. de doctrina Chriſtiana, Philoſophi ſi qua forte vera dixerunt, non ſolum formidanda non ſunt, ſed ab illis tanquam iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vendicanda, quæ ab eis auferre debet Chriſtianus*. Viden vt velit poſſe auferri tamquam a non bene vtentibus, ab Ethnicis, quæ ab illis nō bene poſſidentur? ſacerdos itaque, ad quem ex offitio pertinet, & poteſtate hæc ſapiētia, habebit imperium in Ethnicos per hanc ſapientiā. Dices vera hæc dici de ſcientiis, non de rebus. Sed contra hanc obiectionem faciunt modo dicta, & initio huius rationis allata. vnde ex Auguſtino docet D. Thomas res infidelium auctoritate publica poſſe auferri, 2. 2. quæſt. 66. ar. 8. ad ſecundum. Deinde, quia (ſicuti dicebatur in quinta ratione) illæ poteſtates ſunt ſubiectæ, quorū fines ſunt ſubiecti. atqui oſtenſum eſt omnes fines eſſe ſubiectos vltimo fini proprio huius ſcientiæ. Ad hæc ſcientia ſe habet vti ſcibilia, ſeu res, quæ

ſciuntur

Digitized by Google

ſciuntur : ſi ergo ſcientiæ ſunt ſubiectæ, & res erunt ſubiectæ. Accedit quod omnis actio Regis regulari debet a fine reipub. cum ſit princeps reipub. cauſa, & ab eo limitatur, niſi velit excedere limites ſuæ poteſtatis, ſi ergo fines omnes ordinantur ad finem theologicum, vt dictum eſt, illi ſubiacebunt ſiue Ethincorum ſint, ſeu aliorum. Cõmuni itaque aſſertione Theologorum deducitur omnem Rẽpub. naturalem diuinæ eſſe ſubiectam per ſacram Theologiam, & per illam Eccleſiæ.

TESTIMONIIS PATRVM, ET DIuinarum Litterarum per diuinam, & Theologicam ſapientiam confirmatur omnia eſſe Eccleſiæ ſubiecta. Cap. XI.

AVDIAMVS Patres, qui dominium in omnibus per ſapientiã Eccleſiæ tribuũt. Ambroſius lib. 2. de Abraham cap. vlt. *Saræ quoq; una additur littera ſcilicet, r, ut uocetur Sarra, quod utique par eſt, ut ſuperioribus unius adiunctione penſari litteræ; non enim Dei munus eſt una littera, ſed uirtus litteræ, quæ exprimit muneris diuini gratiam. Sara enim dicitur, ἀρχὴ ἐμὴ, hoc eſt, poteſtas mea, uel principatus mei initium uel regni, Sara Græce dicitur. ἄρχουσα, Latine, quæ regat, illa mortalis, iſta immortalis: illa ſpecialis; iſta generalis; eſt namque in me prudentia, in me uirtus, in me iuſtitia, me ſolum regunt, & mihi dominantur, & ſunt mortales; moriente enim me ſoluuntur, & moriuntur etiam illa, quæ autem prudentia generaliter dicitur, quæ caſtimonia; quæ fortitudo cæteræque uirtutes generaliter principales, & Reginæ quædam immortales*

mortales, in his poteſtas eſt immortale, & principale, ſicut eſt regina Eccleſia, *quæ non me vnum, ſed vniuerſos regit. Ergo ſpeciem in genus, partẽ in vniuerſitatem, corruptibilitatem in incorruptibilitatem conuerſam videmus, quæ omnia conuenire Eccleſiæ certum eſt*. Et paulo poſt declarat, a quo fonte hæc ſint: *Ad hanc principalem, & diffuſam per omnes ſalutem deduxit, in qua fons ſapientiæ, iuſtitiæque eſt*. Vult itaque eſſe vniuerſalem Eccleſiam reginam, quæ regat omnes, & in ea ſit fons Sapientiæ, & Iuſtitiæ, per quam conueniat principatus. vnde in proemio in Lucam: *Omnem quam mundanam ſibi prudentia falſo vindicant principatum ſapientia vere poſſidet ſpiritualis*. Vixit cum Ambroſio eodem tempore Hieronymus, qui in commentarijs in cap. 8. Prouerbiorum in ea verba: *Per me reges regnant*. (Fit ſermo de ſapientia) hæc habet: *Reges dicit Apoſtolos, ſiue alios Sanctos, qui & ſe ipſos primum, & deinde Eccleſiam ſibi ſubditam bene regere ſciunt, legum conditores, auctores vtriuſq;* Teſtamenti, *& ſequentes Eccleſiæ Scriptores, Principes, & potentes, cæteros fidelium præceptores, ac rectores appellat, qui vtique omnes non niſi per ſapientiam, vt eſſent aliquid, habent*. En vt tantus Doctor Reges per ſapientiam dicat Apoſtolos, qua & ſe, & Eccleſiam regant. Eadem cum Hieronym. docet in commentarijs in hoc caput Prouerbiorum totidem verbis Beda, & ſimilia etiam S. Solonius Epiſcopus Viennenſis, & Lactantius Firmianus Arnobij Afri diſcipulus, de vera Sapientia cap. 3. docens Sapientiam vna cum religione, & vnius Dei cultu eſſe coniunctam, vbi ait: *Deus colitur vnus, vbi vita, & actus omnis ad unum caput, & ad unam ſummam refertur: deniq; ijdem ſunt doctores ſapientiæ, qui & Dei ſacerdotes*. Clare admodum vult Lactantius omnia referri per ſapientiam vna cum religione

Digitized by Google

in Deum, & hos ſapientes eſſe Sacerdotes. an non igitur erit ſacerdotum omnia ordinare in repub. Verum ad Græcos Patres, & priore loco ad Philoſophorum philoſophum Clementem Alexandrinum (ſic enim illum vocat S. Maximus martyr in diſputatione cum Pirrho hæretico) qui cum dixiſſet rectam actionem profluere a contemplatione: *Scripturarũ domini lectio, inquit, eſt neceſſaria ad eorũ, quæ dicuntur demonſtrationem, et maxime ſi ij, qui audiunt, accedunt ex Græcorum doctrina qu indã talem Eccleſiam deſcribit Dauid: Aſtitit Regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata uarietate. Græcis, inquam, & ſuperfluis aureis fimbrijs circundata, & variata. ueritas autem per Dominum, conſilium enim tuum, inquit, quis nouit, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum ſanctum tuum ab altiſſimis? & ita correptæ fuerint viæ eorum, qui ſunt ſuper terram, & didicerint homines ea, quæ ſibi placent, & ſalui fuerint ſapientia: nam qui eſt cognitione præditus, per Scripturam nouit antiqua, & conijcit futura, ſcit ſtrophas orationum, & ænygmatum ſolutiones, præſcit ſigna, & prodigia, & euentus temporum, vt prius diximus, vides fontem diſciplinarũ manare a ſapientia.* Aperte Clemens Eccleſiam appellat Reginam per ſcripturarum cognitionem, qua omnia cognoſcat, & mala deuitet, tam quoad mores (continetur enim hæc etiam in diuinis litteris) quam quoad veritatem, & intellectum: hinc eſt, vt lib. 7. verba faciens de cognitione prædito homine, per Scripturas nimirum, & ſapientiam diuinam: *Hic*, dicit, *ergo homo, qui eſt vere regalis ſacerdos ſanctus Dei, quod quidem nunc ſeruatur apud eos, qui ſunt doctiſſimi ex barbaris, genus ſacerdotale ad regnum prouehentes*. en vt dicat ſacerdotem hunc eſſe cognitione præditum, & regalem; & idcirco ſapientiſſimos philoſophos, regnum ſacerdoti detu-

Pſal. 44.

Sap. 9.

liſſe

liſſe, quod & ex ipſo Clemente retulimus, & docuere Zeno, Stoici, Plato, Aegyptij, Ariſtot. & alij. cur ergo nos non tribuimus noſtris ſacerdotibus non ad pompam, & iactantiam, non ad propria emolumenta; ſed ad publicam vtilitatem, ad ſpiritualium rerum progreſsum poteſtatem exercendam? ipſi Ethnici ſint iudices. Sed cum Philoſophorũ Philoſophum adierimus, audiamus iam Theologorum facile Theologum Nazianzenum, qui ad Seleucum de recta educatione ita debere inſeruire omnia Theologiæ docet: *Te ipſum ad Moyſis mores conformes, illius exemplo diſciplinã Ethnicarum diſciplinarum tamquam æquus iudex, qui fert ſententiam legibus conſentaneam, verorum dogmatum libertati, quemadmodum omnino fieri par eſt, & ſapientiſſimæ ſacrarum litterarum contemplationi ſubſeruire iubeto: nam æquiſſimum eſt, vt ſapientia ſpiritus, quæ cæleſtis eſt, diuinituſq. nobis conceſſa, domina ſit huius inferæ, terrenæque diſciplinæ tamquam ancillæ, quæ vano quodam conatu nequaquam inflata eſſe debet, ſed ad miniſtrandũ conuenienter, ac decore condocefacta; omnino enim terrena ſapientia diuinæ inſeruiat.* Hæc Nazianzenus. Si itaq; ſapientia terrena cæleſti, corporis ſpirituali ſapiẽtiæ debet inſeruire; ergo pari modo omnino terrena poteſtas cæleſti corporis ſpirituali poteſtati, veluti idem Nazianzenus totidem fere verbis alibi docuiſſe oſtendemus. Heſychius etiam Presbyter Hieroſol. ob ſacrarum litterarum ex officio notitiam, eſſe ſacerdotes ſapientes aſserit, vt propterea requirenda ſit lex ex ore ipſorum, vt eſt apud Malachiam: affere- *Malach. 2.* mus eius verba in teſtimoniis Græcorum Patrum. Conſignemus iam rem totam diuinis litteris. Poſterioris ad Corinth. cap. 10. *Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, & conſilia deſtruẽtes omnem altitudinem extollentem*

ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentem omnem intellectum in obſequium Chriſti, et in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam. Profitetur hic Apoſtolus habere ſe diuinitus arma redigẽdi, non hunc, aut illum, ſed omnem intellectum in obſequium Chriſti; & puniendi, non hanc, aut illam, ſed omnem inobedientiam in ædificationem tamen; vnde infra: *Poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, non in deſtructionem.* quare S. Thomas: *Cum gratia non tollat naturam, ſed perficiat, oportet, quod naturalis ratio ſubſeruiat fidei, ſicut & naturalis inclinatio voluntatis obſequitur charitati: vnde & Apoſtolus dicit 2. ad Corinth. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.* Eadem Ricard. quæſt. 6. & alij Theologi. Nonne in ſuo regimine Rex propoſitum debet habere in lumine naturæ aliquod bonum rationis? nonne obligant eius leges, quatenus deriuantur aliquo modo a recta ratione? Si itaque omnis intellectus, & tota ratio fidei debet inſeruire, quomodo non poteſtati Eccleſiæ tota Principis ſecularis poteſtas erit ſubiecta?

1. par. q. 1. ar. 10. ad 2.

Prouerbiorum cap. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Fit hic ſermo de diuina ſapientia. Eſt autem noſtra ſapientia, & diuina nobis reuelata quædam participatio, ſeu imago, vt ait S. Athanaſius, & D. Thomas. ergo ſicuti diuina ſapientia omnia gubernantur, ita diuina nobis communicata ſapientia: vnde S. Hieronymus, Beda, Salonius de Apoſtolis locum hunc expoſuere, & ſacris poteſtatibus, quæ per reuelatam ſapientiam decernunt, & vtique etiam, quæ pertinent ad iura naturæ, & mores, cum hæc contineantur in diuinis litteris, vti ſunt præcepta Decalogi, furta, homicidia, & cetera: & cum Hieronymo eodem modo exponunt Carth. Gloſſa, &

Athan ſer. 3. contra Arian. D. Tho. 2. 2. q. 23. ar. 2. ad 1.

quaſi

quaſi is plurium eſſet conſenſus, refert Crantius depoſito Hilderico rege auctoritate Apoſtolica a Zacharia Papa, electum eſſe Regem Pipinum: *Quaſi*, ait, *is ſit, per quem Reges regnant*. Faciunt etiam ad confirmationem loca Scripturarum adducta initio huius rationis ex D. Paulo, & plura alia, quæ paſſim leguntur in diuinis litteris de diuina ſapientia. legendus D. Thom. opuſc. de erud. Princip. Concludendum itaque per ſapientiam ſacerdotio omnia eſſe ſubiecta aſſertione Philoſophorum, Patrum, & diuinarum litterarum. Cran. lib. 1. Sax. in fi.

EX NATVRALI INCLINATIONE *hominis ad felicitatem, quæ in Deo eſt, concluditur pluribus rationibus, & Philoſophorum teſtimonijs omnia terreſtria, et totum hominem ſacerdotio eſſe ſubiectum.*

Cap. XII.

DEMOSTRAVIMVS ex virtutibus, religionis, & ſapientiæ vere monarchiam in omnibus deberi Eccleſiæ, demonſtremus hoc ipſum ex naturali omnium rerum, & ipſius hominis ad Deum ſuum finem inclinatione.

DECIMA RATIO. Sacra poteſtas in illis omnibus imperat, in quibus homo naturali inclinatione tendit ad vltimum finem: Sed homo omni ex parte tendit vltimum finem Deum, cum omnia agat naturali inclinatione propter illum. ergo ſpiritualis poteſtas imperabit omni ex parte toti homini, & omnibus conſequenter, quæ ſunt producta gratia hominis. Maior propoſitio huius argumenti clara eſt: nam, auctore

auctore Ariſt. 1. Moral. Eudem. cap. vlt. *Finis eſt præſtantiſſimus, primumque omnium, & cauſa cæterorum*, & lib. 3. primæ philoſoph. cap. 3. *Omne quodcunque per ſe, & propter ipſius naturam bonum finis eſt; & ita cauſa: quoniam illius gratia cætera fiunt, & ſunt.* Idem docet lib. 2. t. 8. 2. phyſ. t. 81. & 91. porro eſt poteſtas determinata a fine; quare eo vſque ſe extendet, quouſq; finis ſe extendit; quare ſi omnis hominis actio eſt propter vltimum finem, & poteſtas ſpiritualis ſe ad illas extendit omnes, & præterea in totum hominem habebit imperium. Rurſum, in omnibus actibus, & ſcientijs eiuſdem eſt facultatis finis, & ea, quæ ſunt gratia finis, quare ſi omnis actio hominis eſt propter vltimum finem, & temporalia a Deo data ſunt, quo bene vtatur homo, in ordine ad eum finem, poteſtas Eccleſiaſtica habebit imperium in totum hominem, & in temporalia quæ data ſunt, quo homo Deo cognito perfruatur. Tandem quia (vt oſtendimus in ſexta ratione, & ex locis modo citatis ex Ethicis & Metaph.) finis eſt normam præſcribere omnibus ad ſe ordinatis; quare ſi totus homo productus eſt, quò Deo cognito fruatur, & ad hũc finem cætera producta ſunt gratia hominis: iam, ſi agens determinatur a ſuo fine, hiſce omnibus erit imperate Sacræ poteſtatis. Hæc cũ nota ſint iam ad probationem alterius propoſitionis accedamus, & oſtendamus omnia tendere ſuo modo in Deum finẽ omnium inclinatione naturali, ſaltem implicite, & virtualiter: Omne agens, agit propter finem, vt docet Ariſ. 2. phyſ. & ibi eius interpretes Simplicius, Themiſtius, Auerroes, & cæteri a tex. 75. & deinceps, & Plato in Phædone. ſed agens non tendit in finem, niſi vt bonum: idem enim finis, & bonum, vt ſæpe docet Ariſt. ergo non agit, niſi propter bonum. ergo Deus eſt omnium agentium finis. Probatur vltima illatio, altera enim

3. Meta. c. 3 et lib. 2. t. 8.

clara

clara eſt: nam cum idem ſit finis & bonum, & Deus ſit abſolute, & ſumme bonus, erit omnium finis: alioquin enim non eſſet ſumme, & abſolute bonus. Deinde, bonum particulare eſt propter bonum vniuerſale, veluti bonum partis propter bonum totius; ſed omnia creata bona ſunt participatio quædã ſummi boni Dei, vt docet Auguſtinus, Dionyſius, Plato, Ariſtot. & alij Philoſophi: ergo omnia creata bona erunt propter Deũ vniuerſale bonum, & totius. Deum eſſe bonum ſummum patet conſenſu omnium: omnes enim ita concipiunt Deum, vt nullum maius ſit bonum, vel vlla fieri poſſit additio. Eſſe bonum partis propter bonum totius conſtat, quia pars dicit ordinem ad totum tamquam perfectionem ſuam. Inſuper Deus vnus eſt, & abſolute independens: non eſt autem independens quoad vnum attributum, ſed quoad omnia: ergo cætera omnia dependebunt a Deo. ergo ille finis, & ea res, quam intendit agens, dependebit a Deo etiam in ratione boni, & finis, eſt ergo Deus omnium finis.

Aug. 2. coſ. c. 6.
Dion. de diuin. nomin. c. 4.
Plato, & Ariſt. citat. c. 15. & ſeq.

Tandem quia res non habent alium ordinem, quam diuina ſcientia eſt præfinitum: at Deus cum non intelligat aliud a ſe (12. Metaphyſ. t. 53. ad ſe omnia ordinauit: eſt itaque Deus omnium finis.

Per hæc oſtenſum eſt generatim, omnia agere propter Deum vltimum finem, ſaltẽ implicite, & virtute; & propterea etiam hominem agere propter Deum vltimum finem: ideo iure naturæ erit ſubiectus totus homo ſpirituali poteſtati. Sed oſtẽdamus iam appetitu etiam elicito hominem appetere Deum, nimirum non ſolum per naturalem aptitudinem, ſed etiam actum ipſius facultatis appetentis, quo amat ſuum bonum. Vnumquodq; naturaliter ſuam propriam appetit perfectionem. ergo homo iuxta ſuam naturam, qua a cæteris diſtinguitur, appetet ſuam perfectionem; & propterea

cum

cum felicitas hominis contemplatiua cōſiſtat in ſuprema cauſa, & in Deo, in vſu ſapientiæ naturaliter hoc appetet; & cum voluntatis obiectum ſit bonum ab intellectu apprehenſum, naturaliter appetet frui bono apprehenſo per intellectum: voluntas enim adhæret intellectui recte dictanti, niſi deprauata fuerit, & corrupta, ideo conſequenter naturaliter appetet frui Deo cognito naturali cognitione. Confirmatur: Quia felicitas (vt recte docet Philoſophus) non eſt in habitu ſolum; etenim dormiens eſſet felix ſicut vigilans & habitum acquirimus, quo exerceamus: fruſtra enim illa potentia, quæ non reducitur ad actum. eſt ergo in actu illo, & operatione intellectus in contemplatione Dei, & conſecutiue in fruitione boni apprehenſi. Ad hæc omne id naturaliter appetitur actu elicito, in quo naturalis appetitus conquieſcit: at intellectus non quieſcit in cognoſcendo vero aliquo particulari, nec voluntas in particulari aliquo bono; quare cum naturaliter cognoſcatur eſſe maius verum, & maius bonum ſe ad illud extendent hæ potentiæ: erit itaque felicitas in actu ſpeculationis ſummi veri Dei, & fruitione ipſius ſummi boni. Demum menſura ſcientiæ ſpeculatiuæ in rebus eſt (vt docet philoſophus) talis ergo eſt cognitio veri, quales ipſæ res in ſe ſunt: ſed res inferiores a ſuperioribus dependent, & omnia a Deo ſuprema cauſa. cum itaque felicitas ſit in re perfectiſſima noſtrum intellectum, & voluntatem explente quoad ſuam capacitatem, debet eſſe iſta felicitas in cognitione ſummi veri, & fruitione ſummi boni finis omnium Dei, & propterea in ſolo Deo omnium verorum vero, & fine omnium finiū erit feliciras. omnis itaque actio hominis ſubiacebit ſacerdotali poteſtati tam quoad appetitum innatum, quam elicitum; ac proinde iure naturali homo totus ſubiectus erit ſacerdotio. Quomodo

Ariſt. 1. Ethic. et 1. Eli. 1. 83.

Ariſt. 1. Metaph. c. 1. & 11. cap. 6.

autem

autem ſentiendum ſit de felicitate ſupernaturali, ſeu diuina viſione, paulo poſt dicemus; nunc confirmemus rationem auctoritate Philoſophorum. Ariſtoteles pluribus in locis docet, omnia fieri propter bonum. 1. Ethicorum cap. 1. tradit omnia bonum appetere, quo nimirum oſtendat, hominis finem eſſe Deum, veluti ibi antiquus Peripateticus Euſtratius in Commentariis habet: *Ad quem, ait, vt propriam aſſequatur perfectionem, debeat omnes ſuas operationes dirigere: commune enim bonum eſt, quod omnia expetunt, ac propter quod tam humiliora, quam ſublimiora omnia exiſtunt, atque hoc Deus eſt, ex quo, & per quem, & in quo omnia, quæ tamen proxime ad ipſum accedunt, propter ipſum abſolute exiſtunt, eiuſq; preſentia abſque vllo medio fruuntur.* Sic Euſtratius. Et ipſe Ariſtoteles 10. Ethicorum cap. 8. vbi dicit, nos beatos eſſe Dei contemplatione, veluti ſui contemplatione Deus beatus eſt, quare in calce capitis concludit: *Qui ex intellectu operatur, huncque excolit, atque optime afficit, is eſſe Deo cariſſimus uidetur; nam ſi quam rerum humanarum curam dij habent, ſicut videtur, conſentaneum eſt ipſos re illa, quæ optima eſt, atque ipſis maxime cognata delectari, qui eſt intellectus, eoſque, qui eam maxime amant, & honorant, remunerari, utpote qui eorum, quæ ipſis ſunt amica, curam habeant, recteque, & honeſte agant.* Quibus liquet velle Ariſtotelem, hominem felicem eſſe re optima Dei contemplatione, ita tamen, vt recte agat, & recta, atque honeſta vita cum contemplatione ſit coniuncta; vnde iuuenes ob animi perturbationes minus aptos ad philoſophiam moralem docet, & ideo felicitatem eſſe in perfecta ætate ſedatis iam perturbationibus, quare Euſtratius: *Amare intellectum nihil aliud eſt, quam recte agere, & ſecundum omnes virtutes, tam actiuas, quam contemplatiuas operari.* Dicit au-

Digitized by Google

tem Ariſtot. videri deos curam rerum humanarum habere Græce δοκεῖ, & perinde eſt ac ſi dixiſset conſtat, vſus eſt hoc verbo 1. Ethic. cum dixit, videri omnia bonũ appetere, quare Auerroes, *vt creditur ; & debitum eſt*. Et ſimili modo exponunt Euſtratius, D. Thomas, Burleus, & cæteri Interpretes, porro eſt conſecutiue ſecundum Ariſtotelem in fruitione boni apprehenſi felicitas, vt videre eſt 10. Ethicorum cap. 4. *Perficit*, ait, *operationem voluptas, non vt habitus quidam, qui ineſt, ſed vt finis ſuperintroiens*. Idem voluit Plato in Euthidemo, vbi ait, omnes cupere bene viuere, & felices eſſe; deinde felicitatem in ſapientia eſſe docet: *Sapientia*, ait, *ipſa felicitas eſt, quod quidem, vel puer quiuis intelliget*. Et cum oſtendiſſet, omnia recte fieri ſapientia, concludit, *Sapientia igitur omnibus humanis in rebus inquam felices nos efficit, neque enim aberrat vnquam, nec fallitur ſapientia, ſed recte opus peragit, aſſequiturque, alioquin ne ſapientia quidem ſit*. Et in Alcibiade, quomodo ſe habeat ſapiens ad rempublicam, ſingillatim explicat eũ debere, qui imperaturus eſt aliis eſſe virtute ornatum, vt iuſte, & prudenter vna cum republica agat: *Et ita*, inquit, *tu ſimul, & tua reſpublica Deo gratum opus facietis Alcibiades* decet Socrat. *& ſic, quemadmodum ſupra diximus, in diuinum ſplendorem intuẽtes agetis Alcibiades videtur Socrates, quin etiam illuc reſpicientes voſmetipſos, veſtraque bona perſpicue diſcernetis*. Et in Epinomide quærit, quis ſit dicendus ſapiens ex perſona Athenienſis hoſpitis: *Omni*, ait, *crimine legum lator carebit, ſi melius de diis, quam priſci ſentiat, & optima vſus diſciplina deos hymnis colat, beatitudineque extollat, atque ita vitam tranſigat. Im recte tu hoſpes, quandoquidem finis hic legum tibi propoſitus eſt, vt Dei cultu, & vitæ puritate optimum, atque pulcherrimum exitum conſequaris*.

Vult

Vult itaque Plato, omnes appetere bene viuere, & beatã vitam in Deo eſſe, vt ipſe ſit regula omnis rectæ vitæ quantum pertinet ad vitam actiuam; cæterũ conſtat vitam contemplatiuam prætuliſſe, quæ ſimiliter ſit in Deo: nam in Dialogo de ſummo bono docet, vitam contemplatiuam eſſe diuiniſſimam, & Deo ſimilem. Et in Phædro; veræ ſcientiæ genus eſſe in intellectu contemplatiuo gubernatore animæ; vnde Alcinous refert Platonem in vita contemplatiua felicitatem collocaſſe; quod conſtabit ex aliis Platonis locis, quæ in ratione vndecima afferemus. ex quibus apparebit, voluiſſe Platonem beatam vitam eſſe in Dei contemplatione. & adnotauit Auguſtinus lib. 8. de ciuitate Dei c. 9. vbi cum cap. 8. docuiſſet ſummum bonum eſſe, ad quod omnia referuntur, & ipſum per ſe ſolum appetitur, ait, *Summum bonum Plato dicit Deum. vnde vult philoſophum eſſe amatorem* Dei, *vt quoniam philoſophia ad beatam vitam tendit fruens Deo ſit beatus, qui Deum amauerit: quicumque igitur philoſophi de* Deo *ſummo, & vero iſta ſenſerunt, & quod rerum creatarum ſit effector, & lumen cognoſcendarum, & bonum agendarum, & quod ab illo nobis ſit, & principium naturæ, & veritas doctrinæ, & felicitas vitæ*. Et cæteros idem voluiſſe philoſophos aperit, denique ab omnibus appeti felicitatem docet etiam Seneca lib. de vita beata cap. 1. in ipſo initio. Cicero in Hortenſio. & lib. 2. de finibus, & hi in honeſta vita, & Deo eſſe voluerunt. & Iamblicus de myſteriis Aegyptiorum: *Ante omnem rationis vſum ineſt naturaliter Deorum notio, immo tactus quidam diuinitatis melior, quam notitia, ex quo incitatur naturalis appetitus boni*. Ita ille de appetitu innato, qui in calce operis perduci ad hoc bonum Deum opera ſacerdotum hominem aſſerit. quare concluditur eſſe naturalem inclinationem in homine ad

Deum, vt omnia ad hoc referat: & propterea Philoſophorum aſſertione totum hominem iuſe naturæ ſubiectum eſſe ſacerdoti.

THEOLOGORVM, PATRVM, ET diuinarum litterarum atteſtatione idem concluditur. Cap. XIII.

IAM vero noſtri Theologi omnia Deum appetere ſuum bonum affirmāt, vt omnia fiant propter illum ita pluribus in locis docet D. Thomas 1.2.q.1.art.6.& 1.parte q.62.art.1.& late lib.3.contra Gentes a cap.17.vſque ad 23.& de Veritate q.22.art.2. optime explicat, quomodo omnia naturaliter Deum appetant, ita videlicet, quod ſicuti ſecundarium agens, non agit, niſi virtute primi agentis, ita *Secundarius finis*, ait, *non appetitur, niſi per virtutem finis principalis in eo exiſtentem, prout ſcilicet eſt ordinatum in illud, vel habet ſimilitudinem eius: & ideo, ſicuti Deus propter hoc, quod eſt primum efficiens, agit in omni agente, ita propter hoc, quod eſt vltimus finis, appetitur in omni fine. ſed hoc eſt appetere ipſum Deum implicite.* Hæc ille. Subdens deinde, creaturam rationalem reſoluere ſecundarios fines in ſupremum, & Deum explicite appetere. & eodem modo cæteri Theologi naturaliter appeti felicitatem docent, & omnia agi ab homine propter vltimum finem, vel beatitudinem, ita communi conſenſu Theologi vel in 2.ſentent.diſt. 38. vel in 4.diſtinc.49. Bonauentura, Ricardus, Egidius, Ioannes Baccon. Durand. Neque his eſt contrarius Scotus: nam Scotus intelligendus eſt actualiter: at vero implicite, vel virtualiter non negat. nam cum omne bo-

num ſit participatio ſummi boni, ſiue ſit ſenſus, ſeu alterius rei, dum particulare bonum appetitur, et Deus implicite ſaltē appetitur, a quo dependet. Vnde celebris eſt illa Dionyſ. ſententia: Nemo intendens in malū operatur. Conueniunt Patres, ita enim idē Dionyſ. c. 1. de Diuin. nominib. *Eum*, Deum, *appetunt omnia ea, quidem, quæ mente, rationeque vtuntur cognitione, quæ autem his inferiora ſunt ſenſus iuditio, aliaque motu vitali*. idem habet cap. 4. & ibidem docet Hierotheus præceptor Dionyſij, & Boetius 3. de Conſolatione Philoſoph. proſa 2. Lactantius de falſa religione ca. 2. Ambroſius lib. 1. de offitijs cap. 26. vbi dicit, omnibus hominibus ineſſe cupiditatē veri: & loquitur de felicitate, quam Sanctus ponit in cognitione diuinitatis, & fructu bonæ operationis, & apparet 2. offit. c. 2. Hieronymus in Commentarijs in 36. cap. Iob denique communi conſenſu omnes generatim appetere felicitatem adnotauit Auguſt. de Ciuitate Dei lib. 10. cap. 1. *Omnium*, inquit, *certe ſententia eſt, qui ratione quoquo modo vti poſſunt, beatos eſſe omnes homines velle*, & lib. 3. de ciuitate Dei cap. 4. *Academicis cum omnia dubia ſint, Academicus ille Cic. cum vellet in dialogo Hortenſio ab aliqua re certa, de qua nullus ambigeret, ſumere diſputationis exordium, beati certe, inquit, omnes eſſe volumus*. Hinc (quo rem ex diuinis litteris probemus) ad Rom. cap. 2. *Ex ipſo*, Deo, *& per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſecula*. quibus vult Paulus omnia a Deo dependere, & ad eum referri, vt exponit Dionyſ. 4. de diuinis nom. Euſtrat. ſupra citatus. Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſe operatus eſt Dominus*. Apocal. 21. *Ego ſum α, & ω, initium, & finis*. Idem repetitur cap. 22. Ex hiſce itaque colligitur, cum Deus ſit omnium finis, & eum vnumquodque iuxta ſuum gradum appetat iure naturæ, totum hominem ſub-

Dionyſ. c. 4. de diuinis nominibus.

Digitized by Google

ſubiectum eſſe ſacerdotio, cum ita ſe habeat ſuo imperio ſacerdos ad hominem, veluti homo inclinatione naturali ſe habet ad Deum ſuum finem, cum opera ſacerdotis homo perducendus ſit ex offitio ad Deum. Verum dicet aliquis, an homo ita ſe habet ad vltimum finem, viſionem Dei, vt eam appetat appetitu, & inclinatione naturali. Equidem putarim naturaliter hominem viſionem beatificam appetere, quod ſic patet, illud naturaliter deſideratur ab homine tanquam finis vltimus, in quo tantum expletur naturalis eius appetitus; ſed naturalis appetitus tantum expletur in cognitione Dei per eſſentiam, & fruitione ſummi boni: ergo illa tantum eſt vltimus finis. Maior patet: nam omnium conſenſu (vt dixi in ratione duodecima) felicitas in ea re eſt, propter quam omnia appetuntur, ipſa propter aliud non appetitur. Minor probatur, habita quacunque cognitione de Deo quæ haberi poteſt per effectus quoſcunq; adhuc non quieſcit naturalis appetitus, cum homini inditum ſit a natura, vt cognito Deo tamquam cauſa per cognitionem abſtractiuam effectuum adhuc non quieſcat, ſed anhelet vlterius ad cognitionem diuinæ eſſentiæ, vt quodquid eſſe rei, (vt aiunt) tanquam ſuum obiectum cognoſcat intellectus. Confirmatur: Quia cum naturaliter cognoſcat intellectus perfectiones, quæ reperiuntur in effectibus, debere reperiri in ſuis cauſis ſaltem eminenti modo cum naturaliter cognoſcat intellectus omnes effectus habere a Deo ſuas perfectiones communicatas; multo magis tales perfectiones reperiri in Deo intelligit, cum Deus infinito interuallo diſtet a creaturis. ergo habita cognitione quorumcumque effectuum & perfectionum, & naturarum illorum maior eſt appetitus ad cognoſcendum Deum non modo, vt cauſam, ſed ſecundum diuinam eſſentiam, in qua tamquam

Obiect.
Solut.

in

in fonte videat illas perfectiones; ergo donec habeat non quieſcit; ergo ipſa erit finis explens naturalem appetitum, & hoc etiam oſtendunt argumenta initio huius rationis allata; illa enim ſuo modo applicata, hoc idem probare poſſunt. Dices, ſi Deus viſus per eſſentiam eſt finis hominis naturalis: ergo viribus naturæ aquiri poteſt. Reſpondeo hoc vergit potius in maiorem perfectionem hominis, vt aliquid appetat naturaliter, quod naturaliter acquirere non poteſt, ſed medijs ſupernaturalibus: hinc eſt vt S. Thomas appellet finem ſupernaturalem, vt 1. parte q. 75. ar. 7. ad 1. quia nimirum medijs ſupernaturalibus (quomodo & nos interdum loquuti ſumus) acquiritur, vt ipſe ſępe ſe declarat, ita q. 23. ar. 1. & 1. 2. q. 109. ar. 5. & alibi, cum certum ſit eſſe ex ſententia D. Thomæ in nobis naturale deſiderium ad Dei viſionem. ita 1. parte q. 12. art. 1. in corp. & 1. 2. q. 3. ar. 8. & loquitur de Dei viſione, & cauſa ſecundum ſuam naturam. 3. contra Gentes cap. 50. vbi multis probat toto eo capite naturale eſſe deſiderium videndi Deum in ſubſtantijs intellectualibus: idem docet cap. ſeq. 51. & 57. arg. 3. & alibi Scotus q. 1. prologi, & in 4. diſtinct. 49. Durandus quæſt. 8. & alij Theologi.

CVM DEVS AMORE NATVRALI diligendus ſit ſuper omnia iure naturæ ſacerdotum eſſe omnibus imperare. Cap. XIIII.

VNDECIMA ratio ſumi poteſt ex amore naturali Dei, quæ huiuſmodi eſt. Tale tribuendum eſt imperiũ ſacerdotio reſpectu mediorum, & temporalium, qualis Deo amor reſpectu eorũ debitus eſt: ſed Deo debitus eſt iure naturæ reſpectu mediorum amor

ſuper

titur itaque naturalis ordo, ſi ſe plus diligat homo, quam Deum finem omnium ſupremum. Aſſumptum in argum. notum videtur; & ſimul conſequentia, quia ſicut bonum appetitur, ita ſuperius bonum prę inferioribus appetitur; ſummum itaque bonum præ omnibus appetetur. Id præterea docet Ariſt. 1. eth. cap. 1. in calce, vbi ſuperiores fines magis appeti oſtendit, & eorum gratia inferiores, qui ſubiacent, fines: & 10. eth. c. 6. maxime appeti diuinam contemplationem Dei, & eius gratia reliqua; cum hic ſit finis hominis.

Tertio, naturali ordine bonum inferius, ſeu partis eſt propter bonum ſuperius, ſeu totius: ſed dilectio ſui eſt bonum partis, & inferius, Deus eſt bonum ſupremum, & totius; ergo dilectio ſui debet eſſe propter Deum ſupremum bonum naturali ordine. & hęc ratio, ſi rectè conſideretur, ipſa per ſe ſupremā probat monarchiā deberi ſacerdotio iure naturæ in omnibus, cum ſacerdotium verſetur circa Deum bonum totius. Igitur Deum eſſe bonum ſupremum omnium, & totius conſtat ex ratione in ordine decima, vbi probauimus omnia agere propter vltimum finem naturali inclinatione, & ipſum hominem appetere naturaliter appetitu elicito Deum vltimum finem. Probandum igitur bonum vniuſcuiuſque rei eſſe propter bonum ſuperius, & ad illud ordinatum; ſic enim probatum erit particulare bonum ſuiipſius ordinatum eſſe ad bonum ſuperius, & Deum. Natura magiſtra, quæ eſt parens ordinis teſte Ariſt. inſtruimur inferiora eſſe ob ſuperiora, & nobiliora, quod breui inductione ſic ex ipſo Philoſopho oſtenditur: materia eſt propter formam, elementa ſunt propter miſta, miſta vegetabilia ob animalia; veſcuntur enim, & aluntur illis: hæc autem propter hominem, & eius vſum. Sed audiamus Ariſt. hæc clare, & dilucide aſſerentem, & philoſophantem. Cum enim oſtendiſſet à

8. phyſ. tex. 15. 2. cœli t. 69. 2. phyſ. t. 26. & 81.

V natura

natura datum alimentum hominibus, vt venatione, & agricultura ſibi victum procurent: *Talis igitur acquiſitio ab ipſa videtur natura hominibus data, vt ſtatim poſt genituram, ſic etiam ad perfectionem deductis: nam ab ipſo generationis initio quædam animalium ſimul exprimunt tantum alimenti, vt ſufficiat, donec poſſit ſibi ipſi acquirere, quod generatum eſt; vt quæcunque ex putredine, vel ex ouis gignuntur: quæ vero pariunt viuentia, alimentum habent in ſe ipſis ad natorum educationem, vſque ad tempus quoddam, quam lactis naturam dicimus: Quare ſimiliter eſt de perfectis quoque exiſtimandum, plantaſque animalium eſſe gratia, & cætera animalia hominum cauſa: manſueta quidem propter vtilitatem, & cibum; fera vero (etſi non omnia, at plurima illorum) propter cibum, & alia indumenta, vt & veſtis, ac cætera inſtrumenta ex illis fiant. Si igitur natura nihil neque imperfectum facit, neque fruſtra, manifeſtum eſt illa omnium hominum gratia feciſſe naturam.* hucuſque Ariſt. aſſerẽs expreſſe à natura ignobiliora ob nobiliora facta eſſe. Sic etiã Cic. habet lib. 2. de natura deorũ: *Omnia aliorum cauſa ſunt generata, vt fruges, atque fructus, quos terra gignit animantium cauſa: animantes autem hominum, vt equum vehendi cauſa, arandi bouem, venandi, & cuſtodiendi canem; ipſe autem ortus eſt ad mundum contemplandum.* Sic ille. Quæ eſt Chryſippi Cleantis diſcipuli ſententia, immò totius ſcholæ Stoicæ; ſic enim 1. officiorum idem Cic. refert: *Placet*, inquit, *Stoicis, quæ in terris gignuntur ad vſum hominis omnia creari: homines autem hominum cauſa eſſe genitos, vt ipſi inter ſeſe alij alijs prodeſſe poſſint; & in hoc naturam (* nota hæc verba *) debemus ducem ſequi*. Hæc Cic. de Stoicis, aperte docens bonum inferius eſſe ob ſuperius, & particulare propter vniuerſale, & ad illud ordinari; & in hoc nos debere ducem ſequi naturam, quod ipſum alios philoſophos cognouiſſe reperies; & hæc in hiſce inferioribus. In cæleſtibus autem, quia longe à nobis remota ſunt, non ita nobis cognita eſt hæc ſubordinatio vnius ad alterum; maximum tamen ibi ordinem eſſe conſtat ex motibus, qui

1. polit. c. 5.

Chryſip. apud Cic.

qui certi ſunt, & rati ſemper; quare Ariſt. 9. primæ philoſoph. in rebus cæleſtib us nil eſſe caſu aſſerit; & 2. lib. naturalis philoſophiæ deridet priſcos illos philoſophos, qui dicebant in rebus cæleſtibus aliquid eſſe à caſu. *9. metaph. tex. 19.* *2. phyſ. t. 46*

Hoc ipſum cernere eſt in partibus cuiuſcunque rei, quarum vna eſt propter aliam, v. g. in arbore radix ob ramos, ramus propter florem, hic propter fructum. item in animali os ob ventriculum, hic ordinatur ad venas, venæ ad reliquas animantis partes. præterea ſenſus externi propter internos, interni propter intellectionem. En vt vna pars ignobilior inſeruiat nobiliori, & ſit ad eius vſum: ſi ergo ducem naturam ſequamur, homo naturali ordine erit propter Deũ, qui mouet vt amatum, & deſideratum, teſte Philoſopho: eſt itaque contra ordinem naturalem, ſi poſtponatur Deus propria ſui dilectione, vel non magis ſint ob poteſtatem ſpiritualem ipſa temporalia, & rerum temporalium vſus.

Quarto, illud naturali ordine magis eſt diligendum, quod magis natura in rebus omnibus naturalibus intendit; ſed natura magis intẽdit bonum vniuerſi, quam partis, ergo illud magis diligendum: & propterea Deus bonum, & finis vniuerſi. Ma. propoſitio nota eſt. probatur Min. illo pronuuciato philoſophico, priora intentione poſteriora eſſe generatione, & vice verſa: nam etſi generatione ſemen prius radices agit, intendit tamen natura prius fructum in arbore. Sed oſtendamus id inductione ſingillatim in rebus naturalibus, & priore loco in elementis, quæ diximus eſſe propter miſta, tanquam nobiliora. Aqua, & ſi recte collocata ſit, vt dicebamus initio operis, prope terram, tanquam remota ab inimico ſibi igne, at certe quod non cooperiat totam terram ſua quantitate à natura prouiſum eſt, ob animantium habitaculum; atqui melius illi foret, ſi in *8. phyſ. tex. 58. 9. metaphyſ. t. 13. 2. de part. cap. 1.*

V 2 maiore

maiore foret quantitate, ergo potius id factum ob nobiliora, nempe miſta. Præterea melius foret elementis, ſi haberent vicinum elementum, quo cum conuenirét in omnibus qualitatibus, v. g. aer conuenit ex doctrina Peripatetica cum igne altera qualitate, nempe calore, ſed diſcrepat altera, nempe humiditate; conuenit cum aqua humiditate, ſed diſſentit caliditate; aqua enim frigida, & humida. Quod ergo natura collocarit hoc ſitu elementa, vt elementum vnumquodq; haberet ſibi vicinum, quo cum diſcreparet altera qualitate, factum eſt propter miſtionem; alioquin enim difficili negotio fierent miſta. ita Ariſt. 2. de generat. ergo cum detrimento ipſorum elementorum eſt, vt in eo ſitu ſint ob bonum vniuerſi, & ob nobilius, nempe miſtionem.

2. de gen. t. 25.

Pari ratione melius foret elementis, ſi natura tribuiſſet magnam vim reſtitiuam, v. g. maiorem duritiem: nam hoc modo melius ſeſe conſeruarent: ſed potius contra factum eſt, vt haberent potius maiorem vim actiuam, minorem reſtitiuam; quo ſcilicet ſeſe corrumperent mutuo, & fieret generatio miſtorum.

Veniamus ad ipſa miſta, & animalia. Herbis melius foret, ſi carerent ſapore, & odore; ſic enim animantia non agnoſcentia, nec guſtantia illis non veſcerentur; tamen neceſſe fuit vt ita foret, vt ob ſaporē ſuauius eis paſcerentur animantia: ita odore opus fuit, quo dignoſcerent ab alijs, & ſcirent quid ſibi prodeſſet. Idem dicimus de carnibus animantium, quibus veſcitur homo, frugibus, & cæteris cibis, & de animantibus ignobilioribus reſpectu nobiliorum, v. g. vt non haberent talem qualitatem, quæ perciperetur odoratu canum, & talia animantia talem figuram ad vehenda onera, talem bos ad arandum, robur, & cætera: quibus liquet magis conſultum rebus nobilioribus. Sic de

homine

homine dicendum, v. g. magna copia eſt quorundam animalium in partibus ſeptentrionalibus, quorum pellibus veſtitur homo ad pellendum frigus, melius illis foret, ſi degerent in partibus magis calidis; nec enim, cum ibi ob calorem non opus ſit illis pellibus, in tanta copia occiderentur. In Aethiopia magna eſt vis ibium; paſcuntur autem hæc animalia ſerpentibus, quorum illic eſt magna multitudo: ſimiliter vbi ſunt multi ſerpentes, eſt magna multitudo ciconiarum, melius eſſet ſerpentibus, ſi ibi non forent huiuſmodi ſibi inimica animalia; conſultum eſt tamen a natura propter hominem, cui inimicus eſt ſerpens.

Iam vero in partibus cuiuſque rei idem eſt cernere. Naturaliter homo extendit brachium, ſi quis velit percutere caput; & ſerpens exponit corpus, & contegit illo caput, ne illud percutiatur: item aqua aſcendit surſum, ne detur vacuum. Eodem modo, vt habet philoſophus 3. de partibus animalium cap. 4. Galen. 2. de vſu partium cap. 6. maiore cura prouiſum conſeruationi nobiliorum partium. Natura cor poſuit in loco tutiſſimo, vt nullum vitium graue pateretur: itemque manum homini dedit inſtrumentum aptiſſimum ad omnia, lib. 4. de partibus c. 10. & ibidem propterea docet eandem naturam magis benignam fuiſſe in hominem, quam cætera animantia: dedit enim mentem homini, qua ſuperat cætera omnia animantia: illa enim extruit domus pro cauernis, veſtimenta pro pilis, arma pro cornibus, & vnguibus, artes omnes, & ſcientias, quibus ſuperat omnia animantia, & venatur illa. Præterea nobilioribus animalibus maiorem amorem indidit prolis, ad natos conſeruandos, ita 3. de gener. animal. c. 2. Similiter, licet hæc, & illa natura particularis non intendat fœminam, ſed aſſimilare ſibi paſſum, & producere marem, attamen natura vniuerſalis intendit porro

hæc.

hæc. Natura vniuerſalis ſecundum Ariſt. nihil aliud eſt, niſi Deus, & primum mouens immobile, rerum omnium cauſa, veluti patere poteſt 2. de ortu & interitu tex. 58. & 59. & 12. primæ philoſoph. tex: 38. & 4. de generat. animal. cap. vlt. ſi quis plura deſiderat, legat libros. Ariſt. de partibus, vel de generatione, vel de hiſtoria animalium, Galenum de vſu partium, Cic. in libris de natura deorum, Plinium, Elianum, vt ommittam noſtros, Theodoretum in lib. de prouidentia, & alios, quos conſulto prætermimus, & potius ethnicos citamus; cũ lumine naturæ nobis ſit res inueſtigãda. Concludendum itaque eſt, cum lumine naturæ magis prouiſum ſit bono totius, quam partis, & in vnoquoque, & in vniuerſum, propterea inclinatione naturali Deum bonum vniuerſale eſſe magis diligendum, & poteſtatem temporalem, cum ſit longe ignobilior ſpirituali, iure naturali debere ſpirituali inſeruire: cuius eſt agere de Deo bono totius.

Quinto, illud magis naturaliter eſt diligendum, ad quod eſt maior naturalis inclinatio hominis; ſed ad Deum, omnium maxima eſt naturalis inclinatio hominis; ergo Deus maxime amore naturali præ omnibus diligendus. ma. non videtur egere probatione: nam ſicut naturalis inclinatio tendit in aliquem finem, & bonum, ita ad maius bonum naturale eſt maior inclinatio naturalis: probamus itaque minorem. Ad illud eſt maxima hominis inclinatio, in quo omne terminatur humanum deſiderium, & expletur eius naturalis capacitas: ſed hic ſolus eſt Deus, igitur ad Deum eſt maxima hominis inclinatio. probatur minor; nam innata nobis via
1. phyſ. t. 2. eſt à notioribus nobis ad notiora naturæ cognoſcenda: hoc autem videmus experientia, viſo aliquo effectu, naturaliter ſcire velle cauſam; v. g. viſa ecclipſi Lunæ, ſcire cauſam illius: quod ſi aliqui non quærunt, non

eſt

eſt mirandum; accidit enim illis, ſicut accidit ęgris, qui noxia ob ægritudinem appetunt: nam naturaliter intellectus non obductus tenebris deſiderat ſuam perfectionem, ſcilicet ſcire: eſt autem ſcire rem per cau- *1.poſt. t. 2.*
ſam cognoſcere; quare naturaliter intellectus cognoſcere appetit cauſam. Ergo cum Deus ſit actus purus, & propterea maxime cognoſcibilis (actus enim eſt ra- *12.metaph. t.30.*
tio cognitionis) & ſit primum mouens, & prima cau- *7. metaph.*
ſa rerum omnium, ideo ſolum in illo conquieſcit intel- *t.49.*
lectus, & conſequenter voluntas in boni fruitione ap- *8.phyſ.*
prehenſi per intellectum.

Sexto id ab homine maxime naturali amore diligitur, in quo eſt eius felicitas: ſed naturalis felicitas hominis eſt in Deo, igitur Deus eſt præ omnibus diligendus amore naturali. Vtraque propoſitio probata eſt in decima ratione, & in nona, in quibus oſtenſum eſt ex philoſophis, & rationibus in Deo eſſe humanam felicitatem, & hominem omnia agere propter vltimum finem; immò res omnes, ſaltem implicite, & virtute: etenim illud ſine dubio magis diligitur dilectione naturali, quo omnis actio humana refertur, vel actu, vel virtute naturali quadam inclinatione.

Sed reſpondebit aliquis ita eſſe amari magis Deum ab homine, ſed in ordine ad ſe, & propter bonum ſuum, quod eſt magis ſe amare amore concupiſcentię: ſed contra, quia homo appetit ſcire Deum, veluti cauſam rerum omnium productiuam, qui non cognoſcit aliud à ſe, vt dicebatur ex Ariſt. ergo ſi felicitas conſi- *Ariſtot. 12.*
ſtit in contemplatione primæ cauſæ, & veritate prima, *metaph. t.*
non debet in illa ineſſe falſitas; ineſt autem falſitas, ſi *53.*
aliter cognoſcatur, quam reuera eſt, & propterea non debet eſſe iſta contemplatio, niſi in ordine ad Deum, qui ad ſe omnia ordinauit, vnde Dionyſ. dicit quod *Dionyſ. de diuin.nom.*
Deus conuertit omnia ad amorem ſui ipſius. Rurſus, *cap.4.*
menſu-

Digitized by Google

menſura amoris eſt cognitio, ita igitur recto amore amandum aliquid, prout intellectus recte cognoſcit amandum; ergo ſi cognoſcitur Deus prima cauſa, & finis vltimus rerum omnium, iam ita etiam debet amari amore recto, & naturali propter ipſum Deum; & propterea, tam quinta, quam ſexta ratio optime concludit.

Ad hæc, ſi per actum contemplationis homo non ſiſteret in Deo, ſed referret ad ſe inclinatione naturali, iam actu reflexo ad ſe ordinaret Deum, ergo non terminaretur in Deo humanum deſiderium, & in Dei contemplatione, & fruitione, ſed in ipſo homine, contra id, quod ſupra oſtenſum eſt; & eſſet ſe frui, cum ſolum Deo independenter frui liceat. Hinc aliud ſequeretur abſurdum, in homine eſſe felicitatem, & fruitionem, qua beatur; cum ſtatutum ſit felicitatem eſſe finem vltimum hominis, & illud, ad quod referuntur omnia, & per ſe ſolum appetitur, nunquam propter aliud, vt docet Ariſt. 1. ethic. cap. 7. & lib. 10. cap. 6. ergo non ad ſe terminatur felicitas, ſed ad Deum: ergo Deum lumine naturali, & recto dictamine intellectus propter ſe, & ſupra ſeipſum diligendum apparet. Sed quia huiuſmodi obiectio confutata remanebit ex ſequentibus argumentis, propterea.

Septimo, ſi homo naturali inclinatione non diligeret Deum plus, quam ſe, ſed magis ſeipſum, aliquid foret non ordinatum ad vltimum finem in homine naturale; at hoc eſt abſurdum, ergo & illud, ex quo hoc ſequitur. Maioris propoſitionis ſequela videtur manifeſta: nā dilectio illa terminatur naturaliter ad ſeipſum, non ad Deum. Probatur itaque hoc eſſe abſurdum; etenim hoc modo amor ſupernaturalis deſtrueret naturalem inclinationem, non perficeret: nam habitus ſupernaturalis charitatis inclinat hominem ad diligendum Deum ſuper omnia; hoc autem non videtur dicendum,

vt na-

vt naturalem Deus dederit inclinationem ad diligendum ſe magis, quam ipſum Deum; quod eſt contra charitatem, & vltimum finem, a quo homo retraheretur naturali inclinatione. Tandem felicitas hominis eſt in Deo, ad quem ille tendit naturali inclinatione; ita vt omnia agat propter ipſam felicitatem, vt oſtenſum eſt in octaua ratione ideo haberet homo naturalem inclinationem ad Deum, & non haberet, quæ pugnant ſecum; quare cum cultus Deo debeatur iure naturæ ſuper omnia, & ſimiliter ratione mediorum, & temporalium ſacerdotio debetur imperium per diuinum cultum in republica ſuper omnia.

AVCTORITATE SOCRATIS, PLATONIS, Ariſtotelis, & Pythagoræ Deo iure naturæ cultus ſuper omnia, & per illum Monarchia ſacerdotio deberi oſtenditur. Cap. XV.

OBITVS Socratis pro vnius Dei cultu videtur rem noſtram poſſe confirmare. Senſiſſe Socratum vnum eſſe Deum refert Plutarchus de placitis Philoſophorum, & clarum ex apologia Platonis non coluiſſe Deos, quos Athenienſes colebant. Obijſſe vero pro vnius Dei cultu, liquet ex eadem Apologia: *O Socrates*, aiunt iudices. *Anyto* (erat hic vnus ex accuſatoribus Socratis) *non credimus teque ſententijs noſtris abſoluimus, hac tamen conditione vt numquam poſt hac in hæc inquiſitione, & Philoſophia verſeris, & ſi id facere deprehēdare, mortem obeas. Soc. O viri Atheniēſes diligo vos equidem, atque amo; Deo tamen parere malo,*

quam vobis, & quamdiu ſpirabo, vireſque ſuppetent, philoſophari non deſinam exhortans, & docens quemcumque nactus fuero. Et poſt pauca: *Nihil enim aliud agens circumeo, quam ſuadens iunioribus, ſenioribuſq; veſtrum; neque corporum, neque pecuniarum, neque aliarum omnino rerum curam prius, vehementiuſque quam animi habendam eſſe, vt quam optimus ſit, docens non ex pecunijs virtutem, ſed ex virtute pecunias aliaque bona omnia priuatim, & publice hominibus prouenire. ſi igitur hæc docens peruerto iuuenes, eſſent recte pernicioſa: at ſi quis dicat me alia, quam hæc docere, nihil dicit. Horũ gratia, o viri Athenienſes profiteor quidem, ſiue credatis Anyto, ſiue non credatis, ſiue dimiſeritis me, ſiue non dimiſeritis, profiteor me nihil eſſe facturum, nec ſi mihi ſit pluries moriendum.* Et cum vrgeret Crito, vt Socrates aufugeret proponens iniurias illatas: *Nullo*, ait, *modo iniuriandum eſt Crito, nullo modo; Socrates, neque ſi iniuriam paſſus fueris, vlciſcendum, vt vulgus putat, ſi quidem nullo modo iniuriandum.* Et infra colendam patriam dicit præ omnibus parentibus: *Et ſiue*, ait, *mandauerit verberari te, ſiue in vincula conijci; ſiue in prælium miſerit ad vulnera excipienda, mortemque ſubeundam, obediendum eſt omnino: ius enim ita dictat;* Quibus apparet Socratem velle bonum etiã publicum priuato eſſe anteponendum; & propterea patriam ipſis parentibus proprijs. Deinde conſtat longe magis de Deo id voluiſſe. quare apud Xenophontem cum docuiſſet diuinam prouidentiam ſe ad minima quæque extendere, quod docuit etiam Plato, & præſtantiſſimi quique Philoſophi: *Ariſtodemus*, ait ibi, *arbitror Deum maiorem eſſe, quam vt indigeat meo cultu, immo Socrates ait, quanto tibi maior eſſe videtur, tanto magis colendus eſt, & adorandus.* Hæc cum dicat Socrates, inſinuat naturali

ratione

ratione anteponendum præ ſua excellentia rebus omnibus Deum. quare lib. 4. *Non negligere inuiſibilia oportet, ſed in illis, quæ fiunt potentia eorum cognita honorare Deos, ad hæc Euthydemus; quod equidem, ô Socrates, ait, ne minimum quidem neglecturus ſum Deos, hoc certe ſcio, ſed doceo, quod mihi videtur nullum hominum vnquam beneficijs Deorum condignas retribuere gratias poſſe, non propterea dolendum, ait, o Euthydeme*. Et poſt nonnulla: *Oportet itaque non prætermiſſo quoquam poſſibili (quicumque enim hoc facit, is negligit Deos) hoc modo Deos honorare*. En vt velit Socrates ex potentia Dei cognita conandum quoad omnes vires, vt Deus honoretur: ideò anteponatur omnibus. quod ſi ſentit ius dictare parendum patriæ etiam ſi in vincula coniecerit, an non magis hoc dicendum de Chriſti Vicario ſi male aliquando ſe geſſerit: *Vi*, ait Socrates *vti nefas eſt, vel contra patrem, uel contra matrem, maxime vero omnium contra patriam*. Pergamus ad Platonem, de quo hæc Plutarchus: *Primo itaque conſiderate, quod ex Platonis ſententia omnium bonorum ſe ſe Deus in medium conſtituit exemplar, vt humana virtus cum illi admodum conformis eſſet, haberet, quem imitaretur, totiſque ſequeretur viribus; etenim rerum omnium natura confuſa cum eſſet, hoc ſortita eſt principium, vt ſimilitudine, & cognitione quadam diuinæ virtutis, & ideæ transformaretur, fieretque mundus, aſpectu cuius vir ille, naturam quoque noſtram attolli aſſerit, & rerum, quæ ſub cælo feruntur, admirandarum contemplatione anima decorata, & ordinata eligere, & amare, diſcrepantia vero declinare conſueſcat*. Vult Plato, & Plutarchus, debere Deum homini propoſitum eſſe, vt ad eum dirigat ſuas actiones omnes, & imitetur, totiſque ſequatur viribus, ideò præ omnibus amandum. & in Theeteto: *Conandum*,

inquit, *ut hinc illuc* (nempe ex hac vita ad Deum) *quam celerrime fugiamus. fuga autem eſt, ut Deo ſimiles pro viribus efficiamur. Deo ſimiles efficit cum prudentia iuſtitia ſimul, & ſanctitas: cæterum, o uir optime, haud facile id perſuaderi poteſt, quod non illius gratia, cuius uulgus exiſtimat, ſequenda virtus, & uitium fugiendum; hoc eſt, ne malus uidearis, utque bonus appareas: hæc namque anicularum mihi eſſe nugæ uidentur.* Et cætera docens, Deum propter ſe, & præ omnibus colendum. Hinc dialogo 2, in Alcibiade, quærens, cur Deus largitus eſſet potius Lacedemonibus victoriam, quam Athenienſibus, cum Athenienſes plura donaria Deo obtuliſſent, dicit, Deum velut incorruptum attendere ad animũ an iuſtus, & ſanctus ſit, non ad donaria. Clarius in dialogo de amore, cũ de Deo ſymbolis quibuſdam verba feciſſet; & maxime pulchrum eſſe docuiſſet; *Cætera uero*, ait, *quæ pulchra ſunt, illius participatione pulchra; ea ſcilicet conditione, ut naſcentibus, & intereuntibus alijs nihil ſubtrahatur illi, aut addatur, neque paſſionem ullam incurrat. quando uero ab his aliquis legitime amando aſcendens illud ipſum pulchrum ſuſpicere incipit ferme iam finem attingit. hoc eſt, profecto ad amatoria recte pergere, uel ab alio duci, quando uidelicet quis ab his pulchris gratia pulchri illius aſcendere incipit quaſi quibuſdam gradibus utens, atque ab uno primum in duo tranſiens, & a duobus in omnia, quæ pulchra sũt corpora; ab his in omnia offitia pulchra; a pulchris offitijs ad doctrinas pulchras cõuerſus; a doctrinis denique multis in illam doctrinam perueniens, quæ non alterius eſt, quam illius ipſius pulchri doctrina: atque ita demum quid ipſum ſit pulchrum contempletur. In hoc utique uitæ ſtatu, o Socrates, ſi unquam alibi homini, uidelicet ipſum pulchrum ſpectanti uiuendum.* Videmus, vt omnia referenda ad Dei contemplationem, velit

Plato, vt ſolo Deo fruamur: eam porro appellat: *Pulchri doctrinam, quæ*, inquit, *non alterius eſt, atque ita demum, quid ipſum pulchrum ſit contempletur*. Sed nota gradus, quibus pergit ad hanc contemplationem: *In omnia*, dicit, *quæ pulchra ſunt corpora*, ecce externa, & corporalia *ab his in omnia offitia publica*, ecce morales virtutes, & commune bonum morale in ſocietate humana, quod prefertur priuato: *a pulchris offitijs ad doctrinas pulchras*, per quas doctrinas ſpeculatiuas intelligit: *A doctrinis denique pulchris in illam doctrinam peruenιens, quæ non alterius, quam ipſius pulchri doctrina*, en Dei ſpeculatio, *& fermè iam*, inquit, *finem attingit*, ideo videlicet quia perfectam felicitatem vult eſſe in altera vita, hæc eadem in dialogo de pulchro ſic docet: *Sapientia non cernitur, ardẽtes enim excitaret amores, ſi quod tale ipſius ſimulacrum oculis proueniret: eadem eſt cæteris, quæ ſunt amabilia ratio: at uero pulchritudo ſola hanc habet ſortem, ut maxime omnium perſpicua ſit, & amabilis. qui ergo myſterijs non eſt nuper initiatus, aut potius deprauatus, haud celeriter hinc ad ipſam pulchritudinem excitatur, ſimilitudinem hic quãdam, quæ ab illa denominatur aſpiciens*. Hæc ille. Porro per ea verba, *Myſterijs initiatus*, putarim Platonẽ voluiſſe intelligere hominem, qui rebus hiſce caducis contemptis, Deo ſe dicarit, & ſacerdos fuerit effectus. nam Iamblicus (vt paulo poſt dicam) ita explicat: Plato autem ex Aegyptiis ſuam hauſit doctrinã, apud quos peregrinatus eſt. deinde, quia cum ſacerdotes Aegyptij eſsẽt ab externis ſtudiis ſegregati; ideo optime potuiſſe contẽplari, vt docet Ariſtoteles; unde expreſſe debitũ eſſe ſacerdotio Regnum, ob præclarã rerum diuinarum cognitionem alibi docet. Idem ſentit Ariſtoteles, qui (vt referebamus) primam partem Reipub. diuinum cultum eſſe dicebat, & præ omnibus

nibus amari ſapientiam ſtatuit, quæ in Dei ſit contemplatione, vbi collocat ipſe felicitatem, eamque aſfirmat 1. Ethicorum cap. 7. & lib. 10. cap. 6. in re eſſe, quæ per ſe ſolum appetitur, numquam propter aliud. ſic etiam Pythagoras, (qui, teſte Epicteto, vt diximus cap. 8.) omnia, quæ in agendo, vel non agendo verſantur, referenda docebat in Deum, vt ipſum ſequamur. quod etiam in eodem libro idem Auctor ſic refert: *Cognitio Deorum uirtus eſt, & ſapientia, perfectaque beatitudo, efficitque nos Deo ſimiles*, & ibidem: *Quoniam maxime ueritatem ſapientiamque concupiſcimus, ad huiuſmodi hortatur Pythagoras ſcientiam, & uitam contemplantem unitatem, qui eſt finis totius contemplationis*. Ex ſententia itaque Pythagoræ recto ordine Deus præferendus omnibus, vt ad ipſum omnis noſtra actio dirigatur. non ergo niſi naturali peruerſo ordine nos Deo præferimus: & pari ratione niſi ſupremum per talem cultum tribuamus iure naturæ imperium ſacerdotio in rebus omnibus.

PLVRIVM PHILOSOPHORVM aſſertione idem in omnibus imperium ſacerdotio conuenire roboratur. Cap. XVI.

QVATVOR retulimus Philoſophorum facile principes, Socratem, Platonem, Ariſtotelem, & Pythagoram, ex quibus oſtendimus, deberi Deo cultum ſuper omnia: afferamus alios. Et primo quaſi parentem doctrinæ Aegyptiorum Mercurium Triſmegiſtum: *Quicumque gratiam Dei aſſequuti ſunt, hi, o Tat. ſecundum operum comparationem*

parationem immortales pro mortalibus exiſtunt, omnia mente ſua, quæ vel in terra, vel in cælo, & ſi quid eſt ſupra cælum comprehendentes, ad Deos ipſos ſe ſubleuantes viderunt bonum, & viſo calamitatem exiſtimarunt hanc in terris vitę actionem, omnibuſque corporeis, & incorporeis contemptis ad unitatem dumtaxat feſtinant. Et alloquens ipſum Tat. *Niſi prius corpus tuum odio habueris, o fili, te ipſum amare non potes*. Vide quam aperte velit Dei cognitionem, & vnitatem anteponendam omnibus, vt propterea velit odio habendum corpus. ſed quorum opera ad hanc vnitatem ipſum Deum perueniamus, audi Iamblicum, qui de myſterijs Aegyptiorum: *Conſiderare*, ait, *oportet, qua præcipue ratione ab huiuſmodi vinculis ſolui animus poſſit. Eſt autem ſolutio nulla præter ipſam deorum cognitionem: idea namque felicitatis eſt ipſum cognoſcere bonum*. Et cum plura ex hac diuina cognitione bona procedere, immo omnia docuiſſet in calce opuſculi: *Atque hic apud Aegyptios religioſæ, ſacræque eleuationis eſt finis, ipſum vero bonum aliud quidem diuinum putant, ipſum ſcilicet præintellectum Deum, aliud autem humanum, vnionem videlicet ad ipſum diuinum, quemadmodum Byſis propheta ex libris Mercurialibus explicauit: non igitur pars hæc apud Aegyptios prætermiſſa eſt, vt tu ſuſpicaris, ſed quemadmodum ſpectat ad ſanctimoniam, rite nobis eſt tradita: neque rurſus de rebus exiguis Sacerdotes diuinam intelligentiam interpellant, ſed de his, quæ ad purgationem, ſolutionem, ſalutem animæ pertinent; neque difficilia meditantur, eademque hominibus inutilia, immo res animæ omnium vtiliſſimas; neque ſub dolo, aut ſeductione quodam dæmone obfuſcati ſacerdotes hallucinantur, qui in omnibus fallacem, demoniacamq; naturam prorſus excedunt, atque ad intelligibilem, diuinamque conſcendunt*. Sic Iamblicus. Architas Tarentinus,

tinus, cum bona, quæ forent, enumeraſſet: *In bonis, quæ propter ſe, nec propter aliud ſolent expeti, recenſetur plane beatitudo; illius enim gratia reliqua expetimus, eam vero ipſam nullius alterius gratia.* & paulo poſt: *Quæ vero ſunt, quæ propter ſe, & ob aliud eliguntur nempe virtutes, & habitus earum, & electiones, & actiones earum, & quidquid cohæret cum honeſti ratione bonum. igitur quod propter ſe, nec propter aliud eligendum ſit, ſolum, & vnicum eſt*; & declarat deinceps eſſe Deum, cui mens adhæreat: *Prudentia vero* ait, *& fortitudo, & temperantia, & iuſtitia intellectui animæ: intellectus autem Deo ipſi; ille enim eſt ſupremus, & gubernator: ideoque, & reliqua bona adeſſe ſolent. exercitum enim ducit imperator; nauigia vero gubernator; mundum autem Deus, animam vero mens ipſa; felicitatem vero præſentis uitæ temperat, regitq; prudentia.* En vt velit Architas felicitatem eſſe in Dei contemplatione, ad quam ſequantur cætera bona: cum vero iſtius boni unici gratia velit omnia expeti ipſum nulſius alterius gratia, an non ſuper omnia Deum diligendum eſſe aperte declarat? Sed recenſeamus aliquot Latinos. Cicero 2. de Offitijs: *Omni igitur ratione colenda, & retinenda iuſtitia eſt, tum ipſa propter ſeſe (nam aliter iuſtitia non eſſet) tum propter amplitudinem honoris, & gloriæ.* & lib. 3. *Ad honeſtatem nati ſumus, eaque aut ſola expetenda eſt, (ut Zenoni eſt viſum,) aut certe omni pondere grauior eſt habenda, quam reliqua omnia, quod Ariſt. placuit.* Et paulo poſt. *Nobis perſuaſum eſſe debet, ſi omnes Deos, hominesque celare poſſemus, nihil tamen auare, nihil iniuſte, nihil libidinoſe, nihil incontinenter faciendum.* Quod deinde declarat fabula Ghygis ex Platone, qui anulo quodam, quo ſe occultabat, inuaſit regnum Lydiæ: *Hunc ipſum anulum,* ait Cicero, *ſi haberet ſapiens, tam ſibi*

ilcere

licere putaret peccare, quam ſi non haberet. & 2. Tuſcul. *Sumus natura ſtudioſiſſimi, appetentiſſimique honeſtatis, cuius, ſi quaſi lumen aliquod aſpexerimus, nihil eſt, quod vt eo potiamur, non parati ſimus & ferre, & perpeti.* Hæc de virtutibus generatim Cicero. qui multo magis id diceret, & præ omnibus de Diuino cultu: nam (vt ſupra referebamus) *Dijs immortalibus nos,* ait, *primum natura conciliat.* Seneca de beneficijs lib. 4. cap. 9. *Honeſtum propter nullam aliam cauſam, quam propter ipſum ſequimur.* Et Naturalium quæſt. lib. 1. *O quam contempta res eſt homo, niſi ſupra humana ſe erexerit, quandiu cum affectibus colluctatur, quid magnifici facimus? etiam ſi ſuperiores ſimus, portenta vincimus, quid eſt, cur ſuſpiciamus noſmetipſos?* Et paucis dictis. *Virtus enim iſta, quam affectamus, magnifica eſt, non quia per ſe beatum eſt malo caruiſſe, ſed quia animum laxat, ac præparat ad cognitionem cæleſtium, dignumque efficit, qui in conſortium Dei veniat, tunc conſummatum habet, plenumque bonum ſortis humanæ, cum calcato omni malo petit altum, & in interiorem naturæ ſinum venit.* Et lib. de paupertate. *Aude opes contemnere, & te quoque dignum finge Deo; nemo alius dignus Deo eſt, niſi qui opes contemnit.* Eadem totidem verbis lib. 2. cap. 8. Ex hiſce apparet, Senecam contemptis rebus terrenis, in Dei cognitione, & vnione finem hominis collocaſſe; conſtat vero ex eiuſdem ſententia finem in ea re eſſe, ad quam omnia noſtra dirigimus. ita lib. 4. de benefic. cap. 9. vnde liquet propter Deum omnia fieri debere; & propterea rebus anteponi debeat omnibus. immo, ni fallor, hic eſt communis philoſophorum omnium conſenſus, quod ex duobus ab ipſis admiſsis, explicatur; primum felicitatem in bonis animi eſſe; licet enim alij in actione, & virtutibus mo-

ralibus, alij in virtutibus intellectualibus collocarint; omnes tamen in bonis animi collocarunt, veluti cap. 7. adnotauimus, quamuis reuera Plato, Ariſtoteles, Pythagoras, Architas, Mercurius, Iamblicus, Cicero, Seneca in contemplatione collocarint. Alij vero, etſi in virtute poſuerunt tamquam in vltimo termino, in Deo non negaſſent debere poni: tenenda enim memo-
1. Ethi. c. 7. ria illa regula ethica, de qua Ariſtoteles, & alij ex pluribus virtutibus felicitatem eſſe in optima, & præſtantiſſima circa optimum, & præſtantiſſimum obiectum. Recte enim alias idem docet, potentiam vnamquam-
1. cali. t. 116. que a ſummo determinari; quare licet Ariſtoteles dicat, felicitatem generatim eſſe in bonis animis: idem tamen ſingillatim in qua virtute ſit explicãs, in ſapientia, & Dei contemplatione eſſe affirmat. Secundum ſuppoſitum, felicitatẽ in ea re eſſe, quæ per ſe ſolum appetitur, numquam propter aliud, ita vt omnia fiant propter illam naturali inclinatione. Ex his ſequitur, Deum ſuper omnia amandum inclinatione naturali tamquam finem virtutum, & rationis in genere morum per religionem ſupremam virtutum moralium, per ſapientiam ſupremam virtutum intellectualium. Hinc non ſolum Socrates, ſed & plures alij, ne abijcerent virtutem, obiere, vel cuncta contempſere; in republ. Romana inſigne inter cetera exemplum eſt Reguli, qui cum iuraſſet ſe rediturum Carthaginẽ, & *Retineretur*
Cic. 1. offic. *Romæ*, ait Cicero, *a propinquis, & amicis, ad ſupplicium redire maluit, quam fidem hoſti frangere*. Multa exempla refert Seneca libro tertio epiſtola 24. pluribus probat idem Cicero 3. officiorum nullam fore vtilitatem, niſi ſit illa cum honeſtate, & virtute coniuncta. quare Athenienſes lapidibus quendam obruerunt, qui conſilium dabat, vt ſe darent Xerſi, propte-

rea

rea quod minus vtile erat repugnante honeſtate. & pari modo conſilium Themiſtoclis, qui poſſe incendi claſſem Lacedæmoniorum affirmabat, *Quod cum honeſtum non eſſet*, ait idem Cicero, *id ne vtile quidem putarunt*. Dandum itaque ex diuino cultu ſacerdotio in repub. iure naturæ imperium ſuper omnia.

DEMONSTRATVR THEOLOGORVM Patrum, & diuinarum Litterarum teſtimonijs idem cultus, & per illum Monarchia ſacerdotio eſſe debita. *Cap. XVII.*

QVOD Philoſophi lumine naturali ducti aſſeruere, & pari modo Theologi, & Patres. ſic D. Thomas. 1.2.q.99.ar.3. *Diligere Deum ſuper omnia, & quiddam naturali homini, & etiam cuilibet creaturæ non ſolum rationali, ſed etiam irrationali, & etiam inanimatæ ſecundum modum amoris, qui vnicuique creaturæ competere poteſt*. Quod S. Doctor oſtendit, docetque, quod non amet homo in ſtatu naturæ vitiatæ, prouenire ex corruptela naturæ: & ideo indigere gratia, qua ſanetur, iure tamen debitum eſſe talem amorem, & in ſtatu naturæ integræ potuiſſe diligi. ſimilia docet quodlib. 1. art. 8. & 2. 2. q. 26. art. 3. prima parte quæſt. 60. art. 5. quibus in locis oſtendit, creaturas magis diligere Deum, quam ſe ipſas. Idem expreſſe ait S. Bonauentura in 2. ſentent. diſt. 3. art. 3. quæſt. 1. ad hanc ſententiam tamquam magis probabilem accedit Albertus ibidem art. 18. idem docent Ricardus, *Ricard.* Egidius, Petrus de Tarran. Thomas Argent. Scotus, *Egid.* *Petrus.* Paludanus, Capreolus, Henricus, & cæteri Theolo- *Tho. ar. d. 3.*

Digitized by Google

Sco. diſt. 27. q. vnic. Palud. 3. d. 20. q. 2. Capreo. diſt. 23. Hen. quodl. 4. Antiſiod. in ſua ſum. li. 2. tract. 1. c. 4. Alenſ. par. 3. q. 27. mēb. 4. ar. 2, §. 3. et 2. p. q. 50. mem. 2. ar. 1. §. 2. & q. 31. mem. 3.

gi, licet Antiſiodorenſis, & Alenſis aliter ſenſiſſe videantur. Et ſimili modo Patres docuere cum Theologis, Hieronymus in Epiſt. ad Romanos in ea verba: *Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt hominibus*. ait, per creaturas, & rationem cognoſci Deum, *qui ſuper omnia ſit, id eſt, cui neque preponi aliquid, neque poſſit æquari*. Similiter colligitur ex Ambroſio, Primaſio, Beda, Anſelmo, Remigio, Brunone; & ex Chryſoſtomo, Theodulo, Theodoreto, Theophylacto, Oecumenio: immo (vt rem probemus ex diuinis litteris) ex D. Paulo. nam cognoſci aſſerit ſempiternam Dei virtutem per ea, quæ facta ſunt; deinde eſſe homines inexcuſabiles, *qui cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt*. vult enim iuxta cognitionem amorem impendendum: at dixerat naturaliter cognoſci diuinitatem per creaturas; diuinitatis vero nomine omnes concipiunt aliquid tam magnum, cui nihil poſſit æquari, nedum præponi, Exodi 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua*. quod præceptũ refertur a Chriſto apud Matth. cap. 22. & ſimile eſſe dicitur alteri de dilectione proximi. conſtat autem præcepta Decalogi, quibus dilectio proximi præcipitur: Non occides: Non furtum facies, &c. eſſe de iure naturæ; immo in vniuerſum præcepta Decalogi eſſe de iure naturæ docent communi conſenſu Theologi, ita D. Thomas 2. 2. q. 122. art. 1. & 3. ſent. diſt. 37. & ibidem Bonauentura, Ricardus, Scotus, & cæteri. & id etiam videtur velle Origenes in prologo in Cantica, vbi dicit, inſitum eſſe in nobis amorem a conditore: deinde declarat eſſe oportere huic amorem primum in Deo, & citat auctoritatem Chriſti apud Matthæum. & colligitur etiam, Deum tamquam finem omnium amandum ex Theodoreto quæſt. 3. in Exodum. ex Rabano, & Chryſoſtomo.

Raban. in commen. in Exod., Chryſoſt. in Pſal. 5.

quod

Quod ſi aliqui Patres intelligunt illam Exodi auctoritatem de amore ſupernaturali, non tollitur, quin etiam intelligatur de naturali debito Deo ſuper omnia. dicendum igitur ex rationibus, ex Philoſophis, Theologis, Patribus, & diuinis Litteris, Deum amandũ dilectione naturali ſuper omnia: & cum a cultu diuino menſuranda ſit vis ſacerdotalis poteſtatis, ideo per talem cultum tribuendum ſacerdoti imperium ſuper omnia.

PLVRIBVS ALIIS EADEM *Monarchia probatur. Cap. XVIII.*

DVODECIMA ratio. Quod dependet ab aliquo per modum cauſæ efficiẽtis formalis, & finalis, hoc eſt, illi omni ex parte ſubiectum: ſed poteſtas temporalis ita dependet a ſpirituali: ergo omnino eſt ſubiecta. Maior clara eſt: nam quatuor ſunt cauſarum genera (teſte Ariſtotele, Simplicio, Themiſtio, Auerroe, & ceteris) efficiens, formalis, finalis, materialis, ad quas cæteræ reducuntur; quare maior dependentia eſſe non poteſt: nam quod ab altero depẽdet, debet eſſe aliquo modo diſtinctum, itaque alterum ab eo cui ſubiicitur debet eſſe, at hoc eſt materialis cauſa. Probatur altera propoſitio: nam nos per operationem naturas rerum inueſtigamus 1. Phyſicorum t. 2. 1. de anima tex. 11. nulla autem eſt operatio, quæ non ſumere debeat normam ab aliqua re ſpirituali, cum temporalia tota ſint propter ſpiritualia ad ea tamquam vltimum terminum ordinata; quare ſecundum eſſe dependent tota a rebus ſpiritualibus, a quibus accipientia regulam, finem, & formam ſuam accipiunt: cum vero ſpiritualis poteſtas circa ſpiritualia

lia

Digitized by Google

lia, veluti proprium obiectum verſetur, idcirco illius erit per ſpiritualia temporalem poteſtatem mouere, dirigere, & inducere ad illa, quare per modum cauſæ efficientis ſe habebit. tum quia idem eſt principium, quo conſtituitur res in ſuo eſſe, & operatur. ergo ſi eſt præſcribere formā ſpiritualis poteſtatis, & propterea conſtituitur in ſuo eſſe morali per illam poteſtas tēporalis per illam etiam operabitur. Secundo probatur eadem minor propoſitio ex Theologis. Sanctus Thomas:

Opuſc. 20. lib. 3. c. 10.

Cum ſummus Pontifex ſit caput in corpore myſtico omnium fidelium Chriſti, & a capite ſit omnis motus, & ſenſus in corpore, ſic erit in propoſito; propter quod oportet dicere in Summo *Pōtifice eſſe plenitudinem omnium gratiarum, quia ipſe ſolus confert plenam indulgentiam omnium peccatorum, vt competat ſibi, quod de ſummo principe Domino dicimus, quia de plenitudine eius omnes nos accepimus. quod ſi dicatur ad ſolam referri ſpiritualem poteſtatem, hoc eſſe non poteſt* (audi hoc) *quia corruptibile, & temporale ex ſpirituali, & perpetuo dependet, ſicuti corporis operatio ex virtute animæ: ſicut enim corpus per animam habet eſſe virtutem, & operationem, (vt ex verbis Philoſophi, & Auguſtini de immortalitate animæ patet) ita temporalis iuriſdictio Principum per ſpiritualem Petri, & ſucceſſorum eius*. Sic Sanctus Thomas. Idem voluiſſe videtur Hugo Abbas ſancti Victoris, qui cum dixiſſet, temporalem poteſtatem verſari circa corpus, ſpiritualem circa animam, deinde ait de ſpirituali poteſtate: *Inſtituere habet terrenā poteſtatem, vt ſit,* en efficiens cauſa, *& diiudicare, an bona, vel mala ſit*; quaſi ſpiritualis ſit finem; & formam præſcribere, & per eam tamquam a priori cauſa diiudicare. idem docent adductis Hugonis verbis, Alenſis, Egidius Romanus Romanus; Bonauentura vero cum dicat ſpiritualm poteſtatem verſari circa animam, temporalem

Hugo de ſacram. fidei lib. 2. par. 2. c. 3.

Alenſ. in expoſ. Can. Miſſæ uerbo Papa. Egid. de poteſtate Eccleſ. par. 1. cap. 3.

Bonauen, 3. parte Eccl. Hier. initio

circa

circa corpus,idem voluiſſe videtur.Sed ad hæc reſpondet Caietanus concedens dependere poteſtatem temporalem a ſpirituali,veluti ab anima corpus,in triplici genere cauſæ, ſed non omnino eſſe ſubiectam temporalem poteſtatem ſpirituali, ſed tantum in ordine ad ſpiritualia, & finem ſpiritualem,quod oſtendere conatur ex D.Thoma 2.2. q. 60. art.6. ad 2.Sed pace tanti viri obiicio Caietano eumdem D. Thom. qui 4. ſent. *Temporalia non ſunt quærenda niſi propter ſpiritualia*, non ergo alium habent finem; obiicio, quæ dicta ſunt ſupra cap.4. & c. 5. vbi oſtenſum eſt, temporalia omni ex parte eſſe ordinata ad ſpiritualia;obiicio, quæ dicta ſunt in ratione 2.9.10.& 11. ita vt omnia tendant in Deum,& propter ipſum agant,& magis ipſum diligant quam ſe ſuper omnia,quæ initio cap. 2. adnotata ſunt, & modo allata verba D.Tho.quæ ſatis refellunt Caiet. Dicit enim D. Tho. dependere Principum ſecularium poteſtatẽ à Petri, & ſucceſſorũ eius iuriſdictione, ſicut corpus ab anima,a qua dependet ſecundum eſſe & eius virtutem, & operationẽ: ergo ſicuti omnis operatio eſt à forma,& ab ea dependet,veluti de induſtria idẽ Sanctus probat lib.3. eiud. opuſc. cap. 19. ita certè omnis actio Principis ſecularis; quomodo ergo nõ eſt omnino ſubiecta,veluti initio huius rationis dicebatur? alludit enim S.Thomas ad Ariſt. qui 1.de Ani. t.36.ait in triplici genere cauſæ depẽdere ab anima corpus. & 2.lib. t.21. eſſe principium, *quo viuimus mouemur, ſentimus, & intelligimus,& formam*.quarè ſicuti eſt principium anima rationalis, quæ vna eſt in homine, vt habetur in 8.Synodo ſub Baſilio Imperat.eademque forma,vt definitur in Concilio Viennen. & Lateran. ſub Leone X. iam nihil erit operationis in corpore humano, veluti tali, quæ non ſit ab anima rationali.

2.2.q.60.artic.6.

4.d.24 q.1. art.3. ad q. 3. ad 2.

Octa.Syn.c.12.

Later.ſeſ8.

Neque obſtat,quod adducit Caiet.ex S.Thom. nam ibi

Digitized by Google

probat, & nos alibi. Quid ergo faciunt, qui dicunt nõ eſſe omni ex parte temporalem poteſtatẽ ſpirituali ſubiectam? inuertunt naturalem ordinem, auferunt vtilitatem, & felicitatem temporali poteſtati, quæ dum ſubeſt ſpirituali, & Pontificiæ, ſubeſt præſtantiſſimo imperio; cum Pontificiæ poteſtatis ſit inducere, ex diuinitus accepta poteſtate, ad omne bonum, felicitatem æternam. Eadem cum Ariſt. ſenſiſſe apparet Platonem, qui omnia referenda in Republica ad prudentiam aſſerit reſpiciens nimirũ ad felicitatem actiuam, & ad mẽtem, & Deum per contemplationem; ita vt omnia regantur a ſapientia. Idem docuit Architas, & alij Philoſophi citati ſupra cap. 15. & 16.

Plato citatus ſupra cap. 15.

Quarto probatur ex Patribus. Iuo Epiſc. Carnut. ſcribens ad Regẽ Anglorũ: *Regnum, ait terrenum cæleſti regno, quod Eccleſiæ commiſſum eſt, ſubditũ eſſe debere ſemper cogitetis: ſicut inquit enim ſenſus animalis ſubditus debet eſſe rationi, ita poteſtas terrena ſubdita eſſe debet Eccleſiaſtico regimini; & quantũ valet corpus, niſi regatur ab anima, tantũ valet terrena poteſtas, niſi informetur, & regatur Eccleſiaſtica diſciplina: & ſicut pacatum eſt regnum corporis, cum iam non reſiſtit caro ſpiritui, ſic in pace poſſidetur regnum Mundi, cum iam reſiſtere non molitur regno Dei.*

Iuo Epiſ. 72 ad Reg. Anglorum.

Et ſimili etiam ratione idem docent illi Patres, ſiue Græci, ſiue Latini, qui dicunt poteſtatem ſpiritualẽ verſari circa animam, temporalem circa corpus, diſtinguẽtes vtriuſq; poteſtatis officia; nam clarũ eſt animæ corpus (vti dictum eſt) omni ex parte eſſe ſubiectum; continetur enim ab anima, teſte Philoſopho, qua egreſſa, cadauer eſt, & non niſi æquiuoce corpus. Ita Clemens Romanus, Chryſoſtomus, Nazianzenus, Caſſiodorus, Iſidorus Peluſiota, & alij, quorum verba attulimus lib. 9. & lib. 10. & hæc ratio concludit iure naturæ eſſe ſubiectam poteſtatem temporalem ſpirituali, cum iure naturæ corpus ſubſit animæ.

Ariſt. 1. de anima. 60. & 90.

DECIMA TERTIA RATIO. Eius eſt poteſtatis impe rare in omnibus in Repub: cuius eſt omnibus actionibus hominis imperare; ſed talis eſt poteſtas ſpiritualis; ergo ipſi debitũ eſt imperiũ in omnibus. Ma. propoſitio aperta eſt: nã ex hominibus ciuitas conſtituitur, nõ ædificijs, aut lapidibus. Minor probata eſt in ratione decima, vbi oſtẽſum eſt hominẽ omnia agere propter vltimũ finem, ſeu implicite, ſeu explicite: potentia vero eò vſq; ſe extendit, quo proprius ipſius finis ſe extendit; probatur etiam ex alijs rationibus ſequentibus, & præterea ex ſecunda, quarta, quinta, ſexta, octaua, & alijs.

DECIMA QVARTA RATIO. Illæ potentiæ ſunt omni ex parte ſubiectæ, quarum actus, & obiecta ſunt ſubiecta: ſed actus, & obiectum potentiæ; temporalis eſt ſubiectum ſpirituali potentiæ; igitur potentia temporalis omni exparte ſubiecta eſt ſpirituali.

Altera ex his propoſitionibus habetur ex lib. 2. de anima tex. 33. vbi Philoſophus aſſerit, per actus, & obiecta potentias diſtingui, quod patet: nã ita diſtinguũtur potentiæ animæ vegetantis inuicem, augmentatiua, nutritiua, generatiua, & hæ à ſentientis animæ potentijs, & hæ inter ſeſe inuicem, vt in ſenſibus externis, internisq; apparet. nã quia obiectum v. g. auditus, quod eſt ſonorum, diſtinctũ eſt ab obiecto viſus, quod eſt coloratum, ideo hæ potentiæ diſtinguuntur. ſic in animæ intellectiuæ potentijs, & alijs eſt cernere. Iã vero eſſe actum & obiectum potentiæ temporalis ſubiectũ omni ex parte ſpirituali apparet ex ratione 11. & 12. vbi communi conſenſu Philoſophorum demonſtratum eſt temporalia omni ex parte ordinata eſſe ad felicitatem, quæ omniũ etiam Ethnicorum philoſophorũ communi aſſertione eſt, in virtutibus, & animi bonis.

DECIMA QVINTA RATIO. Iuxta ordinem finiũ eſt ordo agentiũ; agẽs enim, vt dicebatur ſupra, determina-

tur

tur à fine,cuius gratia agit:ſed omnes fines aliorũ agentiũ depẽdẽt a fine agentis diuini,ſeu ſacrę poteſtatis;ergo omnia agentia,& aliæ poteſtates dependebunt à poteſtate ſpirituali.Probatur Min. propoſitio,nam Maior nota eſt:quia Solius poteſtatis ſpiritualis eſt proximè inducere ex offitio,& ſuo regimine ad diuinũ,& ſummum bonũ;alia vero agentia verſantur circa particularẽ aliquem finẽ,& limitatũ,qualis eſt finis poteſtatis tẽporalis, cuius eſt ex officio ſuo tẽporalẽ tranquillitatẽ in ſocietate ciuili procurare: omnes autẽ fines particulares dependent ab vniuerſali;tũ quia 2.Phy.t.23.t.31.& 2. Metaph.t.8.& 5.Metaph.t.3.Moral.Eud.lib.1.c.vlt.& & lib.2.c.vlt. idẽ finis,& bonum:quare ſicuti participatione diuini boni,omnia bona ſunt,ita & agentia participatione finis agẽtis ſacri,& ſpiritualis.Quod vero eſt per participationem,dependet à fine, & bono, quod eſt per ſe tale,non per participationem quale eſt bonum diuinum æterna felicitas;ergo cũ ſpiritualis poteſtatis ſit inducere ad ſummum bonum ,eius erit imperare omnibus alijs poteſtatibus, quæ verſantur circa bonum aliquod particulare. Hæc ex parte finis, a quo limitatur agens, & determinatur; nunc ex parte potentiæ ad ipſum finem idem oſtenditur.

DECIMASEXTA RATIO. In omnibus potentijs,illa quę reſpicit finẽ vniuerſalẽ,mouet ſuo imperio potẽtias particulares:ſed poteſtas ſpiritualis,vt modo oſtenſum eſt,reſpicit finem maxime omniũ ſupremum,& vniuerſalem;ergo ſuo imperio mouebit potẽtias particulares. Maior propoſitio eſt D.Thomæ pluribus in locis, 1.parte q.62.ar.4.vbi per ipſam probat voluntatem mouere omnes potẽtias, præter vires naturales,vegetatiuæ partis & 12.q.9.ar.1. per eandem oſtendit moueri volũtatem ab intellectu,quoad ſpecificationem actus,& 22.q. 40.ar.2.ad 3.probat,bella carnalia ſubeſſe imperio Clericorum;quia illa ordinantur ad bonum ſpirituale.& q.

Digitized by Google

47.ar.11.ad 3.docet,licet ſit diuerſa prudẽtia ſui ipſius, quæ monaſtica dicitur,ab ea,quę eſt familiæ;& familię; a politica,tamen politicam imperare cæteris: *non impedit*,ait,*quin talis diuerſitas faciat habitus differre ſpecie; ſed ex hoc ſequitur,quod habitus,qui ordinatur ad finem vltimũ, ſit principalior,& imperet alijs habitibus.* Et inductione patet ea propoſitio:in diſciplinis ſpeculatiuis Metaphiſica eſt domina,quia reſpicit Deum cauſam primam;& in politicis Rex, qui intendit bonum totius regni commune, mouet per ſuum imperium ſingulos præpoſitos ciuitatum,qui ſingulis quibuſq; ciuitatibus prouident: Dux generalis in exercitu præfectis alijs, & militibus. Itẽ in naturalibus, cælũ,quod eſt cauſa generabiliũ, & corruptibilium,mouet omnia inferiora corpora,quorũ vnumquodq; agit ad conſeruationem propriæ ſpeciei, vel ſingularis indiuidui:ſic voluntas cæteras potentias, vt dicebatur; & hoc ipſum in alijs eſt cernere: Poteſtas itaque ſacra reſpiciens ex officio Deum bonum maxime vniuerſale,qui continet in ſe,ſaltem eminenter,omne bonum, cum ſit communi Philoſophorum conſenſu omnium finis,mouebit omnes alias potẽtias.Hinc apparet eorum deceptio,qui ex eo,quod diſtinguuntur poteſtas ſpiritualis,& temporalis,arbitrati ſunt vnam alteri non eſſe ſubiectam. Confirmatur hæc ratio:nã auctore Ariſt.8.Phyſ.t.38.& 41.quod prius eſt,magis eſt cauſa mouendi,quam ſequens;ſeu magis influit cauſa prima, quã ſecũda:itaq;ſi Deus eſt cauſa prima,& finis vltimus oĩum,illa poteſtas, cuius eſt perducere ad iſtũ vltimũ finẽ(cũ potentia determinetur à ſuo fine)magis mouebit quã ceteræ, quarũ eſt perducere ad particulares fines.

DECIMASEPTIMA RATIO. Quæcunq; potentia poteſt in maius,poteſt & in minus,quando minus omni ex parte ſub maiore cõtinetur:ſed certũ eſt ſe extẽdere ſua vi ſacrã poteſtatẽ ad maius bonũ (felicitatem æternam), ſub qua continentur omnia particularia bona, cũ

ſit

ſit finis rerũ omnium tam in lumine naturæ, quã fidei: ergo & in minus, quod eſt tẽporale. Maior eſt Ariſt. 1. cęli t. 116. *Si igitur*, ait *aliquid poteſt mouere per ſtadia cẽtũ aut leuare pondus, ſemper ad plurimum dicimus, vt talenta leuare centum, aut per ſtadia ambulare cẽtum, quãuis & partes, quæ infra ſunt, poſſit, ſi & exceſſum; tanquam oporteat definiri potentiã ad finem exceſſus; neceſſe eſt igitur id quod ſecundum exceſſum tot poteſt, & quæ infra ſunt, poſſe, vt talenta centũ leuare, & duo*: hæc Ariſt. & ibi Simplicius, Auerroes, & cæteri Interpretes, quod certe veriſſimum eſt, quoties illud minus dependet omnino a ſuperiore. Et cum Ariſt. & Philoſophis eadem docuere Theologi, & Boetius propoſitione ſimili idẽ aſſerentes, quę eſt: quid quid poteſt potentia inferior, poteſt & ſuperior, ſaltem eminentiore modo: quæ propoſitio veriſſima eſt in rebus omni ex parte ſubordinatis. ſic aſſerũt Albertus, Bonauentura, Richardus, Scotus, Egidius; & præterea alij communi conſenſu Theologi, qui concedunt, ſtandum magis ſuperiori poteſtati, quàm inferiori, quoties inferior tota depẽdet à ſuperiori, veluti proconſulis ab Imperatore. Ita docent cum Mag. & Aug. 2. diſt. vlt. & ex hac ratione apparet etiam alia quorundam deceptio, qui putarunt, propterea quod poteſtas ſecularis dicitur temporalis, ſacra verò ſpiritualis, pertinere ſolum ad ſecularem temporalia, ad ſacrã ſpiritualia: & nõ aduertẽrũt rẽ à ſupremo gradu determinari, & appellari; & hoc adeo verum eſt, vt inſtar mendacis aliquis iudicaretur, qui cum haberet in crumena decem nummos, octo ſe habere diceret, ideo nimirũ, quia ſemper à ſummo gradu ſit appellatio. 2. Sent. diſ. vltima.

DECIMA OCTAVA RATIO. Vt ſe habet appetitus animæ ad rationẽ, & mentem, ita poteſtas tẽporalis ad ſpiritualẽ: ſed appetitus animæ debet eſſe omni ex parte tam diuino naturali, quam reuelato iure ſubiectus rationi; ergo & temporalis poteſtas ſpirituali. Maior propoſitio

poſitio videtur clara: nã obiectum tẽporalis facultatis ex officio,& facultate eſt aliquod bonũ corporis, ſicuti ſpiritualis eſt aliquod bonum animi. Mi. etiã clara eſt: nã vt docebamus ex Ariſt. habet dominiũ ciuile ratio in appetitũ, quod ibi docent eius Interpretes;& Cic. 1. Off. *Duplex eſt,* ait, *vis animorũ, atq; natura, vna pars in appetitu poſita eſt, quæ ὁρμὴ græce, quæ hominẽ huc & illuc rapit; altera in ratione, quæ docet, & explanat quid faciendum, fugiendumq; ſit: ita ſit, vt ratio præſit, appetitus vero obtemperet.* & paulo poſt, cum de temerarijs actionibus egiſſet: *relinquunt enim, & abijciunt obedientiam, nec rationi parent, cui ſunt ſubiecti lege naturæ; a quibus non modo animi perturbãtur, ſed etiam corpora: licet ora ipſa cernere iratorum,* &c. ſic ille.& Gen. 1. *ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius,* & ita docent SS. Patres hunc locum explicantes, Chryſoſtomus, Eueherius Epiſcopus, & alij.

Ariſt. 1. polit. c. 3.

Chryſoſt. Eucherius. & cæteri in comment.

ORDO RERVM OMNIVM IN REPVBL. ad finem ſacræ poteſtatis idem demonſtrat. Cap. XIX.

VNDEVIGESIMA RATIO. Ad quẽ pertinet ordo,& regula omnium humanarũ actionũ diuino naturali,ſeu reuelato iure, ipſius eſt imperare in omnibus in Republ. Sed talis eſt Pontifex; igitur Pontifex diuino naturali, ſeu reuelato iure erit ſupremus Monarcha in omnibus. Ma. propoſitio videtur clara: etenim quia ratio regulã præſcribit appetitui, quid eligendum, quid reſpuendum, ratio imperat appetitui: Dux in caſtris, quia dat regulam quomodo caſtra metanda, ſigna cõferenda cum hoſte, imperat exercitui. Rex, quia præſcribit regulã viuendi optimis latis legibus, dicitur imperare: Cælum, quia ordinat inferiora ſuo motu,& lumine, deferendo ſolem modo Auſtrum, modo verò Septen-

tionem

trionem verſus,gubernare inferiora aſſeritur.Quare D. Thomas in homine imperare nihil aliud eſſe dicit, quã ordinate dictando,vel mouendo.Itaq; probanda altera propoſitio.Ille finis erit regula humanarum omnium actionum,ad quē ſunt omnes fines ordinati:ſed ad finē ſacræ poteſtatis ſunt omnes fines ordinati;igitur ille erit regula omnium humanarum actionum.Ma. propoſitio patet: nam finis eſt, quo regulatur homo in ſuis actionibus;cum omne agens agat propter finē:ideo sēper regula humanarum,& aliarum etiã actionum erit finis.Dependere omnes fines ab vltimo fine,patet ex appetitu rerum omnium; omnia enim appetunt diuinum eſſe,inquit Ariſt.2.de anima t.34.& 1.Phyſ. t.81. & illius gratia agunt,quod probatum eſt pluribus in ratione decima.

D.Thom.1. 2.q.17.art. 1.& 2.& 5

Deinde cum finem, & bonum idem eſſe oſtenſum ſit ex Platone,& D.Dionyſio:(docuit enim Dionyſius totidē fere verbis ex Platone, à quo antiquiores Patres plura deſumere non recuſarunt; omne bonum, & pulchrum participatione,& relatione ad ſummum bonum eſſe tale;quod habetur etiã ex Ariſt. 1. cæl.t.100.) ideo cnm finis hominis vltimus ſit in lumine naturæ Deus, ad quem homo naturalem habet inclinationem;& ſimpliciter vltimus,in lumine fidei obiectũ felicitatis æternæ,ad quē inclinatur per habitus infuſos; propterea ad ſacrã poteſtatē ſpectabit ex offitio,diuino iure naturali, & reuelato,regula omnium humanarum actionum,quę eſt Deus,finis hominis ſupremus.

Accedit quod,vt dicebat Plutarch. ex Platone, cum caduca hęc variabilia ſint,&regula debeat eſſealiquod certum(omne enim mouēs, vt habetur ex Philoſopho, nititur aliquo immobili)propterea regula humanarum actionum Deus ſolum erit,& ad hanc reſpicere debere, Plato aſſerebat Legislatorē.Et ſimile quid docuit Ariſ.

Ariſ.2.cæl. t. 17. 3. de anim. t.55. Sect.10.pro ble. nu. 10.

qui

qui primã Reipub: partẽ volebat diuinum eſſe cultum, & Regẽ religionẽ præferre debere in omnibus;quod certe affirmandũ à nobis magis eſt,qui lumine fidei cognoſcimus naturã eſſe deprauatã labe peccati:hinc S.Thomas probat pluribus debuiſſe dari legẽ ſcriptã, ob legẽ naturalem iam obſcuratã peccatis.ea quę diximus in ratione 9. 10. 11. & alijs hoc ipſum optime oſtendunt.

D.Tho. 12. q.91,art.4.

Ad hæc,vt alias dicebamus,fines in practicis ſunt,teſte Ariſt. ſicut principia in ſpeculatiuis:at ex principijs omnes deducuntur concluſiones, et in ea reſoluuntur, quo rẽ perfectè ſciamus;igitur virtute omnis finis depẽdet ab vltimo fine,et in ipſum reſoluitur, quod optime dicebat S:Thomas, quem ſupra adduximus.

Ariſt. mor: Eud. lib. 2. cap. vlt.

Tandẽ,cum tẽporalia nullam aliã regulam habeant quam ſpiritualia;et certum ſit de ſpiritualibus agere ſacræ eſſe poteſtatis,non ſecularis,cõſequens eſt,vt penes Pontifices ſolum ſit regula omnis rectæ actionis humanæ,tã diuino naturali iure, quam reuelato;naturali per virtutes intellectuales,ſeu morales ſecundũ rectã rationẽ; reuelato per virtutes theologicas ſecundum fidem, erit igitur Pontifex ſupremus diuino, et reuelato iure Monarcha in Republica.

VIGESIMA,ET VLTIMA RATIO erit quaſi breuis epilogus omniũ fere rationum,quas hucvſq; attulimus. Illius eſt potẽtiæ in tota Repub: politica omni ex parte, diuino, ſeu naturali, ſeu reuelato iure imperare,ad cuius finẽ,vel obiectum tali modo,et iure cuncta ex ſua natura ſunt ordinata: Sed ad finem ſacræ poteſtatis tali modo,et iure cuncta ſunt ordinata;erit ergo poteſtatis ſpiritualis in tota Republica politica omni ex parte diuino, ſeu naturali, ſeu reuelato iure imperare. Maior Propos. huius ſyllogiſmi probatur,ex ratione modo allata in ordine vndevigeſima, et præterea ratione ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima,

octaua:

octaua, nona, decima, &, ne inſtar arithmetici numeros enarrem, omnibus ſequentibus rationibus, quæ maiorem hanc propoſitionem optime confirmant.

Secundo probatur ex Philoſophis, & Theologis adductis in octaua, nona, decima, vndecima, duodecima, decimatertia, decimaquarta, & ſequentibus: aliter enim non bene arguerent Philoſophi, qui dicunt dominam Metaphyſicam, quia eius gratia cæteræ ſcientiæ, ipſa nullius alterius; quod & de Theologia noſtri affirmant Theologi: nec pari modo bene argumētarentur Theologi aſſerentes, mundū ſubiectum homini, quia hominis gratia mundus factus eſt; & tamen id colligitur ex ipſis 2. diſt. vltima.

Tertio probatur ex Patribus, qui eodem modo argumentantur cum Theologis & dicūt eſſe homínē dominū orbis terrarū, quia factus eſt hominis gratia, vt Auguſtinus, Ambroſius, Chryſoſtomus, & cæteri: Et apparet ex illis, quos adduximus in ratione ſecūda, pluribus citatis in nona, duodecima, & alijs, quos in adducendis locis ex diuinis litteris mox afferemus.

Auguſt. c. 20. ſoliloq. Ambroſ. lib. 1. de officijs cap. 28. Chryſoſt. in commen. in cap. Geneſis homil. 10.

Quarto probatur ex ſacris litteris: nam ſi ita eſt, Chriſtus non bene diceret apud Marcum c. 2. cum ſe filium hominis more conſueto indicans ita ait: *Sabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbatum, itaque Dominus eſt Filius hominis etiam ſabbati.*

Et Paulus prioris epiſt. ad Corinth. cap. 11. *Omnis viri caput Chriſtus eſt, caput autem mulieris vir; caput vero Chriſti Deus*, & paucis interiectis: *Vir quidem non debet uelare caput ſuum, quoniam imago, & gloria Dei eſt; mulier autem gloria viri eſt: non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro: etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum.* Quibus verbis vult Paulus gloriam mulieris, & caput eſſe virum, ſicut viri eſſe Chriſtum; quia propter virum creata eſt mulier, quæ, licet tanquam adiutorium data illi ſit, tamen debet agnoſcere

virum caput, & ſuperiorem, & illi eſſe ſubiecta, veluti Ambroſius, Chryſoſtomus, Primaſius, Theodoretus, Remigius, Theophylactus, Oecumenius, & alij exponunt. Sed ad probationem alterius propoſitionis.

Et priore loco eam demonſtrant, quæ attulimus ſupra cap. 4. in 2. fundamento, vbi, tam ex rationibus, quàm Philoſophis, Theologis, Patribus, & Diuinis litteris rem probauimus.

Secundo probatur ex dictis c. 5. illatione 5. & nona.

Tertio ex ijs, quæ allata ſunt cap. 6. in reſponſionibus ad obiectiones factas cõtra ſecundum, & tertium argumentum.

Quarto ex omnibus fere, quæ diximus cap. ſeptimo, octauo, nono, & ſequentibus, præſertim ratione vndecima, & alijs, quæ ſequuntur.

Quinto ex Philoſophis multis adductis in hiſce citatis modo locis, pręſertim ratione vndecima, quos nominatim non exprimo, ne virorum cathalogum videar enumerare; & certum mihi illud eſt, hunc eſſe omnium Ethnicorum communem conſenſum. Pro qua re ſciendũ eſt, apud Philoſophos fuiſſe illud receptiſſimum circa felicitatem humanam Axioma, nimirum, in ea re eſſe felicitatem, cuius gratia appetantur cętera, ipſa vero propter ſe ſolum, nunquam vero propter aliud, de quo ex noſtris Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 8. c. 8. *Reliqua*, ait, *eſt pars moralis, quam Græco vocabulo dicunt* ἠθικὴν, *vbi quæritur de ſummo bono, quo referentes omnia, quæ agimus, & quod non propter aliud, ſed propter ſeipſum appetentes, idque adſpicientes, nihil quo beati ſimus vlterius requiramus: ideo quippe & finis eſt dictus; quia propter hunc cætera volumus, ipſum autem non niſi propter ſeipſum. Hoc ergo beatificum bonum alij à corpore, alij ab animo, alij ab vtroque in homine eſſe dixerunt: videbant quippe ipſum hominem conſtare ex anima, & corpore, & ideo ab altęrutro iſtorum duorum, aut ab vtroque bene ſibi poſſe eſſe cre-*

debant

debant finali quodam bono, quo beati eſſent, quo cuncta, quæ agebant, referrent; atque id cum forent adepti, quo referendum eſſet vltra non quærerent. ita Auguſtinus, non tam ex ſua, quam Philoſophorum ſententia. De eodem axiomate meminit etiam Lactantius de Vera ſapientia lib. 4. cap. 3. collocans in ipſius ſapientiæ actu, vnà cum religione, felicitatem: *Ad quam, veluti ad ſummam & caput omnia referantur.* retulimus ipſius verba ſupra cap. 11. Ex Philoſophis Ethnicis hoc aſſeruerunt Architas, & Plato, vt videre eſt cap. 15. & 16. Adducamus verba Senecæ, quæ ibi non adduximus: *Proponamus oportet finem ſummi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factum noſtrum, dictumque reſpiciat, velut nauigantibus ad aliquod ſydus dirigendus eſt curſus.* Sic Seneca lib. 14. epiſt. 15. ad Lucill. & Ariſt. lib. 1. cap. 7. *Quoniam plures eſſe fines videntur, & horum quoſdam ob alios expetimus, vt diuitias, tibias, & inſtrumenta denique omnia, non omnes eſſe perfectos perſpicuum eſt; at optimus finis eſſe quid perfectum videtur: quare, ſi vnum aliquod erit, quod perfectum ſit, id erit quod quærimus; ſin plura, id, quod perfectiſſimum: id autem, quod per ſe ſectandum eſt, eo perfectius dicimus, quod propter aliud expetimus, quodque nunquam ob aliud eligendum eſt ijs, quæ per ſe, & ob aliud expetũtur; abſolute autẽ perfectũ, quod per ſe nũquã ob aliud expetendũ: huiuſmodi autẽ videtur felicitas maxime eſſe: hanc enim propter ſeipſam ſemper, & nunquã ob aliud expetimus.* & lib. 10. c. 6. cũ dixiſſet felicitatẽ eſſe in operatione: *Quia ex operationibus*, ait, *aliæ ſunt neceſſariæ, & ob aliud expetẽdæ, aliæ per ſe, patet felicitatẽ aliquã ex his, quæ per ſe, non propter aliud ſunt expetẽdæ, eſſe ſtatuendum: felicitas enim nullius rei indiga, ſed ex ſeipſa ſufficit.* & lib. 1. magnor. moral. cap. 3. *Ipſorum finium præſtat ſemper, qui perfectus eſt, imperfecto: eſt nimirum perfectus, cuius acceſſu nullo amplius nobis opus eſt; imperfectus autem, cuius aduentu alium deſideramus: quemadmodum iuſtitiæ duntaxat aduentu plura deſideramus, at felicitatis acceſſu nulla re amplius nobis opus eſt: is ergo nobis optimus, quem deſideramus, qui finis perfectus: abſolutus*

Digitized by Google

namque finis bonum eſt, nec non finis bonum. idem docet 1. Reth. cap. 5. & communi conſenſu in hæc loca Ariſt. docent eius interpretes, atque adeo receptum erat hoc axioma, vt ipſi Epicurei tanquam notum, & conceſſum vltro admitterent: ſic enim Cicero lib. 1. de finibus, inducens Epicureum Torquatum defendentem ſuum Epicurum, qui collocabat in voluptate ſummum bonum, ſeu felicitatem: *Primum igitur agam ſic, vt ipſi auctori huius diſciplinæ placet, conſtituam quid, & quale ſit id, de quo quærimus; non quod* (nota hæc verba) *ignorare vos arbitrer, ſed vt ratione, & via procedat oratio. quærimus igitur quid ſit extremum, quid vltimum bonorum, quod omnium Philoſophorum ſententia tale debet eſſe, vt ad id referri omnia oporteat: ipſum autem nuſquam.* Hæc Epicureus ille, tanquam notum, & omnium Philoſophorum receptum Pronunciatum aſſerens, felicitatem in ea re eſſe, cuius gratia fiunt omnia, & nunquam alio refertur. Sed ad rem noſtram. Oſtendimus cap. 3. omnium Philoſophorum Ethnicorum communi aſſertione, eſſe felicitatem in bonis animi collocandam, & præterea virtutes, & bona animi non ſpectare ad temporalem poteſtatem, ſed ſpiritualem, cur ergo non ſequitur omnia referri ad finem poteſtatis ſpiritualis? Sed plures ex hiſce voluerunt eſſe in ipſo Deo per contemplationem, vel Religionem: ita Socrates, Plato, Pythagoras, Architas, Ariſtoteles, Seneca, Cicero, & alij. Quod ſequitur ex regula (vt ſupra aduertebamus) Ariſtotelis, vt ex pluribus virtutibus in præſtantiſſima virtute collocetur felicitas; & propterea contemplatiua felicitas in ſapientię actu collocetur; actiua vero in cultu diuino: & id præter citatos voluiſſe permultos alios dicam, cum de felicitate humana, ſine Reipublicæ, in particulari de hac re diſputatione in quarta huius operis parte. Adde quod plures gradatim explicarũt hunc ordinem, externa eſſe propter corpus, & hominem; hominem

vero

vero ob Deum amandum, & contemplandum, veluti Plato, Ariſtoteles, Architas, Cic. Seneca, & alij. Annon igitur communi aſſertione Philoſophorum omnia referũtur, & omni ex parte ad finem poteſtatis ſpiritualis? niſi quis forte adducat ſpurcum Epicurum facientem nobiſcum communem finem cum belluis in voluptate corporis? *Non decet autem tanquam meritricem*, ait Cic. 2. de finibus, *in matronarum coetum, ſic voluptatem in virtutum concilium adducere.*

Sexto probatur ex Theologis, quos omnes in Deo humanam felicitatem collocaſſe, & propter hanc felicitatem omnia agere hominem, ſaltem virtute, aſſerunt, vt ſupra in decima ratione docuimus. patet etiam ex illis, quos citauimus cap. 4. in ſecundo fundamento, & alijs, quos retulimus in reſponſionibus factis contra ſecundum, & tertium argumentum, & cæteris adductis cap. 10.

Septimo probatur ex Patribus citatis cap. 4. in ſecundo fundamento, & cap. 5. in quinta, & nona illatione, cap. 6. in prima & ſecunda probatione, qua oſtenſum eſt Romanum Pontificem eſſe ſupremum Hierarcham, & caput Eccleſię; & ex relatis etiam in cap. 6. in tertia ratione, & confutationibus obiectionum ad illam. Faciũt etiam adducti in præmiſſis in ſeptimo cap. in octaua, nona, & decima ratione; & plures, quos mox afferremus in auctoritatibus ex ſacris litteris; & alij, quos adducemus in quæſtione particulari de ſubordinatione, vbi pluribus, & accuratius rem hanc tractabimus.

Octauo probatur ex diuinis litteris. Matth. 19. *Vnus accedens ait illi* (Chriſto) *Magiſter bone quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? qui dixit ei, quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus Deus.* hæc ibi. Porro certum eſt, quę à Deo producta ſunt, bona eſſe: *Omnis enim creatura* *1. ad Tim. c. 4.*

tura

tura Dei bona eſt, teſte Apoſtolo, & Geneſ. cap. 1. *Viditque Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona:* quomodo ergo vnus eſt bonus Deus, niſi independenter, & abſolute, & ex ſua natura, cætera vero pati cipatione illius?& ideo recto ordine cum tēporalia quæri debeant, prout ordinata ſunt, tanquam dependentia à ſummo bono quæri debent, & relatione ad illud; & ſic participatione dici bona cætera, Patres Græci, & Latini affirmant, Hieronym. Cyrill. Chryſoſt. & cæteri.

Hieron. in comm. in c. 5. epiſt. ad Epheſ. Cyrill. lib 2. Theſſa. c. 1. Cryſ. in cōment. in citat. locum. Matth.

Prioris ad Corinth. cap. 3. *Nemo glorietur in hominibus: omnia enim veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura: omnia enim veſtra ſunt; vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.* hiſce verbis omnia propter fideles eſſe docet Paulus, eaque, quæ hominis gratia condita & ordinata eſſe per Eccleſiam, & Chriſtum in Deum noſtram beatitudinem, veluti ex Auguſtino habetur, Ambroſio, Anſelmo, Primaſio, Brunone, Beda, Theodoreto, Chryſoſtomo, Oecumenio, Theophylacto, Magiſtro ſententiarum, D. Thoma, D. Bonauentura, Richardo, & alijs Theologis cum Auguſt. & Mag. 2. diſt. 1.

Ambroſius. Anſelm. & cæteri in cōmentarijs.

Chriſtus Matth. 6. & Lucæ 12. plus eſſe corpus, quam veſtimentum, animam pluſquam corpus docet: & ex præſtantia maiore præferenda hęc concludens, ait: *Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* quibus liquet ordinem præfixiſſe, & præferenda cæteris omnibus animi bona, & regnum Dei; & propterea, tanquam ad finem, externa & corporalia ad regnum Dei eſſe ordinata, veluti colligitur ex Græcis, & Latinis Patribus, quos cap. 4. citauimus, & alijs, quos alibi afferremus. conſtat itaque omnia corporalia, & temporalia ſubordinata eſſe ad finem poteſtatis ſpiritualis, & propterea omnia illi eſſe ſubiecta.

Digitized by Google

OCCVRRITVR DISCREPANTIIS ſupra allatis ex Ocham, quæ ex parte etiam confutantur. Cap, XX.

PAVCIS hucuſque temporalem Eccleſiæ Monarchiam oſtendimus; ea enim non tam ad probationem adduximus, quam explicationem, & quo Diſcrepantiarum etiam ex parte poſſemus falſitatem aperire, vberius reiecturi toto hoc tractatu, prout ſe offeret occaſio, & ſingillatim multas maioris momenti in particularibus diſputationibus: & primo ad Magdeburgenſes, quid reſpondendum ſit, dicemus, cum ad primum fundamentum Ocham infra veniemus: in præſentia itaq; breuiter reſpondeamus ad Diſcrepantias ſupra ex Guilelmo allatas.

PRIMA DISCREPANTIA, dum dicebatur, habere Pontificem in ſpiritualibus, non in temporalibus facultatem, ſatis confutata eſt: argumenta enim à nobis adducta oſtendunt reuera eſſe penes Pontificem ſupremam temporalem Monarchiam, ſupponendo, quod nemo Catholicorum negare poteſt, Romanum Pontificem apicem diuino iure tenere rerum omnium ſpiritualium; nihilominus tamen, vt quam leuis ſit momenti ea diſtinctio appareat, ex hiſce, quæ ſubijciam, confutatur.

Primo, poteſtas dicitur, & eſt ſpiritualis ob ipſa ſpiritualia, circa quæ verſatur; talis itaque erit, qualia erunt ſpiritualia, ad quæ ſua facultate ſe extendit: ratio eſt, quia potentiæ (ex propoſitione illa philoſophica, quę eſt Ariſt. 2. de anima) per actus, & obiecta diſtinguuntur, & determinantur; & ideo poteſtas ſpiritualis *2. de Anim. t. 33.*

omnem

omnem determinationem ſumet à ſpiritualibus, circa quæ verſatur.

Rurſus, poteſtas temporalis dicitur, & eſt temporalis ob ipſa temporalia, cum circa ea verſetur; talis ergo erit, qualia ipſa temporalia erunt, ad quæ ſe extendit ſua vi: ſed temporalia in omnibus, & omni ex parte ſunt propter ſpiritualia, ſeu animi bona quærenda, & propter eorum vſum; igitur poteſtas temporalis in omnibus temporalibus, & omni ex parte erit ſubiecta ſpirituali, tam quoad poteſtatem, quã quoad vſum.

Secundo, in omnibus illa poteſtas imperat, quæ ex ſuo officio, & vi propria regulam, & normam alteri pręſcribit; etenim ſe habet hoc pacto inſtar architecti, cuius eſt imperare, & normam pręſcribere. Contra, illa poteſtas in omnibus ſubijcjtur, cuius eſt accipere omnem regulam, & agere ex præſcripto alterius; cum itaque temporalia, vt oſtenſum eſt, ſint gratia ſpiritualium omni ex parte: erit poteſtatis ſpiritualis in omnibus tẽporalibus imperare, temporalis in omnibus tẽporalibus ſubijci, tam quoad ipſam poteſtatem, quam quoad actum, & vſum.

Quod ſi non ita dicatur, ſimili pacto poſſemus dicere, poteſtatem rationalem imperare ſenſitiuæ poteſtati, at non in ſenſitiuis, ſed in rationalibus; Pontificiam poteſtatem ſacerdotali, ſed non in ſacerdotalibus, ſed pontificijs; Imperatoriam conſulari, ſed non in conſularibus, ſed imperatorijs; Diuinæ poteſtati, ſeu diuinitati creata omnia eſſe ſubiecta, ſed non in creatis, ſed in diuinis: quæ omnia riſum mouent.

Hinc propterea ſatis liquet non ſibi Ocham cõſtare, dum ait imperare in rationalibus, non in ſenſitiuis: nam ratio eſt, quæ in homine bene inſtituto imperat, Diuinitatis potentia imperat: ſic rationabilia, quæ à ratione dicitur imperant, diuina imperant; & per hæc perſona

Digitized by Google

ſona habens illorum poteſtatem imperat inferioribus, quare affirmare poteſtatem rationalem imperare in rationalibus, non in ſenſitiuis, diuinitatem in diuinis, non in reliquis: idem eſt ac ſi diceretur, ratio, & rationabilia imperant, & ſubijciuntur; diuinitas imperat & ſubijcitur; videtur itaque deceptio in variatione caſus, nominis, & propoſitionis (in) perinde enim ſenſu eſt ſi dicatur, facultas equeſtris, facultas rerum equeſtrium, in rebus equeſtribus; facultas medica, rerum medicarum, in rebus medicis; facultas temporalis, rerum temporalium, in rebus temporalibus; facultas ſpiritualis, rerum ſpiritualium in rebus ſpiritualibus. Sed vbi iam (vt arbitror (aperuimus deceptionem, age iam ex dictis refellamus breuiter huiuſmodi diſtinctionem, oſtendentes ex apice ipſo rerum ſpiritualium conuenire Pontifici Monarchiam in rebus temporalibus. Supponimus autem (vt patet ex modo dictis) tali modo loquendum de poteſtate, quali loquimur de rebus, circaquæ verſatur, eamque limitari à proprio ſuo fine; quare talis erit poteſtas ſpiritualis, vel temporalis, qualia ſunt ſpiritualia, vel temporalia, vel qualis eſt finis proprius horum poteſtatum, cum poteſtas limitetur à proprio fine.

Probatur itaque primo, ſi per ſpiritualium apicē non tribuimus Pontifici Monarchiam in temporalibus omnibus, ſequeretur, duos eſſe vltimos hominis fines ſequela, eſt vt patet falſa: ergo &c. ſequi quod dicimus conſtat: accipiatur quodcumque temporale, vel alia res vel illa debemus ſimpliciter vti, vel frui non frui, quia ſolo Deo frui ſimpliciter licet, cum frui ſit inhærere alicui propter ſe ipſum: ergo vti, ſeu ad illud referre (ſaltem habitu, & virtute) quod per ſe amandum, & fruendum eſt, vt communi conſenſu docēt cum Auguſtino, D. Thomas, Bonauentura, Ricardus, Egidius, *D. Tho. Bonauent. & ceter. 1. ſen. d. 1.*

Dd Ee Scotus,

Scotus, & cæteri Theologi; at hoc modo omnem regulam accipiet ab vltimo fine, & propterea à ſacra poteſtate, cuius eſt ex officio inducere ad vltimum finem.

Secundo ſequeretur omnes alias ſcientias, ſeu practicas, ſeu ſpeculatiuas non eſſe ſubiectas ſacræ Theologiæ; cum tamen in ratione 9. oſtenſum ſit communi conſenſu ex Theologis, præſertim ex Henrico, omnes ſcientias eſſe ſubiectas: nam vel ſpeculatiua eſt ſcientia, vbi attenduntur prima principia, vel practica, vbi attenditur finis; vtraque verò dependet a Theologia, quæ agit de Deo primo principio ſimpliciter & vltimo fine omnium; quare dicendum foret, niſi omni ex parte ſubijcerentur, quoad aliquam partem non dependere; & ſic eodem reuolueremur, vt concedamus duos vltimos fines, & duo prima principia. igitur ſicuti domina eſt Theologia omnium ſcientiarum, quia agit de cauſa prima ſimpliciter, & altiſſima ſub ratione altiſſima, & fine ſimpliciter ſupremo ſub ratione ſuprema: ita ſacra poteſtas, cuius eſt inducere ad tale principium, & finem, beatitudinem æternam, domina erit omnium temporalium & regina.

Tertio ſequeretur, non eſſe totum hominem ordinatum ad beatitudinem æternam per ſapientiam Theologicam, & media ſupernaturalia, cum tamen apertum ſit, omni ex parte ordinatum eſſe, quo beatus ſit, & quoad animam, & quoad corpus, vt Deo cognito frueretur. Erit itaque, ſi ordinatus eſt omni ex parte ad illum finem per media ſupernaturalia, ſubiectus totus ſacræ poteſtati miniſtræ illorum mediorum ad vltimum finem beatitudinem æternam, cum media determinationem accipiant a fine, & ſacra poteſtas ab ipſo mediorum vltimo fine.

Quarto, concedas neceſſe eſt, vel Deum non eſſe ſumme bonum, & vltimum omnium finem contra con-

ceptum

ceptum, quem habent omnes de Deo, quem ita conciſpiunt, vt nulla poſſit fieri bonitatis additio; vel non eſſe ſacræ poteſtatis ex officio perducere ad eũ finem, quod conſtat pariter eſſe falſum: ergo omni ex parte ſacerdotio etiam in temporalibus danda Monarchia. Probatur hæc conſequentia: nam antecedens admiſſum apparet ab omnibus, etenim vt diximus in ratione 2. eiuſdem eſt facultatis finis, & omnium, quæ ordinantur ad eum finem, in ratione 15. vbi iuxta ordinem finium, ordinem agentium eſſe docuimus, ideo agens de ſupremo fine erit agens ſupremum, & talis poteſtas ſuo imperio ſe extendet ad omnes particulares fines contentos totos ſub vltimo fine, & facultates agentes de illis particularibus finibus; quod ex ratione etiam conſtat 16. 17. 19.

Quinto, alioquin dicendum foret, Theologicas virtutes non imperare moralibus, contra communem aſſertionem Theologorum, ſin concedas imperare: ergo & fini ſecularis poteſtatis, qui eſt, vt bonos reddat ciues, & conſequenter ipſi poteſtati temporali; non ergo ſolum in ſpiritualibus eſt Monarcha ſacerdos, ſed in omnibus temporalibus.

Sexto, inuerti videtur ordo charitatis: nam cum ſacra poteſtas ſit miniſtra virtutum Theologicarum, eo vſque ſe extendet ſuo imperio, quouſque ipſe ſe extendent, & princeps virtutum Charitas; at illa per modum imperij ſe extendit ad omnes actiones humanas, vt docet D. Thomas, quare Theologi dicunt, *2. 2. q. 23. a. 4. ad 2. arg.* cæteras virtutes in triplici genere cauſæ pẽdere a charitate, formalis, licet extrinſecæ, finalis, efficientis; ita Albertus, Bonauentura, D. Thomas 3. diſt. 27. & totum hoc conſtat, quia vnus eſt habitus Charitatis, quo Deus propter ſe diligitur; proximi vero & cætera omnia propter Deum. Hæc magis Theologice, quam

Philoſophice, nunc rem potius Philoſophice oſtendamus.

Septimo, niſi tribuamus ſacerdoti in republica omnium temporalium dominium, carebit pars reipub. ſuo fine, ſequela falſa, ergo &c. Probatur ſequela: nam (vt ſupra probauimus) reſpub. duplici conſtat parte, Sacerdotibus, & Magiſtratibus. Eſt autem Sacerdotum verſari circa Deum, & diuina; itaque cum tam felicitas actiua, quam contemplatiua in Deo ſit, iam niſi ſubijciantur magiſtratus, ſeu temporalis poteſtas omni ex parte ſacerdotio carebit naturalis reſpub. ſua felicitate, cum ſacerdotum officium ſit ad eam perducere, ſeu ad Deum. Dices: Vnuſquiſque poteſt eam aſſequi per ſeſe. Contra: quia cum de repub. loquamur, ita etiam de publico regimine loqui debemus. deinde, nec poteſtas temporalis ſufficienter nouit, nec ipſi ſacerdotes a fide alieni perducere poſſunt ad illam; ſed indigent Eccleſiaſtico regimine, cum ſine fide, & charitate, nec omne verũ naturale aſſequi, nec omne bonũ morale peragere, aut totam legem naturalem implere poſſimus. Adde, quod Chriſti Vicarius conſtitutus eſt in toto orbe Hierarcha in ſpiritualibus ſupremus: quare ratione Hierarchiæ ſupremæ in ſpiritualibus naturalibus, quilibet eſt illi ſubiectus, & multo magis ratione Hierarchiæ ſupremæ in ſpiritualibus ſupernaturalibus, cum virtutes naturales Theologicis ſubiaceant. Dices rurſus: Non omnia in repub. eſſe ordinata ad Deum. Contra: nam cum finis gratia ſit reſpub. tota menſuranda eſt ex ſuo ſupremo fine, qui eſt Deus, in quo eſt vltima felicitas, etiam in lumine naturæ, teſte Ariſtotele, Platone, Pythagora, Mercurio, Iamblico, & cæteris Philoſophis: atque is finis ſupremus Deus magis eſt expetendus, & propter illum cæteri, vt habetur ex Ariſtotele. Deinde, quia hoc eſt contra Axioma

In ratio. 4.

In ratio. 8. 9. 10 & 11.

1. Ethic ad Nicom. c. 1.

ma illud ab omnibus Philoſophis receptum, aſſerentibus, felicitatem in ea re eſſe, propter quam omnia appetuntur; ipſa verò propter aliud non appetitur: itemque ſequeretur, non agere hominem omnia naturali inclinatione propter felicitatem, ſeu Deum, ità vt etiam appetitu elicito illum appetat.

Octauo, ſi aliqua pars foret in repub. quæ non ſubſit publicè regimini Sacerdotis, ea ex parte careret Deo, ideo ſecundum eã videtur dicenda Athea, vtpote priuata quoad publicum regimen (de hoc enim loquimur, cum de repub. loquamur) Deo.

Nono, quo ad illam partem, ſecundum quam non eſt ſubiecta in temporalibus, poſſet fere dici nulla reſpublica, caret enim felicitate, quæ in Deo eſt, ideo ſuo fine, à quo dicendus eſt homo felix felicitate temporali, cum enim per ſe primò in Deo ſit felicitas, reliqua omnia ſortiuntur nomen veræ felicitatis ab illo, & hoc magis de Ethnicis dici poſſet, apud quos de facto non eſt vera, & perfecta felicitas, cum careant vbique vnius veri Dei cultu.

Decimo, erunt hoc modo in repub. duo diſiuncti inuicem fines, vnus alteri non ſubiectus, & ſubordinatus, ita duę reuera reſpub. contra Ariſtotelem, & rationem, quæ demonſtrat, vnam eſſe rempub. cum enim idem ſit finis hominis, & reipub. ſicuti vnus eſt ſupremus finis hominis, ita reipub. *5. Ethic. ad Nicom. c. 7.*

Vndecimo, ſi aliqua pars foret temporalium, quæ omnino non referretur ad ſpiritualia dandus eſſet honos temporalibus, ſecundum ſe tantum conſideratis, quod conſtat dici non poſſe: ergò, &c. Probatur ſequela illa, cũ enim tẽporalis poteſtas aliquid habeat è ſua natura nõ ſubordinatũ, ac ſubiectum ſpiritualibus, erit quoad eam partẽ per hos ſuperior: non poteſt autẽ eſ-

ſe ſuperior, niſi quia ipſa temporalia ſunt ſuperiora, cum ab actu, & proprio obiecto potentia ſumat diſtinctionem, quare cum ſuperioribus poteſtatibus debitus ſit honos, ob ipſa temporalia debitus eſſet ſecundum ſe conſiderata. hoc autem abſurdum eſſe conſtat: nam virtuti per ſe debetur honos, teſte Ariſtot. quare D. Iacobus reprehendit eos, qui ob diuitias tribuunt honorem; nec poſſe tribui docet D. Thomas, & alij. Debetur ergo ei qui miniſter eſt in ordine ad bonum, & virtutem.

4. moral. ad Nico. c. 3. Iac. 2. D. Thom. quodlib. 10. ar. 12.

Vltimo, videtur aperiri aditus peccatis: etenim per illud aperitur, quo homo auertitur à Deo, & vltimo fine; eſt enim peccatum quædam à Deo auerſio: ſed niſi omni ex parte ſit ſubordinatum temporale ad ſpirituale, auertitur ab illo. ergo. Probatur minor: nã iſto modo non aget homo omnia naturali inclinatione propter Deum vltimũ finẽ; nec Deus foret prima regula omnis humanæ actionis: nec diligendus amore naturali ſuper omnia, vt propter ipſum cetera diligantur: hinc cum radix humanorum actuum ſit voluntas, & amor, auertitur homo in ſuis actionibus ab eo ordine ad vltimum finem. quod ſi dicas, eſſe omni ex parte ordinata temporalia, & omni ex parte ſubiecta, vt dictum eſt in ratione duodecima.

SECVN-

SECVNDAE, ET TERTIAE diſcrepantiæ reiectio. Cap. XXI.

IN SECVNDA DISCREPANTIA affirmabatur non eſſe penes Pontificem poteſtatem iure diuino reuelato, vel naturali, quæ quam falſa ſit, patet. fere enim omnes rationes ipſam refellunt: nam iure naturali corporalia, & temporali a ſubiecta eſſe debent rectæ regulæ rationis, ſeu virtutibus. ergo ſupponentes, Pontificem eſſe ſupremum Hierarcham in ſpiritualibus, reſpectu ſpiritualium ſecundum rationem iure naturæ reſpectu ſpiritualium ſupernaturalium iure diuino reuelato erunt ſubiecta; pari ratione ſi eiuſdem eſt facultatis finis, & ea, quæ ſunt ordinata ad eum finem, iam ad finem ſecundum rationem iure naturæ, ad finem ſupra naturam iure reuelato, idem oſtenſum ex religione, ſeu naturali, ſeu virtutibus Theologicis informata, quare plures Patres Chriſtianæ religioni omnia ſubiecta dixere. Præterea ex ſapientia, cui debitum eſt regnum ex inclinatione naturali ad Deum, & amore naturali ſuper omnia Deo debito, & aliis rationibus ſequētibus; quare Papæ iure naturali, & reuelato ſubiecta tēporalia docent D. Tho. Henricus Gandau. & alij Theologi. Duo tamen aduertenda; primo, non ſolum concludi iure naturali eſſe ſubiecta omni ex parte temporalia, prout ius naturale dicitur à Vlpiano, & Iuriſperitis ab Iſidoro, & Canoniſtis illud eſſe, quod natura omnia animantia docuit, ſed latiſsime prout Philoſophus dicit omnia appetere diuinum eſſe, & eius gratia agere. & 1. Ethic. omnia bonum appetere, quod præcipue oſtendunt decima ratio petita

Vide rat. 8.

D. Th. opuſ. 20. lib. 3. c. c. 19.
Hen. quod. 6. q. 23.
Vlpia. l. 1. ff. de iuſt. & iure.
Iſid. d. 1. c. ius pub.
Ariſt. 2. de anim. 34.

petita ex naturali inclinatione ad Deum finem omnium; & vndecima ex amore rerum ſuper omnia ad ipſum Deum. Secundo aduertendum conuenire Pontifici talem Monarchiam non ſolum per ſimplicem, & vnam ſpiritualem poteſtatem; ſed reuera, quia habeat in ſe temporalem poteſtatem: quamuis enim (vt dixi ſæpe) quoad vſum circa aliqua, quæ impedimento eſſe poſſunt, præcipue in Noua Lege diſtincta ſint officia, cum ſacerdotes Nouæ legis præcipue vacare debeat ſpiritualibus, cum ſint miniſtri gratiæ, cum non foret tales miniſtri Veteris legis; attamen ſemper remanet tamquam in capite temporalis poteſtas in Pontifice; & ad regulam eius debet agere ſæcularis Princeps; de qua re dixi c. 2. ac 7. et dicemus in toto hoc opere, & præterea in hac prima parte dictum eſt in calce lib. 3. & in calce lib. 5.

TERTIA DISCREPANTIA: qua aſſerebatur tantum dandam poteſtatem temporariam seu vſum Eccleſiæ ſecundum neceſſitatem, iam vt arbitror confutata remanet ex dictis: nam primo videmus in omnibus artibus, & ſcientijs facultates ita agere de medijs in ordine ad ſuum finem, quatenus conducunt aliquo modo ad illum vſque ad decentem quemdam terminum; medicina agit de cibis, herbis, & alijs, non ſolum quatenus neceſſe eſt ne moriamur, ſed ad conſeruandam ſanitatem, & melius deuitandam ægritudinem; ſic cernere eſt in alijs, & in ipſa facultate temporali in ordine ad ſuum finem, vt docuimus cap. 2. & ſequentib. præſertim in rat. 2.

Secundo probatur ex ipſis rebus naturalibus: nam natura licet ſuperuacanea media non dederit ad finem; attamen conuenientia dedit, vel ad finem melius aſſequendum, vel acquiſitum melius conſeruandum, & oppoſitum deuitandum: ita elementis qualitates

tates dedit motiuas, quibus tenderent ad loca ad conſeruationem ſuam facientia; arboribus corticem, quo conſeruarentur ab aeris,& cæli intemperie; in genere animalium feminis tot tribuit mammellas, quot erant ad fœtus ſuos commode alendos; quare plerumque plures ſunt mammellæ, quam editi fœtus; femina in humana ſpecie duas habet mammellas, & plerumque non niſi vnum edit fœtum, ideo vt non ſolum ſufficienter, ſed abundanter poſſet nutrire, quare Ariſtoteles: *Semper*, inquit, *natura rei melioris author eſt, quoad eius fieri poteſt*. & alibi. *Natura autem ex ijs, quæ fieri poſſunt facere ſolet, quod melius ſit*. quod alias oſtendit.

Ariſt. 2 de partib animal. c. 14. & lib. 4 ca. 10. 1. de generat. animalium c. 4. et 8. Phyſ. t. 56.

Tertio probatur; nam (vt oſtendimus ſupra ex eodem Ariſt.) natura nobilium ſpecierum, & nobilium partium maiorem habuit curam, & diligentiam, quo conſeruarentur: cur ergo non multo magis hoc dicendum de ſacra poteſtate ratione ſummi boni felicitatis æternæ? cur cancellis neceſſitatis aſtringitur vna ſpiritualis poteſtas, cuius limitatio redundat in perniciem ſalutis animarum? non enim exercendam dicimus temporalium poteſtatem ad iactantiam, & oſtentationem, ſed ad publicam vtilitatem, & ad ſpiritualium rerum progreſſum, & conſeruationem, vt conſeruentur ex vna parte melius virtutes, & deuitentur ex altera oppoſita vitia vſque ad decentem terminum.

ſup. rat. 9.

Quarto probatur: nam alioquin eſt aditum aperire vitijs; etenim recte Clemens Alexandrinus: *Etſi omnium mihi licet eſſe participem, non omnia tamen expediunt: cito enim adducuntur, vt ea faciant, quæ non licent, qui faciunt omnia, quæ licent*. Hæc ille: quod pluribus oſtendit: ergo dandus vſus poteſtatis Pontifici in temporalibus in illis, quæ veriſimili coniectura conducunt ad malum, vel retrahunt hominem à bo-

Clem. 2. Pedag c. 1.

no, & virtute, ſeu (quod idem eſt) vſque ad decentem ſtatum.

4 ſent. diſt. 24.q.1.ar.3. ad q. 3. ad 2.arg. Quinto probatur ex Theologorum principe D.Thoma: nam *Temporalia*, inquit ille, *non ſunt quærenda, niſi propter ſpiritualia, vnde incommodum temporale debet negligi, & omne lucrum ſperni propter ſpirituale bonum promouendum*. Sic ipſe. quare in opuſculo de regimine Principum expreſſe docet ampliari Pontificis poteſtatem, ſeu vſum (accipit enim ſic poteſtatem, vt ſæpe alias pro vſu) cum ratione peccati, tum ratione boni vniuerſalis Eccleſiæ; ita lib. 3. c. 19.

7.Pol.c. 13. Sexto probatur ex Ariſt. *Oportet*, ait, *in artibus, & ſcientijs hæc vtraque obtineri finem, & ea, quæ ſunt ad finem actiones; quod igitur bene viuere, & felices eſſe omnes cupiunt, manifeſtum eſt; ſed alijs poteſtas eſt adipiſcendi, alijs non, propter fortunam aliquam, vel naturam: opus eſt enim adiumentis quibuſdam ad bene viuendum, minoribus quidem illis, qui melius diſpoſiti ſunt, maioribus autem, qui peius*. Sic Ariſtoteles: Aſſerens ad eãdem poteſtatem finem pertinere, & ea, quæ adiumento eſſe poſſunt ob nonnullos malé affectos; ideo ad rem noſtram. cum Pontifex ſit paſtor vniuerſalis, legem communẽ circa regimen rerum temporalium poteſt ferre, quo prouideat imbecillitati quorumdam, ne labantur; tollere occaſiones, & prouidere, vt conſeruentur in bono. Hinc idem Ariſtoteles alibi dicat pertinere ad præſidentem reipubl. per quæ exercitia quis bonus efficiatur.

6 Polit.c 8.

Septimo probatur ex diuinis litteris, & Patribus: nam Deus apud Ezechielem paſtoribus minans conqueritur: *Quod*, inquit, *infirmum erat, non conſolidaſtis, quod ægrotum, non ſanaſtis*. conſolidare infirmum potius pertinet ad maiorem cautelam boni conſeruandi, & mali deuitandi: quare Hugo: *Valentem*

Eccli. 34.

debent

debent conſeruare, ne incurrant illud Prophetæ, & cet. Theodoretus: *Qui autem eos accuſat, qui eam curam non geſſerunt, clarum eſt, quod vult infirmos omnes curari*. Idem colligitur ex Hildeberto Cenomanenſi Epiſcopo, Ephrem Syro, Clemente Romano, & alijs, quos retulimus lib. 4. & Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludouico Pio cap. 32. *Quod autem dicit: Væ paſtoribus; illud, Væ pro maledicto poni, & paſtorum nomine, nos ſignificari* (loquuntur Epiſcopi) *quis non intelligit*? & poſt pauca: *Non ſanamus ſpirituali conſilio à peccatis infirmum, non ſacerdotali ope conſolidamus, ac reficimus diuerſis tribulationibus fractum*. & cap. Super. ex Auguſtino. *Infirmo ne accidat tentatio, & eum frangat, timendum eſt*: & poſtea: *Qui ergo videntur feruere in operibus bonis, ſed imminentes paſſiones tollerare non poſſunt, infirmi ſunt*. Hæc ibi. Idem etiam confirmatur ex duobus locis adductis ex Paulo initio rationis nonæ, quibus oſtenditur, eſſe offitij paſtoris procurare, vt oues conſeruentur, & faciant in bono progreſſum, ex diuina Scriptura, cuius eſt Epiſcopus ex poteſtate miniſter.

Hugo Mil. leſ. tit. 28. de paſtor.

Octauo probatur ex ijs, quæ allata ſunt in vndecimæ rationis confirmatione, vbi oſtenſum eſt ignobiliora inſeruire nobilioribus etiam cum ſui ipſius læſione; ſunt autem temporalia ignobilia præ ſpiritualibus, vt pote ordinata omni ex parte ad illa.

Nono probatur ex rebus geſtis ſummorum Pontificum: nam Gregorius Magnus, Nicolaus Magnus, & Ioannes Octauus quibuſdam monaſterijs quædam conceſſerunt priuilegia, quæ ſi quis Regum ea auſus eſſet violare, cadere ſtatuerunt Reges à ſua Regia dignitate. Certe cũ diu caruiſſent ea monaſteria illis priuilegiis, non erant ſimpliciter neceſſaria monachis ad ſalutem, conceſſa itaque ſunt ad maiorem cautelam

Greg. & aliorum Pontificum verba recenſentur in teſti. Pontif. lib. 6.

Ff Gg 2 boni

boni conſeruãdi,eiusq; progreſſus.Præterea,depoſitus eſt Hildericus à Zacharia Papa,& priuatus Regno Frãcorum,& electus ex alia proſapia Pipinus.Hiſtorici nihil referunt de eius fidei corruptela, de oppreſſione,& iniuſtitia ſubiectorum, ſed potius veluti effeminatum eum otio vacaſſe dicunt,relinquentẽ negotia Regni tractanda Præfecto ſui palatij, vt videre eſt apud Annales Francorum,auctorẽ inter opera Aimoini, Abb. Vuſpergenſem, & alios: potius itaque ob inertiam, & quia minus aptus foret ad regimen, vnde deinde detrimentum ſequebatur morum, & Regni, & Religionis etiam ſequi potuiſſet: quare ad cautelam mali deuitandi, & ratione boni vniuerſalis Eccleſiæ depoſitus eſſe videtur; ita potius ob inertiam depoſitum docet Gregorius VII. & habetur 15. q.6.c.alius,& docent Henricus Gandauenſis,& Vuernerus Roleuink Vueſtphalus,qui per breuem hiſtoriam texuit ab origine mundi vſq; ad Innocentium VIII. *Ipſe*, ait, *Regem Franciæ Hildericum depoſuit, & in locum eius Pipinum inſtituit, quia vtilior fuit, & hinc patet poteſtas Eccleſiæ quanta fuerit hoc tempore, quæ regnum illud famoſiſſimum tranſtulit de veris hæredibus ad genus Pipini propter legitimam cauſam, vt habetur 15. q.6.cap. alius*. Sic ille. Deinde; quia interrogatus Zacharias Papa à Legatis Francorũ, quid ſibi videretur,dandum ne eſſet regium nomẽ inerti Hilderico, an illi, qui omnia Regni negotia ageret? Reſpondit Zacharias, Melius ſibi videri, ſeu eſſe(ita Auctor inter opera Aimoini,Vuſpergenſis,Scotus,Regino, & alij.) Verbum autem, Melius, rem fieri denotat ob maiorem cautelam boni ampliandi, & conſeruandi. ad hæc, quia dare Pipinum curatorem poterat, veluti leges dant prodigis, & parum mente ſanis.ff. de verb.oblig. l. is cui bonis. Sed reſpondet Ocham, non auctoritate data diuinitus depoſitum Hildericum à Zacharia

Hen. quod. 6.q.23.

Ochã q.2. de poteſtate Pont. c. 8. & q 8.c. 5. in dial: tractat.2. par. 3.lib.1. cap. 20.

charia, ſed auctoritate Francorum, qui ea vice illam Papæ dederunt, vel quia conſenſit deponentibus Franchis: vnde nec etiam à iuramento Franchos à Zacharia abſolutos eſſe, ſed declaratos dicit Ocham, quia forte dubitabant Franchi, num iuramento tenerentur aſtricti. Verum Ocham non euoluit hiſtorias: nam auctoritate ſancti Petri depoſitum dicunt Annales Frãcorum, Marianus Scotus; alij auctoritate Apoſtolica, ita Regino, Sigebertus; alij decreto, ſanctione, vel auctoritate Zachariæ, Auctor in opera Aimoini, Otto Phriſingenſis Vuſpergenſis. deinde, quia iuſſiſſe referunt, vel mãdaſſe, vt deponeretur, Auctor inter opera Aimoini, Abbas Vuſp. Scotus, Regino, & alij; eſſe vero abſolutos à iuramento Francos à Romano Pontifice, docent Paulus Diaconus, Vuſperg. & Otto. Sed quid de Stephano dicam ſucceſſore Zachariæ, à quo refert idẽ Abbas Vuſp. & Lambertus auctoritate ſancti Petri obligatos eſſe proceres Francorum, ne alium, niſi ex Pipini ſtirpe Regem præficerent. Addit Sigebertus, anathemate cauiſſe, ne quis alienigena auſus foret regnum inuadere, an non hæc ſunt ad maiorem cautelam, ferendo leges temporales, pœnis adiectis. Quid de Carolo Imperatore creato à Leone Tertio, teſte Eghinato Reginone Vuſpergenſi Auctore inter opera Aimoini, Paulo Diacono, Adone Cedreno, Zonara & aliis referam? ita vt tum primum apparuiſſe gladios dicat Cantius, quos in cæna adeſſe dixerat Petrus, quamuis velit antea etiam exercuiſſe Eccleſiam. Quid de Alexandro Quarto, qui pœna excommunicationis prohibuit Electoribus Imperij Germanici, ne Corradum eligerent Cæſarem, quia foret ſoboles mali parentis Federici Imperatoris, & quia minus, cum adhuc puer foret, aptus eſſet ad regimen imperij? nonne hæc ſunt ad cautelam mali deuitandi, & boni conſeruandi?

Mar. Scot. lib. 3. in Pipino.
Regino anno Dom. incarn. 749.
Sigeber. an. 750.
Aimoin. li. 4 c. 16.
Otto Phyſ. lib. 5 c. 22.
Vuſperg. in Pipino.
Paul. Diac. lib. 22. hiſt. anno 2 Cõſtant. Imp.
Eghin. in vita Caro.
In Metrop. lib. 1. c. 14.

ergo cum adeſt veriſimilis hæc coniectura, vti poterit Papa temporaria coactiua poteſtate; non ergo ſolum ratione neceſſitatis.

RELIQVAE CONFVTANTVR Diſcrepantiæ, Cap. XXII.

QVARTA DISCREPANTIA negabatur poteſtas coërcitiua: in primis hanc refellunt modo dicta: conſtat enim illis probari vim coactiuã in foro externo; & ſummos Pontifices oſtendiſſe vti poſſe, vel vſos eſſe: probant etiam illa, quæ allata ſunt cap. 2. ex communi conſenſu Eccleſiæ in traditione baculi paſtoralis. accedit, quod idem eſt iudex recti, & obliqui, ita in artibus, & ſcientiis non ſolum quæ recta ſunt conſtat aperiri, ſed falſitatem detegi, quo ea vitentur. ita Logica, verbi gr. de elencis ait, & ſophiſmatibus; Phyſica non dari vacuum; Ethica de vitiis euitandis: quare cum practico modo debeat Eccleſiaſticus inducere ex officio homines ad virtutes, propterea vti poteſt poteſtate coactiua, quando contumaces ſint ſubditi, & nolint acquieſcere. Preterea, quia niſi foret eiuſdem poteſtatis inducere ad bonum, & tollere impedimenta (vt dicebamus ſupra) fruſtra foret ea potentia, quæ non ſufficienter poteſt ad eum finem perducere. quare pluribus docet Clemens Alexandrin. eiuſdem eſſe facultatis bene facere, & iuſte punire. Plato, ſcientiæ omnis eſſe vtilia capere, mala abiicere. Ad hæc videmus in naturalibus vim quandam rebus inditam, qua & conſeruent ſeſe, & propulſent contrarium, ita in animantibus eſt vis attractiua, qua alimentum

perci-

percipiunt, & expulſiuà, qua noxia depellant, & excrementa: alia animalia vnguibus, roſtro alia, & ſimilibus ſeſe defendere, an id negabitur in ſpirituali poteſtate ad vtilitatem ſalutis æternæ? quod ſi conceditur ſæculari poteſtati in foro (vt aiunt) contentioſo in ordine ad ſuum finem, poteſtas coactiua; cur non ſpirituali, cum ſecularis poteſtas omnem recte agendi regulam accipiat à ſpiritualibus? & multæ rationes à nobis allatæ hanc diſcrepantiam refellunt, præſertim ea loca diuinarum litterarum allat à initio rationis nonæ; & in calce, vbi docebat Paulus, habere ſe in promptu poteſtatem vlciſcendi omnem inobedientiam; & plura loca ſcriptorum afferemus ſequentibus libris, quibus illa confutatur.

QVINTA DISCREPANTIA: Ex confutatione modo allatę, & aliarũ diſcrepantiarũ apparet repulſa, dum dicebat, non habere Pontificem poteſtatem coactiuam in foro contentioſo circa mores reipub. politicos, & peccata politica; ſi enim ſupremum apicem tenet Pontifex in ſpiritualibus, etiam in moralibus tenet; vnde Hierarca in moribus eſſe aſſeritur; quod ſi eſt diuinæ legis miniſter, etiam morum, quibus inſtruimur in diuina lege, & in ordine ad Deum, & proximos noſtros. Oſtenſum eſt etiam per virtutes Theologicas habere Pontificem imperium in morales, & per eaſdem theologicas dirigere totum hominem, & omnes illius actiones, ita vt per ſpiritualia, & ſacerdotem earum miniſtrũ omnino ordinatus ſit ad Deum vt liquet ex omnibus ferè rationibus præſertim 8. 9. & 10. & eſt hæc diſcrepantia contra plura loca diuinarum litterarum, vt ſuis locis dicetur, Paulus ſane præcipit Theſſalonicenſibus, vt ſubtrahant ſe. *ab omni*, inquit, *fratre ambulante inordinate*. Denique ſi ſuccedit Petrus Chriſto in ſacerdotio, & in regno, diſcrepan-

tia

tia nulla eſt; ſucceſſiſſe autem Petrum etiam in regno, ex parte diximus, & fuſius dicemus ſuo loco.

SEXTA DISCREPANTIA, Adimens Eccleſiæ dominium inter infideles, facile reijcitur: de facto ſane nec in ſpiritualibus. nec in temporalibus ſunt infideles ſubiecti: at de iure ſunt ſubiecti, quod patet ex ſuppoſitione Hierarchiæ ſupremæ Romani Pontificis in toto orbe, tam in moralibus, quam gratuitis ſuper orbem totum, cum totius orbis cura ſit Petro in cunctis ſpiritualibus commiſſa. ratione ergo huius Hierarchiæ poteſt Eccleſia punire delinquentes contra lumen rationis, niſi velint, quæ naturaliter recte agere debent, obſeruare. Faciunt contra hanc diſcrepantiam rationes allatæ ex ſacerdotio parte reipub. in lumine naturali, ex religione non modo diuina ſeu virtutibus theologicis informata; ſed morali naturali, ex ſapientia, & cætera deducta ex vltimo fine, quæ colliguntur etiam ex D. Paulo, vt adnotauimus in ſecunda ratione. Sunt temporalia tota ex ſua ratione ordinata ad bona animi & ſpiritualia; quare apud quoſcumq; reperiantur, ſeu fideles, ſeu infideles illa tota erunt ſubiecta ſupremo Hierarchæ in ſpiritualibus, quamquam id multo magis concludatur de fidelium temporalibus: at certe de infidelium quoque concluditur, & eſſe è ſua natura ordinata, conſtat ex multis dictis à nobis, & adnotauimus alias ex D.Thoma: & fuiſſe huius ſententiæ videtur D.Thomas, cum 2.2. docet merito infidelitatis poſſe priuari dominio ſuper fideles, quod Sanctus intelligit de infidelitate prauæ diſpoſitionis, & habere Eccleſiam inter infideles dominium, habetur etiam ex Alenſe, Bacconitano, B.Antonino, Innocentio, Hoſtienſi, & cæteris Theologis, & Canoniſtis vt diximus cap. 2. Denique hæc, & aliæ diſcrepantiæ facile refelluntur, ſi dicamus

2.2.q10.articulo 10.

Petrum

Petrum Chriſto in Regia dignitate ſucceſsiſſe, quod ex locis diuinarum litterarum in ſequentibus libris apparebit. Quomodo autem Eccleſia tali dominio vti poſſit, ſingillatim dicemus in q. de Eccleſiæ dominio ſuper infideles. Ex his ceteræ, quæ ſequuntur diſcrepantiæ, reiectæ videntur. ſequitur enim ex his eſſe vnum abſolute Eccleſiæ caput viſibile in omnibus, & temporalibus, & ſpiritualibus, quod etiam cap. 2. & in ratione 7. & 9. eſt probatum, & patet: nam vnum eſt viſibile corpus abſolute, vt habetur ex Paulo ad Romanos, qui ſimilitudine naturalis corporis docet, vnum eſſe Eccleſiæ corpus: at corporis naturalis vnum eſt caput, & apparet loqui de viſibili, annumerans ſe, & fideles in illo: *Multi vnum corpus*, inquit, *ſumus*, &c. quare recte Papa puniuit interdum pœnis etiam temporalibus, aliquando leges tulit temporales, & iuſtis de cauſis imperium tranſtulit, diuinitus data poteſtate, & tamquam in omnibus caput.

PAVCIS PRIMVM FVNDAMENTVM ex Ocham relatum refellitur. Cap. XXIII.

ERAT primum fundamentũ Ocham, quo adimebatur dominiũ Chriſto iuxta humanã naturam rerum tẽporaliũ, vt propterea ille diceret Ioan. XXII. hæreticũ, qui determinarat Chriſtum ſecundũ humanam naturã habere temporaliũ rerum dominium; vt appareat ab Ochã hoc nõ recte dictũ, afferemus in præſentia aliquot Patres, & loca Scripturarum, quibus rem probabimus. Et ne quis dicat conuenire Chriſto, vt Deo, vel communicatione idiomatum tale dominium, afferemus auctoritates, quibus dicitur ſecundum humanam naturam conuenire, & licet plures loquantur de dominio a Chriſto meritis mortis acquiſito, ſatis hoc

tia nulla eſt; ſucceſſiſſe autem Petrum etiam in regno, ex parte diximus, & fuſius dicemus ſuo loco.

SEXTA DISCREPANTIA, Adimens Eccleſiæ dominium inter infideles, facile reijcitur: de facto ſane nec in ſpiritualibus, nec in temporalibus ſunt infideles ſubiecti: at de iure ſunt ſubiecti, quod patet ex ſuppoſitione Hierarchiæ ſupremæ Romani Pontificis in toto orbe, tam in moralibus, quam gratuitis ſuper orbem totum, cum totius orbis cura ſit Petro in cunctis ſpiritualibus commiſſa. ratione ergo huius Hierarchiæ poteſt Eccleſia punire delinquentes contra lumen rationis, niſi velint, quæ naturaliter recte agere debent, obſeruare. Faciunt contra hanc diſcrepantiam rationes allatæ ex ſacerdotio parte reipub. in lumine naturali, ex religione non modo diuina ſeu virtutibus theologicis informata; ſed morali naturali, ex ſapientia, & cætera deducta ex vltimo fine, quæ colliguntur etiam ex D. Paulo, vt adnotauimus in ſecunda ratione. Sunt temporalia tota ex ſua ratione ordinata ad bona animi & ſpiritualia; quare apud quoſcumq; reperiantur, ſeu fideles, ſeu infideles illa tota erunt ſubiecta ſupremo Hierarchæ in ſpiritualibus, quamquam id multo magis concludatur de fidelium temporalibus: at certe de infidelium quoque concluditur, & eſſe è ſua natura ordinata, conſtat ex multis dictis à nobis, & adnotauimus alias ex D. Thoma: & fuiſſe huius ſententiæ videtur D. Thomas, cum 2.2. docet merito infidelitatis poſſe priuari dominio ſuper fideles, quod Sanctus intelligit de infidelitate prauæ diſpoſitionis, & habere Eccleſiam inter infideles dominium, habetur etiam ex Alenſe, Bacconitano, B. Antonino, Innocentio, Hoſtienſi, & cæteris Theologis, & Canoniſtis vt diximus cap. 2. Denique hæc, & aliæ diſcrepantiæ facile refelluntur, ſi dicamus

2.2. q10. articulo.10.

Petrum

Petrum Chriſto in Regia dignitate ſucceſsiſſe, quod ex locis diuinarum litterarum in ſequentibus libris apparebit. Quomodo autem Eccleſia tali dominio vti poſſit, ſingillatim dicemus in q. de Eccleſiæ dominio ſuper infideles. Ex his ceteræ, quæ ſequuntur diſcrepantiæ, reiectæ videntur. ſequitur enim ex his eſſe vnum abſolute Eccleſiæ caput viſibile in omnibus, & temporalibus, & ſpiritualibus, quod etiam cap. 2. & in ratione 7. & 9. eſt probatum, & patet: nam vnum eſt viſibile corpus abſolute, vt habetur ex Paulo ad Romanos, qui ſimilitudine naturalis corporis docet, vnum eſſe Eccleſiæ corpus: at corporis naturalis vnum eſt caput, & apparet loqui de viſibili, annumerans ſe, & fideles in illo: *Multi vnum corpus*, inquit, *ſumus*, &c. quare recte Papa puniuit interdum pœnis etiam temporalibus, aliquando leges tulit temporales, & iuſtis de cauſis imperium tranſtulit, diuinitus data poteſtate, & tamquam in omnibus caput.

PAUCIS PRIMUM FUNDAMENTUM ex Ocham relatum refellitur. Cap. XXIII.

ERAT primum fundamentũ Ocham, quo adimebatur dominiũ Chriſto iuxta humanã naturam rerum tẽporaliũ, vt propterea ille diceret Ioan. XXII. hæreticũ, qui determinarat Chriſtum ſecundũ humanam naturã habere temporaliũ rerum dominium; vt appareat ab Ochã hoc nõ recte dictũ, afferemus in præſentia aliquot Patres, & loca Scripturarum, quibus rem probabimus. Et ne quis dicat conuenire Chriſto, vt Deo, vel communicatione idiomatum tale dominium, afferemus auctoritates, quibus dicitur ſecundum humanam naturam conuenire, & licet plures loquantur de dominio a Chriſto meritis mortis acquiſito, ſatis hoc

nobis eſt, quo rem noſtram oſtendamus. nam etiam ſanguine ſuo acquiſiuit Eccleſiam, & dominium rerum ſpiritualium: quare ſicut illud tranſtulit in Petrum, ita rerum temporalium potuit transferre. D. Athanaſius explicans ea verba: *Data eſt mihi poteſtas in cęlo, & in terra: Quod merus*, ait, *homo accipit, id ei eripi poteſt, cuius rei ſpeciem in Adam vidimus, quippe qui illud, quod accepit, perdidit: vt autem gratia indemptibilis eſſet, firmaq; hominibus cuſtodiretur, ea de cauſa hãc donationem vt propriam ſibi arrogat, dicitque, ſe poteſtatem accepiſſe vt hominem, quam ſemper habebat vt Deus*. Sic ille. Talem accepit Adam poteſtatem, vt terreſtrium acceperit dominium, Geneſis primo: ſi talem poteſtatem accepit Chriſtus, vt homo, an non rerum etiam terreſtrium accepit?

Athan. ſer. contra Arian.

Epiphanius: *Deinceps* regnauit *Rex alienigena Herodes, & non amplius ſucceſſores Dauid diadema imponebant, translata Regia ſede in Chriſto ad Eccleſiam; & à domo quidem carnali Iuda, & Iſrael regia dignitas translata eſt; firmiter autem ſedeat thronus in ſancta Dei Eccleſia in æternum ex duplici origine dignitatem habens, Regia, & Sacerdotali: & Regiam quidem à Domino Ieſu Chriſto iuxta duos modos, & quia eſt ex ſemine Dauid Regis ſecũdum carnem, & quia ipſe eſt maior Rex a ſeculo ſecundum dignitatem ſacerdotalem, quia ipſe Põtifex*. En vt firma permanet (vt dicebat Athan.) poteſtas in hominibus, quia translatus eſt thronus Regius vice Chriſti in Eccleſiam, in qua manet in æternũ.

Epipha. hæreſ. 29.

Niſſenus: *Datus eſt illi honor, & imperium, & regnum; & omnes populi, tribus, & linguæ ſeruient illi; poteſtas eius poteſtas ſempiterna, quæ non pertranſibit, & regnum eius non euertetur: & quis eſt hic quaſi filius hominis, qui poteſtatem accepit abſolutam in omnes, ac ſempiternam: homo quidem omnino nullus, ſed ipſe Deus, & ho-*

Niſſ. in fragmẽ quæ extant tom. 3. Biblioth. Sã. ctor. Patrũ.

& homo Chriſtus, de quo & Dauid Deum, ac Patrem ſic alloquitur: Deus iudicium tuum Regi da; & iuſtitiam tuam filio Regis. Chriſtus enim, vti Deus, & Rex eſt, & filius Regis; *& vti homo, factus eſt Rex, & filius Regis, nempe Dauidis, ex quo poſtea, Data, ait, mihi omnis poteſtas in cęlo, & in terra, ad quem Pater, poſtquam vt homo poteſtatem accepit, Sede, inquit, à dextris meis, etc.* Titus Boſtror. Epiſcopus: *Ille, cum vniuerſæ creaturæ opifex conditor foret ratione humanæ naturæ ex liberali patris donatione recepit gentes in hæreditatẽ: Poſtula a me (ait per Prophetam) & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* & paulo poſt: *Erexit cornu in domo Dauid: cornu in ſacris litteris modo pro regno, modo pro robore, vel potentia vſurpatur: vtrumque autem in Chriſtum, qui ex familia Dauid originem ducit, appoſite quadrat; ipſe enim eſt Rex Regum.* Sic Titus.

Pſal. 71.

In comm. in Luc. in c. prim.

Chryſoſtomus: *Ecce omnia quantæcunque virtutis ſint, ſubſtrauit Chriſti pedibus, nempe Deus, nec vtcumque effecit ſuperiorem, quaſi præficiens iſtis per comparationem; verius quaſi dominum ſeruis ipſum cunctis anteponens (papè quam ſtupenda ſunt hæc, quantæque plena formidinis ecce) vt homini Chriſto omnis creata virtus quaſi ancilla domino ſubſtrata eſt, idque propter inhabitantem in ipſo* Deum *verbum.* & iuxta humanã naturã omniũ dominiũ accepiſſe docent Theodor. Baſil. Cyril. quos infra afferemus. Ad Latinos. Bern. *Nec dulcius, ſed nec arctius regnũ, ſacerdotiumq. coniungi, ſeu copulari in inuicem potuerunt, quã in perſona Domini ambo hæc pariter conuenirent, vt pote, qui factus eſt nobis ex vtraque tribu ſecundum carnem ſummus Sacerdos, & Rex, non ſolum autem, ſed & commiſcuit ea nihilominus, ac confæderauit in ſuo corpore, quod eſt populus Chriſtianus, ipſe caput illius, ita vt hoc genus hominum Apoſtolica voce genus electum, regale ſacerdotium appelletur.* Primaſius: *Conſtituit ergo Deus Pater filiũ hæredẽ vniuerſorum, hoc eſt, totius mũ-*

Chryſoſt. in comm. in c. 1 epiſt. ad Eph. hom. 3.

Ber. ep. 143. ad Corrad.

In cõment. in 1. c. epiſt. ad Hebr.

di, ſeu omnium creaturarum, non tamen ſecundum diuinitatem, qua coæternus eſt Patri, & coæqualis illi in omni potentia Deitatis, ſed potius ſecundum humanitatem à verbo aſſumptam, conſtitutus eſt ille dominus, & hæres ſuper omnẽ creaturam. Anſelmus: Quem ipſe Pater ſecundum humanitatem conſtituit iam immutabilem hæredem vniuerſorũ, id eſt poſſeſſorem omnium creaturarum, atque totius mundi dominum. Idem & clarius Caſſiodorus. Ricardus de S. Victore: Habet in veſtimento, et in fœmore ſuo ſcriptum: Rex Regum, & Dominus Dominantium, quia ſecundum ſuam etiam humanitatem, & ſecundum illam, quam de SS. Patribus originem habuit ſe demonſtrat omnibus prælatum, poteſtatẽ namque, quam habet ſecundum diuinitatem, per naturam illã habet ſecundum humanitatem per gratiam. Auguſtinus: Si contingat filium cuiuſquam Regem fieri patre priuato, non erit dominus patris; & inf. Ergo eo ipſo, quod carnẽ accepit Chriſtus, quod in eadem carne mortuus eſt, quod in eadem carne reſurrexit, quod in eadem carne aſcendit in cælum, & ſedet ad dexteram Patris, & in eadem ipſa carne ſic honorata, ſic glorificata, ſic in cæleſtem habitum commutata, & filius eſt Dauid, & dominus eſt Dauid: ſecundum enim hanc diſpenſationem tranſitus Chriſti etiam illud ab Apoſtolo dicitur, Propter quod illum exaltauit a mortuis, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen; vt in nomine IESV omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, vbi erat Dauid, et non ei ſit Dominus in cælo ſit, in terra ſit, in inferno ſit, dominus eius erit, quia eſt Dominus cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Sic Auguſt. eadem S. Proſper. S. Maximus: Adorent itaque Magi Dominum, et offerant munera, vt impleatur, quod ait ille præcipuus Prophetarum Dauid: Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam, & honorem. Domino, & Domino, quod ait Dominum illum eſſe ſecundum Deum Dominũ, & ſecundũ hominem myſtico ſermone declarat, & mox; quomodo ergo non priuilegio vtriuſque ſubſtantiæ Dominus eſt omnium Chriſtus, qui ſibi vniuerſa creatione, aut redemptione ſubiecit? Afferte inquit, Domino gloriam, & honorẽ. Et ſic etiã Ambr. & ſimili modo alij loquũtur. Ex quibus lubet argumẽtari: Chriſtus eſt quidẽ æqualis Patri, Chriſtus eſt riſibilis; at æqualis Patri ſecũdũ diuinitatẽ, riſibilis ſecundũ humanitatẽ. ergo cũ dicãt Patres habere dominiũ omniũ ſecundũ hu-

Anſel in commen. in c. 1. ep. ad Heb.

Caſſio. in pſ. 2. in ea uerba poſtula à me.

Ricard. in comm. in c. 19. Apocal.

Aug. in pſ. 109.

S. Proſper in comm. in pſ. 109.

Maxim. homil. 2. de Epiph.

Ambroſius Auguſtin. et alij citati lib. 4. c. 5.

ma-

manitatẽ, reuera ſecũdũ talẽ naturã à diuina diſtinguẽtes, dominiũ accepit, licet etiam habeat ſecundũ diuinitatem. quod ſi qui Patres non habuiſſe Chriſtũ dicunt, loquuntur de vſu poteſtatis, præſertim quoad apparentẽ quandã gloriã externã in vita mortali inſtar aliorũ Regũ in armis bellicis; quia noluit vti ea poteſtate, vel quia nõ a cauſis corruptibilibus, vel quia non tantum terreſtriũ, vel alia ratione, vt diximus in q. de dominio Chriſti. Sed rẽ paucis ex diuinis literis oſtẽdamus. Eph. 1. *Secundũ operationẽ virtutis eius Dei, quã operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans eũ a mortuis, & conſtituens ad dexterã ſuã in cæleſtibus ſupra omnẽ Principatũ, et Poteſtatẽ, & Virtutẽ, & Dominationẽ, & omne nomẽ, non ſolũ quod nominatur in hoc ſeculo, ſed etiã in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipsũ dedit caput ſuper omnẽ Eccleſiã.* Dicitur poteſtas regia dñium directũ, & abſolutũ in tẽporalia: ſi itaq; cõſtitutus eſt ſupra omne nomẽ, quod nominatur in hoc ſeculo, quõ nõ accepit ſuper Reges directe poteſtatem tẽporaliũ? aut nõ eſt Rex ſecundũ humanã naturã, ſecundũ quã dicitur ſuſcitatus à mortuis? atqui dominium generale in omnibus accepiſſe, docẽt Patres hũc locũ exponẽtes Chryſoſt. Theodor. Cyrill. Oecum. Theophyla. Ambr. Hilar. Primaſius, Bruno, Anſelm. Sedulius, Leo Magnus, & Synodus Romana, & D. Thomas, Magiſter ſentent. & alij plures. Ad Heb. 2. verba facit Paulus de Chriſto; *Minuiſti*, minutus eſt autẽ ſecundum humanã naturã, *paulominus ab Angelis, gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ; omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. in eo enim, quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectũ ei.* 1. Cor. 15. *Cum autẽ dicat, omnia ſubiecta ſũt ei, ſine dubio præter eũ, qui ei ſubiecit omnia*: certe dominiũ regiũ eſt aliquid creatũ: at Paulus Chriſto homini oĩa ſubiecta affirmat, vno excepto Deo, *Præter eũ*, ait, *qui ei ſubiecit*. quare etiã terreſtria Chriſti humanitati ſubiecta docet Ambr. licet nõdũ ſint quoad executionẽ. Eadẽ Ruper. & vniuerſale dominiũ in omnibus datũ eſſe affirmãt Vigil. Mart. Eligius Nouicom. Epiſc. Greg. Aug. Algerius, Caſsiod. Beda, Sedulius, Anſelm. Hugo, Chryſoſt. Theodor. Theophylact. Oecumenius, Anaſtaſius Synaita:

Chryſ. Theodor. in hunc locum. Cyrill. de recta fide ad Regin. Oecumen. Theophyl. Ambroſ. in hun. locum Hilar. 11. de Trin. Primaſius. Bruno. Anſel. Sedul in hũc locum. D. Tho. Magiſt. in comment. Ambroſ. in comment. Ruper. in c. 2. Dan. Vigil. li. 1.

Pſal. 2.

Digitized by Google

Pſal. 2. *Ego autē conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montē ſanctũ eius, prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*. Eſt hic ſermo de humana natura; eius enim eſt poſtulare; porro Paulus hunc locum ad reſurrectionem adaptat. Baſilius: *Neq; dũtaxat ſuper Sion regnũ obtinuit, ſed ſuper uniuerſam creaturã* & mox: *Cum ſit, vt Deus omnium Dominus, vt homo tamē horũ dominium a Patre accepit.* Theodoretus: *Non tantũmodo montis Sionis Rex eſt, ſed viſibiliũ, & inuiſibiliũ, totius orbis.* & infra. *Verumtamen cũ Dominus ſit vt Deus, etiã vt homo dominiũ accepit.* Cyrill. Alex. *Regē ſuper Sion montē eius conſtitutũ eſſe non conſequenter diceremus quidquam à Patre illũ accepiſſe, ſed cum ſponte obſequutus patri homo factus eſt, qui omnia poſſidet vt Deus, omnia recepit vt homo, cui regnare aduentitiũ eſt, id eſt, non naturale, creaturæ nũque recte dicitur, quid habes, quod non accepiſti? creatura autē vere Chriſtus, in quãtum homo.* Optatus Mileuitanus cum adduxiſſet hæc verba: *Quid tale infringitis promiſſum, vt a vobis mittatur quaſi in quendam carcerem latitudo regnorũ? quid tantæ pietati obſtare contenditis? quid contra Saluatoris merita militatis? permittite filium poſſidere conceſſa: permittite Patri promiſſa complere: cur ponitis metas? cur figitis limites, cũ à Deo patre tota terra promiſſa ſit? non eſt quidquã in aliqua parte terrarũ, quod à poſſeſſione eius videatur exceptũ, tota* (vide quid dicat) *donata terra cum gentibus ſuis.* Hæc ille. & vniuerſale circa res omnes datũ hiſce verbis dominium habetur ex Auguſtino, Hilar. Vigil. Mar. Fulgent. Anaſtaſ. Synaita, Bernar. Hidelphonſo, Tito, Haymone, Ricardo Pãpol. Ambroſ. Primaſio, Anſel. Brunone, D. Tho. Chryſoſt. Theodor. Oecumenio, Theophylacto, & aliis. quomodo autē ſpeciatim Chriſto ex vnione verbi conueniat omniũ dominiũ, vt habetur ex D. Thoma, Aug. Chryſoſt. Cyrillo, Irenæo, Athanaſio, & pluribus etiã aliis ſupra ex parte citatis dicemus in q. de dominio Chriſti. ſicuti habuiſſe tale dominiũ in vita mortali plures allati Patres affirmãt; & exercuiſſe in mortali vita nonnũquam, nonnulla dicemus lib. 4. c. 6. & lib. 3. cap. item 6. nec mirũ ſi raro exercuit: volebat enim, licet haberet ex vnione Verbi, alio titulo acquirere, nempe

Euth. Elig hom. 4 Greg. homi. 13. in Ezec. Aug in pſ. 8 Alger. lib. 1. de ſacram. corp. & ſanguin. c. 1. Caſſiod Beda. Anſel. Remig. Ruf. in hũc locũ. Vgo in q ep. ad Hebr. q. 25. & 26. 25. & 26. Chryſoſt. Theodor. in priorē epiſt. ad Corint. c. 15. Theophyl. Oecumen Anaſtaſ li. 5. anagoci in examer. Baſilius in ſchol. in 2. pſalm. Cyril. in li. 11. in Ioan. in c. 15. Optatus li. 2. contra Parmen. Caſſiod. in comment. Hilar in cõment. Vigil. lib. 5. cõtra Eut. Auguſt. in commen. in pſal 109. Fulgentius in Arianos. Anaſtaſ. libro 9. Anagoc.

nempe meritis mortis, & conueniens erat quando, vt diui-
næ ſatisfaceret offenſæ, pati volebat noſtri cauſa, & abiectã
vitã ducere, vt media cõuenientia ad eã vitã, & finẽ elige-
ret, & quia ita prędictus erat, vt abiectus foret lapis in vita
mortali, mõs magnus in Eccleſia factus in caput anguli, vt
ex Daniele lib.4. quomodo à re ſimili poteſtate, & habitu
erat penes Chriſtũ gloria corporis, & diſpenſatione quadã
ait D. Thomas fiebat, ne gloria animæ Chriſti, quæ diuina
fruebatur viſione, redũdaret in corpus, nimirũ quo paterε-
tur noſtri cauſa; aliquãdo tamẽ in actũ exiuit ea gloria per
modũ qualitatis vt aiũt trãſeuntis in trãſfiguratione. hinc
Clemens Rom. *Sceptrũ Dei Dominus Ieſus Chriſtus non uenit
in iactãtia ſuperbiæ, cũ poſſet omnia, ſed in humilitate, in tantũ vt
verberatus a miniſtro Sacerdotis reſpõderit: Si male loquutus ſũ,
argue de peccato; ſin autẽ bene, quid me cædis?* Eadẽ docet Cle-
mens Alex. qui propterea deceptos dicit Iudæos expectã-
tes, vt ſubiugaret inſtar cæterorum armis orbẽ terrarum,
& hominum ſtragibus: ſed Chriſtus ipſe apud Ioan. *Vocatis*
ait, *me Magiſtrum, & Dominũ, ſum etenim*: ita tamẽ, vt in me
dio eorũ foret tãquam qui miniſtraret: an non igitur Ioan.
XXII. bene decreuit habuiſſe Chriſtũ ſecundũ humanã na
turam rerũ omnium temporaliũ dominium? ceterum an vo
luerit Põtifex determinare ita ſentiendũ à fidelibus, cũ de
induſtria in ea Conſtitu. permultis diuinarũ litterarũ addu
ctis locis hoc concludat, non auſim determinare; alij id di-
lucident. Fuiſſe autem Chriſtũ dominũ rerũ temporaliũ ſe
cundũ humanã naturã ſæpe in hac prima parte docuimus;
hãc itaq; poteſtatẽ per modũ miniſterij cõicatã Chriſto aſ-
ſerimus; licet enim in Chriſto fuerit poteſtas excellẽtiæ tã
ſpiritualibus, quã in tẽporalibus, tamẽ nõ per modũ excel-
lentiæ communicauit, vt aduertit D. Tho. ſed miniſterij in
ijs, quæ cadũt in vſum humanũ. At qui aiũt Magdeburgẽ-
ſes, Ocham, & Marſil. Chriſtus dixit: *Regnum meum non eſt
de hoc mundo.* Sed cur non aduertunt ibidẽ ſe Chriſtum re-
gem fateri: *Ergo,* ait Pilatus *Rex es tu? reſpondit Chriſtus: Tu
dicis.* quibus ſe Regem eſſe faſſus eſt, vt docent Hilarius,
Tertul-

Bern. lib 3. de conſid. Hidelph de virg. B Maria c.7. Ricar. in commen in pſalm 2. Titus in cõmen. in 1. c. Luca. Haymo in Apo. in c.2. Amb. Primaſ. Anſel. Bruno. D. Tho. Chryſ. Theophy. in 1. c. epist. ad Hebr. in ea verb. quem conſt hæredem vniu. D. Thom in comm. in 1. c. ep. ad Hebr. & 3. p. q. 59. ar. 3. in corp. et ad 1 Iren. 4. contra hæreſ. c. 37. Cyril. lib. ij. in Io. c. 15. et lib. 7. c. 9. Io. 13. Lib. 1. c. 11. & 25 lib. 3. c. 6. & 7. 10 11. 14. li. 4. c. 1. 2. & 3. & ſeq. c. 8. & 9. lib. 5. c. 3. & 8. Theo. 4. ſen. d. 5. Alen 4. p. q. 8. mẽ. 5. a. 1. D. Tho. opu. 20. de regi.

Homo quis me conſtituit iudicē aut diuiſorem ſuper vos? dixitque ad illos videte, & cauete ab omni auaritia: tacite tantum vult corrigere, & oſtendere male egiſſe, quod ſe concionantem interruperit auaritiæ cauſa, & diſſenſionis fraternæ: colligitur hæc ſolutio ex Tito Boſtrorum Epiſcopo, Ambroſio, Theophylacto, Beda, & alijs in eum locum Lucæ: ſolum itaque quoad illum actum per ſe exercendum, veluti quod impedimento foret prædicationi verbi, habetur Christum ex hoc loco noluiſſe eſſe iudicem, exemplo ſuo docentē, non debere Eccleſiaſticos ſeſe implicare rebus ſecularibus, quatenus impedimento ſunt rebus maioris momenti, cum præcipue maioris momenti rebus debeant illi vacare: ideo alijs potius debere demandari leuioris momenti res. & hunc ſenſum expreſſit etiam Bernardus, quem poſtea libro ſequenti adducemus: cæterum poteſtate diuinitus tradita non habetur ex allato loco non fuiſſe iudicem Christum. hæc ſatis in præſentia, aliàs plura dicturi. *Titus, Ambroſ. Theop. Beda in cōment. in Lucam.* *Bern. lib. 1. de conſi. ad Eugen. Papam.*

ALTERVM FVNDAMENTVM Ocham reijcitur, & nonnullæ afferuntur regulę ad explicationem diuinarum litterarum. Cap. XXIV.

IAM ad ſecundum fundamētum Ocham veniamus, quod erat illud, ſi Pontificem Romanum dicimus poteſtatem rerum ſecularium habere, deſtruimus libertatem Euangelicam. Cuius certe conditionis ſit huiuſmodi argumentum, apparet, quod noſtri temporis Hæretici eo paſſim vtuntur, vt conſtet manifeſte, vel ipſos deſūpſiſſe ex Ocham, vel eodem ſpiritu

percitos vſos; ſiue primum, ſiue ſecundum dixeris, ſeu potius vtrumque, nihil refert. videamus an ita ſit, vt Ochã affirmat, & videtur ſatis apertum ex ſupradictis.

Etenim potentię (veluti ſæpe à nobis adnotatum eſt) determinationem ſuam ſumunt à re, circa quam proxime verſantur, itaq; de potentijs iuxta rectum ordinem loquentes (nam niſi poteſtas non ordinetur ad ſuum finem, iam egreditur limites ſuos, & non ea dicenda poteſtas, ſed tyrannis) conſtat, virtutibus naturalibus perfici hominem, intellectualibus, quoad intellectiuam partem; moralibus, quoad appetitiuam: ſi itaque in ordine ad virtutes ſubijcimus ſeculares Principes, & homines, iam iuxta hunc ſenſum perficitur homo, & perficiuntur eius potentiæ, & liberum arbitrium; contra vero ſi dicatur, ſeruus efficitur; ſubijcitur enim ratio ſenſui, & fit ſimilis brutis, quibus cum conuenimus ſenſibus, & ſenſibilibus. id totum ſatis oſtenſum eſt in duodecima ratione, & optime docet Ariſt, lib. 1. Polit. c. 3. & præterea Socrates, Plato; & alij relati c. 14. 15. & 16.

Quod dicimus de virtutibus naturalibus, multo magis de virtutibus ſupernaturalibus dicendum eſt, quibus eleuatur homo ad altiſſimum gradum per Chriſti merita, ita vt dederit nobis poteſtatem filios Dei fieri, & vt ſimus *diuinæ conſortes naturæ*, teſte Petro, quod fit per fidem charitate informatam; ſimuſq; hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti. Cum itaque non aliam aſſeramus habere Pontificem poteſtatem niſi in ordine ad ſpiritualia, ſiue naturalia, ſiue gratuita, iam plane liquet maxime nobilitari hominem huiuſmodi ſubiectione; contra vero effici maxime ſeruum, cum ab ea recedet, & miſeræ libertatis nomine fit ſimilis brutis, vt dici meritò poſſit. *Homo cum in bonore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.*

1. Pet. 3.

Pſal. 48.

Sunt

Sunt Sacerdotes diuinorum miniſteriorum diſpenſatores; ipſi enim ſunt miniſtri gratiæ, & Spiritus; mediatores inter Deum & hominem, per quos deriuantur maxima in nos dona; per eos enim regeneramur, & membra Eccleſiæ efficimur; per eos abſoluimur à peccatis, & tanquam per miniſtros Sacramentorũ, gratia, & maxima quæque in nos bona deriuantur, veluti colligitur ex Concilio Pariſienſi ſub Ludouico Pio lib. 3. c. 8. 9. 10. & ſeq. Aquiſgran. ſub eodem Ludouico parte 3. c. 8. 9. & ſeq. Chryſoſt. Proſpero, & alijs Concilijs, & Patribus; & ex Ethnicis id docent Iamblicus, & Plato, quos retulimus ſupra cap. 15. & 16. Hæc eſt libertas, quam extollunt diuinæ litteræ ad Roman. 6: *Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi facti eſtis iuſtitiæ*; & ad Galatas cap. 5. *Vos in libertatem vocati eſtis, tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſeruite inuicem*, & deinceps explicat, vitijs nos fieri ſeruos, & Sancti Spiritus fructibus liberos; vnde Clemens Alexandrinus Panteni martyris diſcipulus, præceptor vero Origenis: *Plato in Alcibiade rem quidem ſeruilem dicit vitium, virtutem vero rẽ liberalem: tollite, inquit, à vobis iugum graue & ſumite leue, ait ſcriptura, quemadmodum etiam uocant Poetæ iugum ſeruile: & illud venundati eſtis peccatis veſtris, ijs, quæ prius dicta ſunt conuenit; omnis ergo qui facit peccatum, ſeruus eſt, qui eſt autem ſeruus, non manet in domo in æternum, ſi autem vos filius liberauerit, liberi eritis, & veritas liberabit vos*. hæc Clemens 2. Stromatum non longe ab initio. Idem docuere Amb. Zeno & Stoici, quos adduximus c. 10. & plura huiuſmodi afferri poſſent, quibus oſtenditur peccato nos fieri ſeruos, gratia liberos; & latius ſupra oſtendimus, gratia ſanari liberum arbitrium, & fide perfici intellectum, & per ſubiectionem in ordine ad bona naturalia, & gratuita conſequi Reges omnem felicita-

Chryſ. lib. de Sacerd. & Hom. 5: quod. orat. Proſp. de vita con. lib. 2 c. 2.

Amb. lib. 2. ep. 7.

tem, temporalem, naturalem rationis, & æternam, & ſupernaturalem; vt non ſit neceſſe repetere.

Neſciuit Ocham diſtinguere inter dominium ſeruile tyrannicum, & inter dominium politicum, ſeu regitiuum ad virtutem: non enim eſt ſubiectio hæc à nobis aſſerta dominij ſeruilis & tyrannici, ſed Politici, & regitiui in ordine ad virtutes, & ſupernaturalia bona, in ędificationem, non in deſtructionem: quamquam enim Papa, cum ſit ſummus Hierarcha in ſpiritualibus, nulli ſubiacet poteſtati, ſubiacet tamen rationi, & diuinæ legi, vt ſupra adnotabamus: & propterea cum Noua Euangelij lege abolita ſit vetus lex, quoad ipſa ceremonialia, licet remanſerit quoad moralia, non poteſt cogere Papa ad obſeruationem Veteris legis, quoad ceremonialia.

D. Thom. 1. 2. q. 103. ar. 3.

Ocham 1. p. Dialo. tract. 2. lib. 2. c. 23.

Nonne Ocham docet alibi, & probare contendit, Reges tantum ex duplici capite poſſe res ſibi ſubiectorum accipere, vel ratione delicti, vel ratione boni communis? cur itaque non hoc modo ſuper Reges habere temporariam poteſtatem docuit, vel impugnauit? quę malum eſt iſta tua oſcitantia Ocham? Apparet manifeſte te malo ſpiritu ductum, voluiſſe detrahere Pontificiæ dignitati, & cum adhæſiſſes vnà cum Michaele Ceſenate tuo Ludouico Bauaro, ſtuduiſſe ipſum Ludouicum infenſum reddere Pontifici; ſed quam tandem mercedem propterea conſequutus es? quod præmium? vna cum iſtis, quibus adhęſiſti, excommunicationi fuiſti ſubiectus, & tui damnati libri contra Pontificem, eiuſq; poteſtatem ſcripti, tua maximà apud omnes poſteros ignominia, tuo maximo dedecore. Hæc circa Diſcrepantias, & Fundamenta allata dicta ſunto.

Duo tamen præ cæteris adnotanda ſunt. Primo plura argumenta quę adduximus ad alicuius Diſcrepantiæ confutationem, facere etiam contra alias, nos tamen

conſulto

conſulto prætermiſiſſe; ne crebra repetitione moleſtia afficeremus Lectorem; ſi quis tamen multa argumenta conſideret, videbit ea, quę adducuntur in confutatione vnius Diſcrepantiæ, facere ad confutationē alterius.

Secundo adnotandum eſt, multa, quæ opponuntur ab impugnatoribus temporalis Eccleſiæ iuriſdictionis, optime retorqueri poſſe in illos, quo regia poteſtas impugnetur; ita vt ſi conceditur Regi ea poteſtas, multo magis debeat Pontifici concedi, & propterea ſi adducuntur illæ rationes, quo tollant iuriſdictionem temporalem Eccleſię, multo magis tollunt Regiam poteſtatem, vel minuunt: Exempli cauſa: conceditur Regi (vt aduertebamus) in ordine ad rectam vitam ſecundum rationem coactiua poteſtas, quia nimirum aſſumitur in ordine ad bonum ſecundum rationem finem Reipublicæ; eadem debet multo magis concedi Pontifici ob ſupremam Hierarchiam in ſpiritualibus: conceditur Regi in ordine ad eundem finem poteſtas nō ſolum ſecundum neceſſitatem, ſed etiam conſeruationem, & progreſſum eiuſdem finis, multo magis Pontifici ob eamdem Hierarchiam: quod ſi tollatur à Pontificia dignitate, pari modo, & multo magis debeat tolli à Regia: & plura poſſent adduci ad huius rei explicationem, quę facili negotio quis aliqua ſolertia præditus inueſtigare poterit. ſatis nobis in vna vel altera re adduxiſſe exemplum, in ijs quæ à nobis ſupra allata fuere; vt plane liceat colligere, nos aſſerentes temporalē Eccleſiæ Iuriſdictionem, eamque defendentes, velle aſſerere Regiam, eamque defendere.

Sed iam reiectis Diſcrepantijs, quibus detineri poterat animus, ne aſſentiretur temporali Eccleſię Monarchiæ; liberę diſputationis laxandæ ſunt habenæ, ſic enim inferere facilius noſtris probationibus poterimus, temporalis Monarchiæ ſententiā, quaſi dumetis & fru-

Digitized by Google

ticibus ex agro auulſis. recte enim ille.

Qui ſerere ingenuum volet agrum,
Liberet arua prius fruticibus
Falce rubos, felicemq; reſecet,
Vt noua fruge grauis Ceres eat.
Dulcius eſt apum mage labor,
Si malus ora prius ſapor edat:
Gratius aſtra nitent, vbi Notus
Deſinit imbriferos dare ſonos:
Lucifer vt tenebras pepulerit,
Pulchra dies roſeos agit equos.

Boetius.

Ita Ariſtoteles & in octo libris Naturalis philoſophiæ initio antiquorum refellit opiniones, priuſquam ſuam aperiat de principijs naturalis mutationis ſententiam: idem facit in libris de Cælo & Mundo, in lib. de Anima. itaque quo præfato ordine, vt polliciti ſumus, rem à diuinis litteris aggrediamur, præmittemus nonnullas regulas à SS. Patribus acceptas, quibus maxime vtemur, vt rem noſtram è ſacris litteris probemus.

Prima regula, quæ ſatis trita eſt, & vnicuique obuia, cum ex antecedentibus contextum ſermonis, & ſubſequentibus germanus ſenſus loci colligitur. habetur hæc regula ex D. Auguſtino multis in locis ex lib. 3. de Doctrina Chriſtiana c. 2. de Geneſi ad litteram lib. 1. cap. vlt. Contra Fauſtum Manichæum lib. 9. c. 6. & 7. ex Origene in c. 3. Epiſt. ad Rom.

D. Auguſt.

Secunda regula eſt, cum vnus locus diuinæ ſcripturæ per alium eiuſdem ſcripturæ exponitur: ex eodem Auguſtino 3. lib. de Doctrina Chriſt. c. 26. & ex Origene loco citato, qui hunc morem eſſe Pauli demoſtrat.

Tertia regula, in explicandis diuinis litteris præcipue attendendum, quæ ſit Patrum expoſitio. rationibus enim (vt colligitur ex eodẽ Aug.) exponere ſacram Scripturam, & nõ auctoritate, periculoſum eſt: in eodem lib.

Auguſt.

lib.de Doctrina Chriſtiana cap. 28. *Ab Euangelica:* addit Leo Magnus in epiſtola ad Martianum Auguſtum: *Apoſtolicaque doctrina, ne vno quidem verbo liceat diſcedere, aut aliter de ſcripturis ſacris ſapere, quã Beati Apoſtoli, & Patres noſtri didicerunt, atque docuerunt.* quare recurrendum ad Patres cum *Spiritu Dei loquuti ſint* teſte Petro *ſancti viri Dei*: & horum ſtandum interpretationibus;non illorum, qui pro arbitrio exponunt: *Sunt enim* ait Clem. Alex. *ſacerdotes, qui cum liceat ex ipſis ſcripturis diuinis conueniẽtes colligere demoſtrationes, id omnino nõ faciũt, ſed quod eorũ voluptatibus ſuffragatur, eligunt; gloriæ autẽ tenentur deſiderio, & ea, quæ è ſua natura conueniũt ſermonibus diuinis inſpiratis, tradita à Beatis Apoſtolis, & magiſtris ſua ſponte, & fallaci ſapientiæ ſimulatione corrumpunt, per alias tractationes, humanis doctrinis reſiſtentes diuinæ traditioni, vt hæreſim conſtituant.* hæc antiquus Pater, qui plura in hanc ſententiam ibidem docet clarius. Eadem Clemente antiquior, & proximus Apoſtolorum temporibus Irenæus martyr: *Eis* ſubiungit, *qui in Eccleſia ſunt, præsbiteris, obaudire oportet, qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, ſicut oſtendimus, qui in Epiſcopatus ſucceſſione chariſma veritatis certum ſecundum placitum Patris acceperunt, reliquos vero, qui obſiſtunt, à principali ſucceſsione, & quocumque loco colliguntur, ſuſpectos habere vel quaſi hæreticus.* ſic Papiæ & Polycarpi diſcipulus cũ autẽ dicat: *Qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis*: & infra: *qui obſiſtunt à principali ſucceſſione* (ſicut oſtẽdimus) alludit ad ſuperiorẽ lib. vbi de principali ſucceſſione ab Apoſtolis deriuata Romanorũ Epiſcoporũ ſermonẽ habet, texens eorumdem Pontificũ Romanorũ cathalogũ à B. Petro vſq; ad ſua tempora: *Ad hanc* dicens, ſcilicet Romanam Eccleſiã, *propter principaliorẽ principatũ neceſſe eſt omnem cõuenire Eccleſiã, hoc eſt eos, qui ſunt*

vndique

Leo Mag. in epiſt. 44.

D. Petr. ep. 2. c. 1.

Clemens 7. Strom. non longè à fine.

li b. 4. c. 43.

vndique fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ ab Apoſtolis eſt traditio. hucuſque S. Martyr.

Volunt itaque hi Patres ſtandum hiſce Doctoribus, & Epiſcopis, qui ſucceſſionem habuerunt ab Apoſtolis, præcipue autem Romanis Pontificibus, ita vt omnes Eccleſiæ ab illius pendeant iudicio: *Neceſſe eſt* enim ait Ireneus, *ad Romanam omnes conuenire Eccleſiam*, eos vero qui ab hac principali ſucceſſione recedunt, ſuſpectos eſſe; immo qui non colligit cum Romano Pontifice, ſpargit, vt Cyprianus ait epiſtol. 25. & Hieronymus ad Damaſum, & alij Patres. Ideo Theodoretus Epiſcopus Cyrenſis in epiſtola ad Leonē Papam: *Ad ſolium veſtrum Apoſtolicum accurrimus, vt à vobis medicinā vlceribus Eccleſiarū feramus: per omnia enim Vobis conuenit primas tenere*, & in epiſt. ad Renatum tituli Sancti Clementis præsbiterum Cardinalem: *Habet enim ſanctiſsima illa Sedes Romana omnium per orbem Eccleſiarum ducatum, & principatum, multis quidem de cauſis, præcipue vero quod hæretica labe immunis permanſit, & nullus, qui cōtraria ſenſit veritati, in illa vnā, quā ſedit, ſed Apoſtolicam gratiā integrā, & immaculatam ſeruauit*. hæc ille. igitur etſi habenda eſt ratio eorum Doctorum, qui communicant cum Romana Eccleſia, & propterea Catholici fuerunt, præ omnibus tamen quid Romani Pontifices locum Petri tenentes docuerunt; atque adeo hoc verum eſt vt ſcribant ad Theodorum Papam Africani Epiſcopi, in antiquis regulis poſitum eſſe, vt non prius quidquam tractetur vel determinetur, quam ad notitiam Romani Pontificis fuerit deductum, & iuxta eius ſententiam res tota firmetur. habetur ea epiſtola in Concilio Lateranenſi ſub Martino Primo conſul. 2. afferentur verba initio Sexti libri, cum teſtimonia ſummorum Pontificum afferemus.

Hinc

Hinc propterea ad Romanam Eccleſiam ſemper recurrẽdum eſſe, ſicuti olim in veteri lege ad ſummum Sacerdotem in rebus difficilioribus, & ambiguis, late alias oſtẽdimus ex Patribus, Cõcilijs, & Sũmis Pontificibus.

Quarta regula. Plura in typo, & ex parte pręceſſerũt, quæ intelliguntur omni ex parte completa in Chriſto; ita Hieronymus in cap. 11. Danielis ea, quę dicuntur in Pſal. 71. ex parte præceſſiſſe in Salomone demõſtrat: aliqua vero eſſe, quę non poſſint de illo intelligi oſtendit, eaque omni ex parte in Chriſto completa: *Ex parte autem*, dicit ille, *& quaſi in vmbra, & imagine veritatis præmiſſa ſunt, vt in Domino Saluatore perfectius implerentur*. idem docet Auguſtinus lib. vno de vnitate Eccleſiæ c. 8. quæ regula colligitur etiam ex Cyrillo, & alijs Patribus. ita Paulus ad Hebręos verba Pſal. 8. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius* ad Chriſtum refert, cum tamen ea etiam de Primo homine intelligantur, vt exponit Ambroſius, Chryſoſtomus, Theodoretus, & cæteri. *Cyrill. lib. 1 in Geneſ.* *Ambroſius Chryſ. Theodor. in com. in pſ. 8.*

Ex qua re colligitur, ſub vna littera eſſe etiam plures ſenſus litterales, quod docet D. Thomas, & alij Theologi, etenim in loco citato Pſ. 8. vere Dauid loquitur de Primo homine, & vere idem intelligitur de Chriſto: vere Pſ. 71. fit ſermo de Salomone, idem tamen de Chriſto intelligitur. plura huiuſmodi paſſim in diuinis litteris reperies, vt latius dicemus Lib. 5. c. 11. ſunt itaque in vno, & eodem textu plures litterales ſenſus. & de regulis ſatis, quantum ad rem noſtram in præſentia faciebat. Nunc rurſus Chriſti, atque Dei genitricis, & S. Petri auxilio implorato, alio facto principio diſputationem aggrediamur. *D. Thom. 1. par q. 1. art 10.*

FINIS LIBRI PRIMI.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE TEMPORALI ECCLESIAE MONARCHIA, ET IVRISDICTIONE

Liber Secundus.

IN QVO VARIAE EX NOVO Teſtamento auctoritates adducuntur.

LOCVS EX I. EPISTOLA PAVLI ad Corinthios effertur, unde temporalis Eccleſiæ Iuriſdictio, & Monarchia probatur. Caput. I.

SVNT multi ex Nouo Teſtamento loci, qui afferri poſſunt ad probationem temporalis Eccleſiæ Iuriſdictionis. Primus autem deſumitur ex priore Epiſtola Pauli ad Corinthios cap. 6. is enim, quaſi præcipuus, anteponẽdus cæteris videtur; igitur ſic Paulus alloquens Corinthios.

PRIMVS locus ex diuinis litteris.

Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos: an neſcitis, quia ſancti de hoc mundo iudicabunt? et ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis? neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis

Primum caput conſtãs ex rationibus effertur.

magis ſecularia? igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui in Eccleſia ſunt, illos conſtituite ad iudicandum, ad verecundiam veſtram dico, ſic non eſt inter vos ſapiēs qui quam, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum? ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles: iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis? hucuſque Paulus ſcribens ad Eccleſiam Corinthiorum. locus hic plane confirmat, apud omnes Epiſcopos eſſe poteſtatem coactiuam in laicos ſibi ſubiectos rerum temporalium. apparet id multis rationibus.

PRIMVM Argumētū.

1. Quid enim cauſæ eſt, vt tam acriter audaciæ reprehendat Corinthios Paulus? licet enim ſine peccato ſua repetere; & non repetere in rebus proprijs ſine alterius iniuria, perfectionis eſt, & ad huiuſmodi perfectionem omnes & ſingulos nec Chriſtus arctauit, nec Paulus citatis verbis, vt colligitur ex Alenſe, D. Thoma, Baſilio, Theodoreto, Ambroſio, Brunone. poterant merito Chorinti dicere, Ethnici dominantur, ipſi ſunt Iudices rerum temporalium, meum iure repeto, non eſt cur tam acriter nos Corinthios reprehendas; cum itaque Paulus audaciæ, tam acriter Eccleſiam Corinthiorum reprehendat: *Audet*, inquit, *aliquis veſtrum*, &c. & velit, debere iudicia rerum temporalium, cum alter Chriſtianus aduerſus alterū Chriſtianum habet negotium, fieri apud Sanctos, ſeu fideles, re vera erat talis poteſtas rerum temporalium in Eccleſia, quam alloquitur Paulus, & coactiua, ſicut erat illa Ethnicorum, quam è regione confert cum Eccleſiaſtica: immo maior; cum poſtponi debeat ex ſententia Apoſtoli tribunal Ethnicorum, & prohibeatur adeundum in rebus temporalibus, de quibus omnium conſenſu fit hic ſermo, vt ex ſequentibus patebit.

Alē. 2. par. ſum. q. 169. memb. 7. 3. parte q. 48. memb. 5. ad 3. arg. D. Thomas. Baſil. Theodor. Ambr. Brun. in cōmēt. vel in explica. huius Paul. loci. verba illorum infra afferuntur.

SECVNdum Argumentum.

2. *An neſcitis*, dicit Paulus: *Quoniam ſancti de hoc*

mundo

mundo iudicabunt? etſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis?

More ſuo Paulus vſurpat propoſitionem: *In* loco, *Per*, dum ait, *in uobis*; ideſt, *per vos*. ita alibi; *inſtaurare omnia in Chriſto quæ in cælis, & quæ in terris*, id eſt, per Chriſtũ. putat Chryſoſtomus verborum Pauli hunc eſſe ſenſum, vt indigni ſint Chriſtiani minimis iudicijs, videlicet, Ethnicorum tribunali. Latini ita exponunt, vt ſi iudicaturi ſint ſancti mundum, multo magis poteſtatem habeant iudicandi ſecularia: Græce ita legitur, *ἀνάξιοί ἐςε κριτηρίων ἐλαχίςων*, id eſt, indigni eſtis minimis iudicijs. Poteſt vtraque lectio coniungi, vt Chriſtiani indigni ſint Ethnicorum tribunali, ſeu indignum ſit, vt adeant; & Eccleſia habeat poteſtatem iudicandi, & propterea ipſam adeant: & ita voluiſſe conſtat Chryſoſtomum, & Theophylactum. quod ſi efferatur Græca lectio per interrogationem, magis redditur ſenſus Latinorum: ſic vertit Syriaca Editio, quæ ita habet: *An neſcitis, quod ſancti mundum iudicabunt? quod ſi per vos iudicabitur mundus, indigni eſtis dirimere minima iudicia?* hunc eumdem ſenſum reddit noſtra verſio Latina, quæ magni fieri debet: *Indigni eſtis*, ait, *qui de minimis iudicetis*: non dicitur *iudicemini*, ſed *iudicetis*. quo loquendi modo ſignificatur poteſtas actiua iudicandi res ſeculares. Et ita etiam videtur dicendum, quia Apoſtolus infra etiam ex Angelica natura ſimili modo argumentatur. Quibus explicatis conſtat penes Eccleſiam, & viros Eccleſiaſticos eſſe ſupremam rerum ſecularium iudiciariam poteſtatem, eamque coactiuam; quo vtamur conſueto modo loquendi in Scholis: ſi enim ſancti, & perfecti viri, in quo ſtatu ſunt Epiſcopi, (ſunt enim in ſtatu perfectionis exercendæ, vt docet D. Thomas & alij) re uera iudicabunt mundum, non per ſolam comparationem, & approbationem

Coloſ. 1.

2. 2. q. 43. art. 6.

nem, ſed etiam per poteſtatem, & auctoritatem quamdam, quatenus in illis continebuntur decreta diuinæ iuſtitiæ, & nota ab eis fiet, & approbabitur lata Iudicis Chriſti ſententia, vt docet Ricardus, Vgo, D. Thom. & alij Theologi; erit iam directe iuditiaria poteſtas coactiua in Reges, & Laicos omnes: argumentatur enim Apoſtolus à iuditiaria poteſtate rerum ſuperiorum, ad amplificandam poteſtatem circa res minores, videlicet ſeculares, & propterea erit apud viros Eccleſiaſticos poteſtas coactiua directe iudicandi ſecularia; ſed longe amplior, quàm apud Ethnicos foret, aut quoſcunque alios.

Ricardus. de finali iudicio. Vgo in epiſ. ad Chor. 1. q. 48. D. Thom. 4. ſent. di. 47. q. 1. art. 1.

TER. Arg. 3. Rurſus verò Apoſtolus a ſuperioris ordinis rebus facit conſequentiam, nimirum ab ipſis Angelis: *Neſcitis, quia Angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia?* græcè ſæcularia *βιωτικά*, quo verbo non tàm, quæ ad victum ſpectāt, quàm illa omnia, quæ gratia ſunt vitæ, & ad humani corporis vſum ſignificantur; dicuntur enim *βιωτικά ἀπο τȣ̃ βίȣ*, ita verſio Syriaca habet, *Quæ ſunt huius ſeculi*: Chryſoſtomus: *Si iudicabimus, quæ excellentioris naturæ, multo magis, quæ eiuſdem ſunt naturæ nobiſcum*: Greci & Ambroſius *corporalia*, explicant: alij Latini *res mundanas*, ſeu *res huius ſæculi*; nemo vero ignorat iuditij collatione in diuinis litteris ſignificari vim etiam coactiuam iudicandi: Pſa. 71. *Deus iuditium ſuum Regi da*; quæ verba communi conſenſu Patrum de Chriſto ſecundum humanam naturam exponuntur, cui Pater *dedit iudicium facere, quia filius hominis eſt*: & ipſe Paulus in hac Epiſtola cap. antecedenti: *Iudicaui, vt præſens eum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu tradere huiuſmodi Sathanæ in interitu carnis*, &c. hic verbū *iudicaui* accipitur pro coactiua poteſtate,

Ioan. c. 5.

qua

qua huiuſmodi Corinthium puniuit. & in calce huius capitis: *Nonne de his, qui intus ſunt, vos iudicatis?* itaque Paulus cum vtatur verbo (iudico) *Neſcitis*, inquit, *quia Angelos iudicabimus*, habebit Eccleſia poteſtatem coactiuam, non ſolum diſcretiuam, ſeu per modum compoſitionis, (vt quidam parum conſiderate dixerũt) iudicandi ſecularia: & aduertendum eſt, loqui Apoſtolum etiam in ſua perſona, *Angelos*, ait, *iudicabimus, quanto magis ſecularia?* cum itaque Epiſcopi ſucceſſores ſint Apoſtolorũ, vt ſupra oſtenſum eſt lib. 1. c. 6. erit penes ipſos Epiſcopos talis poteſtas coactiua iudicãdi res ſeculares. Neq; dicas, eſſe tantũ indirecte reſpectu Ethnicorũ; nam argumentũ Apoſtoli ſupra allatũ, ſicut & modo factũ, concludit reſpectu quarũcunq; perſonarũ, & quarũcunq; rerum ſeculariũ; vis enim illationis, & argumenti deducitur ex iuditiaria poteſtate rerum maiorum, ad amplificationem, vt ſupra notauimus, iuditiariæ poteſtatis circa res inferiores: *quanto magis* inquit *ſecularia?* itaque cum omnis poteſtas rerum temporalium, ſeu directe, ſeu indirecte, ſeu Ethnicorum, ſeu fidelium, ſeu Regum, & quorumcunque hominum ſit longe inferioris ordinis, & exiſtimationis (vt ſupra pluribus oſtenſum eſt) reſpectu poteſtatis rerum ſpiritualium, propterea reſpectu quarumcunque perſonarum, & quarumcunq; rerum temporalium erit coactiua poteſtas penes Epiſcopos diuino iure ſuprema.

4. Quoties duæ poteſtates ita ſunt inter ſeſe ordinatæ, vt vna ſit tota propter finem alterius, quidquid poteſt potentia inferior, poteſt nobiliore modo ſuperior; ita vt tota inferior ſuperioris ſubiaceat iuditio, & ad eius nutum, & imperium agere debeat: ita pluribus docuimus lib. 1. ita docent Boetius, Diuus Bonauentura, D. Thomas, Ricardus, & alij Theologi. ita Ariſt. primo Ethicorum; fines earum facultatum, quæ Archite- *QVART. Argumen.*

Boet. 5. de conſol. poſt medium.
Bonau. diſ. 44. l. 2. du. 2

nem, ſed etiam per poteſtatem, & auctoritatem quamdam, quatenus in illis continebuntur decreta diuinæ iuſtitiæ, & nota ab eis fiet, & approbabitur lata Iudicis Chriſti ſententia, vt docet Ricardus, Vgo, D. Thom. & alij Theologi; erit iam directe iuditiaria poteſtas coactiua in Reges, & Laicos omnes: argumentatur enim Apoſtolus à iuditiaria poteſtate rerum ſuperiorum, ad amplificandam poteſtatem circa res minores, videlicet ſeculares, & propterea erit apud viros Eccleſiaſticos poteſtas coactiua directe iudicandi ſecularia; ſed longe amplior, quàm apud Ethnicos foret, aut quoſcunque alios.

Ricardus. de finali iudicio.
Vgo in epiſt. ad Chor. 1. q. 48.
D. Thom. 4. ſent. di. 47. q. 1. art. 1.

TER. Arg

3. Rurſus verò Apoſtolus a ſuperioris ordinis rebus facit conſequentiam, nimirum ab ipſis Angelis: *Neſcitis, quia Angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia?* græcè ſecularia βιωτικά, quo verbo non tàm, quæ ad victum ſpectāt, quàm illa omnia, quæ gratia ſunt vitæ, & ad humani corporis vſum ſignificantur; dicuntur enim βιωτικά ἀπὸ τοῦ βίου, ita verſio Syriaca habet, *Quæ ſunt huius ſeculi*: Chryſoſtomus: *Si iudicabimus, quæ excellentioris naturæ, multo magis, quæ eiuſdem ſunt naturæ nobiſcum*: Greci & Ambroſius *corporalia*, explicant: alij Latini *res mundanas*, ſeu *res huius ſeculi*; nemo vero ignorat iuditij collatione in diuinis litteris ſignificari vim etiam coactiuam iudicandi: Pſa. 71. *Deus iuditium tuum Regi da*; quæ verba communi conſenſu Patrum de Chriſto ſecundum humanam naturam exponuntur, cui Pater *dedit iudicium facere, quia filius hominis eſt*: & ipſe Paulus in hac Epiſtola cap. antecedenti: *Iudicaui, vt præſens eum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu tradere huiuſmodi Sathanæ in interitu carnis*, &c. hic verbũ *iudicaui* accipitur pro coactiua poteſtate,

Ioan. c. 5.

II... qua

Digitized by Google

qua huiuſmodi Corinthium puniuit. & in calce huius capitis: *Nonne de his, qui intus ſunt, vos iudicatis?* itaque Paulus cum vtatur verbo (iudico) *Neſcitis*, inquit, *quia Angelos iudicabimus*, habebit Eccleſia poteſtatem coactiuam, non ſolum diſcretiuam, ſeu per modum compoſitionis, (vt quidam parum conſiderate dixerũt) iudicandi ſecularia: & aduertendum eſt, loqui Apoſtolum etiam in ſua perſona, *Angelos*, ait, *iudicabimus, quanto magis ſecularia?* cum itaque Epiſcopi ſucceſſores ſint Apoſtolorũ, vt ſupra oſtenſum eſt lib. 1. c. 6. erit penes ipſos Epiſcopos talis poteſtas coactiua iudicãdi res ſeculares. Neq; dicas, eſſe tantũ indirecte reſpectu Ethnicorũ; nam argumentũ Apoſtoli ſupra allatũ, ſicut & modo factũ, concludit reſpectu quarũcunq; perſonarũ, & quarũcunq; rerum ſeculariũ; vis enim illationis, & argumenti deducitur ex iuditiaria poteſtate rerum maiorum, ad amplificationem, vt ſupra notauimus, iuditiariæ poteſtatis circa res inferiores: *quanto magis* inquit *ſecularia?* itaque cum omnis poteſtas rerum temporalium, ſeu directe, ſeu indirecte, ſeu Ethnicorum, ſeu fidelium, ſeu Regum, & quorumcunque hominum ſit longe inferioris ordinis, & exiſtimationis (vt ſupra pluribus oſtenſum eſt) reſpectu poteſtatis rerum ſpiritualium, propterea reſpectu quarumcunque perſonarum, & quarumcunq; rerum temporalium erit coactiua poteſtas penes Epiſcopos diuino iure ſuprema.

4. Quoties duæ poteſtates ita ſunt inter ſeſe ordinatæ, vt vna ſit tota propter finem alterius, quidquid poteſt potentia inferior, poteſt nobiliore modo ſuperior; ita vt tota inferior ſuperioris ſubiaceat iuditio, & ad eius nutum, & imperium agere debeat: ita pluribus docuimus lib. 1. ita docent Boetius, Diuus Bonauentura, D. Thomas, Ricardus, & alij Theologi. ita Ariſt. primo Ethicorum; fines earum facultatum, quæ Archite- *QVART. Argumen.* *Boet. 5. de conſol. poſt medium. Bonau. diſ. 44. l. 2. du. 2*

Digitized by Google

D. Thom. 1. par. q. 65. art. 3. Ricard. 2. d. 17. ar. 1. q. 5. ad 5. arg.

chitectonicæ dicuntur, *Magis inquit, quam reliqui omnes aliarum, quæ ſubiacent, expetendi ſunt, cum illorum fines ſint propter finem ſuperioris, propter quem alios fines ſectamur:* ſic Ariſtot. & eius ibi Interpretes, Euſtratius, Auerroes, D. Thomas, Albertus magnus, Burleus; & alij; quare cum (vt explicauimus ſupra) temporalia ſint omni ex parte propter ſpiritualia; propter illa expetendus eſt finis temporalis, & cæteri regulam ſument à ſpirituali poteſtate, cuius eſt iudicare, & normam præſcribere inferioribus ad ſe ordinatis. hinc itaque recte facit talem conſequentiam, & illationem Apoſtolus, cum temporalia omni ex parte ſint gratia ſpiritualium. Lege ſecundam rationem, quartam, quintam, ſextam, decimam tertiam, & ſequentes præſertim decimamſeptimam, & vigeſimã ex totali ſubordinatione deductam, & perſpicies optime argumentari Apoſtolum, & poteſtate coactiua ſeculares Principes omni ex parte ſubiectos eſſe Eccleſię, & capiti illius Epiſcopo.

Neque putes hoc non aduertiſſe Apoſtolum; optimè aduertit, & de induſtria ex totali ſubordinatione inferiorum rerum ad vnum ſupremum finem, cuius miniſtri ſint Apoſtoli conſtituti, & eius ſucceſſores in Eccleſijs Epiſcopi, infert talem ſe habere poteſtatem in res ſeculares; etenim ſupra diſertis verbis capit. 3. *Nemo*, inquit, *glorietur in hominibus, omnia enim veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue Mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura, omnia veſtra ſunt, vos Chriſti, Chriſtus autem Dei: ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros Dei, & diſpenſatores miniſteriorum eius; hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur; mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut humano die*, &c. docet Apoſtolus hiſce verbis (quod habent Theologi Latini, & Græci Patres, vt nos alias oſtendimus, & ex parte docuimus lib. 1. cap. 18.) omnia referri per

ri per Eccleſiam in Chriſtum hominem, & Deum: caput enim Chriſti Deus. quid vero ſibi vult illis verbis; *Sic nos exiſtimet homo,*(poſtquam ſubordinationem illam docuiſſet) *vt miniſtros Dei, & diſpenſatores miniſteriorum Dei?* niſi quia volebat oſtendere in ſe translatam ſupremam rerum omnium vice Chriſti miniſtram poteſtatem? ita paulò ante dixerat: *Spiritualis homo omnia dijudicat, & a nemine iudicatur,* & propterea parum *eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die,* quia collata erat Apoſtolo poteſtas rerũ omniũ, quare oĩa ſubiecta fuiſſe Apoſtolis, ſicut & ipſi ſubiecti erant Deo claris verbis, inter cæteros docent in Commentarijs in ea verba: *Omnia veſtra ſunt*, Ambroſius, & Anſelmus: *Quomodo* inquiunt *hæc iudicio noſtro conceſſa ſunt, & ſubiecta, ita nos Chriſto ſubijciamur*, & D. Petrus in epiſtola illa Clementis ad Iacobum fratrem Domini, quam citatam conſtat & à pluribus Patribus, & a multis Concilijs, vt Libro 6. in teſtimonijs Clementis, dicam: *Cunctorũ,* ait, Sanctus Petrus, *Sacerdotum vitam ſuperiorem, ſanctiorẽque, ac diſcretam à ſecularibus, & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales quoſque, ac ſacerdotes ſuper carnales, vel laicos ſemper conſtituendos docebat, quoniam pro minimo nobis eſſe debet, vt à talibus arguamur, & iudicemur, & ab humano die, maiores vero a minoribus nec accuſari, nec iudicari vllatenus poſſe dicebat, quoniam non ſolum hoc diuinas, ſed etiam leges ſæculi inhibere docebat.* ita apud Clementem Sãctus Petrus explicans locum Pauli de iuditiaria poteſtate: & Chryſoſtomus homilia 3. in 1. cap. epiſt. poſterioris ad Timothæum: *Si Præpoſitorum vitas diſcutere pergimus, ipſi Doctores noſtros ordinare contendimus, peruerſoque ordine* (nota hęc verba) *naturali, quæ ſupra ſunt, infra eſſe volumus, vt ſuperius pedes, inferius vero ſit caput. Audi quid Paulus dicat: Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die, & iterum: Tu qui iudicas fratrem tuum, ſi fratrem iudicare non expedit; quanto magis magiſtrum? Nam ſiquidem hoc ſtatuit Deus, benefacis, peccasque,*

ni facias; ſin vero contraria præcipit, noli præſumere, neque ea coneris, quæ ſupra te ſunt: inſurrexerunt aduerſus Aaron poſt vituli formatam effigiem Core, Datan, & Abiron, quid ergo nonne illi periere; ita Chryſoſtomus de Præpoſitis Eccleſiaſticis ſermonem habens; ideo recte cum egiſſet de ſubordinatione Paulus deduxit poſtea iuditiariam ex illa ſibi collatam poteſtatem, quam cum eo capit. 4. oſtendiſſet, tanquam ea vti poſſet, ſubiūgit, *Quid vultis virga veniam ad vos?* virgæ enim nomine imperij poteſtas exprimitur, vt Clemens Alexandrinus, Chryſoſtomus, Theodoretus, Ambroſius, Primaſius, & alij in commentarijs in hunc locum affirmant: & cap. ſequenti quinto hac poteſtate vſus eſt in hominem Corinthiū, tradens eum Sathanæ; & in calce eiuſdem ca. *Quid enim mihi de ijs, qui foris ſunt, iudicare, nonne de ijs, qui intus ſunt, vos iudicatis?* cap. 5. agit de iuditijs rerum ſecularium. colligitur itaque ex his omnibus, Apoſtolum de induſtria voluiſſe probare ex totali ſubordinatione rerum omnium, quæ cadunt in humanū vſum, vel vtilitatē hominis ſe habere poteſtatē, cum à c. 3. vbi de ſubordinatione egerat, deinceps capitibus ſequentibus quarto, & quinto egerit de iuditijs: & optime valet modus ille arguendi in rebus ſubordinatis ad vnum finem, cum quidquid poſſit potentia inferior, poſſit nobiliore modo ſuperior; ita vt ſi Apoſtoli, qui rerum ſpiritualium ſupremum tenebant apicem, iudicaturi etiam Angelos eſſent apoſtatas, quoad pænam accidentariā, quia impedire fuerint conati ſalutem, & rerum ſpiritualium progreſſum, multo magis haberent Apoſtoli poteſtatem iudicandi ſecularia, quæ omni ex parte ſunt propter ſpiritualia; & propter æternam vitam, & regnum æternum tribuuntur à Deo. vt propterea rationē exacturus ille ſit in extremo iuditij die de rebus temporalibus, quomodo, & num recte expenſæ fuerint.

Clem. Alex. 1. Peda. c. 7 Chry. Theo. Ambro. Primaſ. in cō.

5. Sed

5. Sed pergit deinde idem Apoſtolus: *Sæcularia igitur iuditia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia Dei, illos conſtituite ad iudicandum, ad verecundiam veſtram dico, ſic, non eſt inter vos ſapiens quiſpiam, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum?* verba hæc ita exponit Beatus Gregorius Papa, vt Epiſcopi, & Eccleſiaſtici demandent potius curam, & iuditium rerum temporalium alijs, qui rerum ſecularium polleant ſcientia, vt nimirum inſtar architecti Eccleſiaſtici iubeant, alij vero exerceant rerum temporalium iuditia ad normam, & imperium Eccleſiaſticorum: & in hanc expoſitionem iſſe conſtat, Bernardum, Anſelmum ex Theologis, Henricum Gandauenſem, Franciſcum Mayronem, & alios: at verò ex Græcis Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophilactus, Procopius, Photius, Oecumenius; ex Latinis, Auguſtinus, Ambroſius, Beda, Primaſius, Bruno, & plura Concilia, & Pontifices, vt poſtea videbimus. Horum verborum hunc eſſe ſenſum volunt, vt dicatur a Paulo per ironiam, *hos conſtituite ad iudicandum*, vel potius conſtituite contemptibiles, quàm Chriſtiani adeant tribunal Ethnicorum: quę vltima expoſitio ſicut auctoritate grauium, & Latinorum, & Græcorũ Patrum eſt multum probabilis, ita rationibus ex ipſo verborum contextu deductis confirmari poteſt. Quid enim cauſæ erat, vt adiungerentur ea verba: *Ad verecundiam veſtram dico*, niſi quia potius Apoſtolus ironice dicebat, aut potius conſtituendos iudices ex Eccleſia contemptibiles, quàm adeunda Ethnicorum tribunalia? præterea verba illa, *Non eſt inter vos ſapiens*? hoc oſtendunt, nam conſtat efferenda eſſe per interrogationem: at ſi exponamus altero modo, non dixiſſet Paulus ea ratione, ſed potius conſtituite ſapientem aliquem ex contemptibilibus Eccleſię, vel alio ſimili loquendi modo. itaque Paulus intellexit re uera præfi-

QVINT. Argument:

Bernar. Anſel. & alij citantur infra.

Digitized by Google

ciendos huiuſmodi iuditijs magis dignos in Eccleſia, veluti ſunt Sacerdotes, vel Epiſcopi, vt exponūt Chryſoſtomus, Ambroſius, Auguſtinus, & alij. quod probari poteſt; etenim per diuinam ſapientiam, & Chriſtianam ſcientiam, quam ex officio habere debent Sacerdotes (vt habetur Malachiæ cap. ſecundo) recte iudicare poſſunt; tum quia de cauſis temporalibus ob maiorem, & eminentiorem ſcientiam, iudicare in rebus dubijs ſpectabat ad Sacerdotes in veteri lege, vt patet Deuter. 17. & ſic accepiſſe nomen *ſapientis* ſine vlla adiectione alterius nominis pro diuina ſcientia, & ſapientia videtur Paulus; & in hoc ſenſu accepit in hac epiſtola ad Chorintios cap. 3. *Secundum gratiam quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui.* Adde quod ipſi Ethnici Sapientes Reges eſſe, & moderatores dixerunt, & ideo Plato dicebat Regem Sacerdotem eſſe debere, & propterea Sacerdotibus Regni gubernacula tradenda dicebat Clemens Alexandrinus, veluti moris fuit apud celebriores nationes, ſicuti retulimus Libro primo in nona ratione, & in calce cap. 8. & Sacerdotes Reges eſſe voluerunt, Zeno, & Speuſippus, ac Stoici, Iamblicus ex doctrina Aegyptiorū, quibus cum ſentire oſtendimus Ariſtotelem.

Veriſimile autem eſt (vt adnotauit Ambroſius) caruiſſe tunc temporis, cum ſcripſit Paulus hanc epiſtolam, Eccleſiam Chriſtianorum ſuo Epiſcopo, & ideo dicitur, non eſt inter vos ſapiens? in lege ſcilicet, & Euangelica doctrina verſatus, qui poſſit conſtitui iudex harum cauſarum? alloquitur enim Paulus Eccleſiam, ſeu præsbyteros; erat enim mos conuocato præſbyterio res tractari, vt videre eſt ex Conſtitutionibus Apoſtolicis Clementis Romani, ex epiſtolis Ignatij, Cypriani, Cornelij Papæ, & ex ipſo Paulo in hac epiſtola: *Iudicaui*, inquit, *vt præſens eum, qui ſic operatus eſt in nomine*

Conſt. Apo. lib. 2. c. 47. Igna. in ep. ad Trall. & alijs. Cypr. epiſt. 14. 32 & 46 Corn. in ep. ad Cypria. Paul. 1. ad Chorin. c. 6.

mine Domini Ieſu Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu, in virtute Domini noſtri Ieſu tradere huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis &c. indicat his verbis Paulus Presbyterium, in quo res tractari conſueuerant. quamquam Paulus ex plenitudine auctoritatis Apoſtolicæ, licet minus corpore pręſens fuerit, tamquam præſens ſpiritu vſus eſt tali poteſtate in hominem Chorintium.

Infertur itaque ex hoc loco Pauli, ſupremam eſſe directe penes Eccleſiaſticos viros iure diuino rerum omnium temporalium coactiuam poteſtatem, nō adimendo cæteras inferiores ſæcularium (quod præ cæteris adnotauit in commentarijs Theodoretus) Principum poteſtates, ſed ſubordinando illas ad ſpiritualia, cuius gratia ſunt temporalia, vt ſaltem inſtar Architecti reſideat penes Pontificem circa ſuos ſubditos, & illius ſit regulam, & normam præſcribere ſæcularibus Principibus, quibus vtatur ad ſuum finem, nempe ſpiritualium conſeruationem, & decentem ſtatum.

SVMMORVM PONTIFICVM expoſitiones circa allatum ex D. Paulo locum citantur ad temporalem Monarchiam demonſtrandam. Cap. II.

QVOD hactenus rationibus probauimus, poſſumus oſtendere auctoritate ſummorum Pontificum, Conciliorum, Latinorum Patrum, Græcorum, & Theologorum, & Canoniſtarum. *PONTIF. auctoritat.*

CLEMENS itaque Romanus Petri, & Pauli (vt ait Sanctus Ignatius) auditor, in Conſtitutionibus Apoſtolicis alludens ad citata Pauli verba hæc habet: *CLEM. lib. 2. c. 44. & ſeq. S. Ignat. ep.*

Quę-

Quæcunque poteſt Diaconus facta ab Epiſcopo poteſtate, moderetur per ſe, quæ vero maiora ſunt, Epiſcopus iudicet: Cæterum ſit Diaconus Epiſcopi auris, & oculus, & item os, cor, & anima, ne Epiſcopus ſollicitudine multarum rerum, ſed grauium tantum vrgeatur, ſicut Iethro Moyſem inſtituit, & Moyſes conſilium eius amplexus eſt. pulchra quidem Chriſtiani hominis laus eſt, cum nemine litigare; ſin autem alicuius opera, aut contentione quapiam factum fuerit, vt incidat ei lis, det operam, vt dirimatur, quamuis opus ſit aliquod damni facere; & ne adeat ad iudicium Gentilium, immo ne patiamini, vt ſeculares Magiſtratus de cauſis veſtris iudicēt, per hos enim Diabolus ſtudet, vt famulis Dei probrum etiam exiſtat; quaſi non habeatis vos quempiam ſapientem, qui poſſit inter vos ius dicere, aut controuerſias dirimere, ne igitur diſceptationes veſtras Gentiles agnoſcant, neque ad dicendum contra eos teſtimonium adhibeatur, neque ab eis iudicemini. Et poſt pauca: *Fiant iudicia veſtra ſecunda feria, vt ſi fuerit diſceſſum à ſententia, poſſitis libere vſque ad Sabbatum ſedare controuerſias, & ſatisfacere diſceptantes vſque ad diem Dominicum. aſſiſtant autem iudicio Diaconi, & Preſbyteri, qui citra acceptionem perſonarum, tanquam homines Dei iuſte iudicent. cum itaque vtraque perſona, vt lex iubet, in iudicium venerit, ſtabit vterque diſceptantium in medio iudicio, quibus auditis ferte ſancte, & incorrupte ſuffragia, & date operam, vt antequam Epiſcopus pronunciet, fiant amici, ne exeat Epiſcopi ſententia ſuper terram contra eum, qui deliquit, quia habet ſecum in tribunali Chriſtum Dei filium iudicij comprobatorem, & agnitorem.* hactenus Clemens.

Ex quo habetur per *Sapientem*, virũ Eccleſiaſticum intelligi, & videtur moris fuiſſe Diaconi has lites dirimere, cum dicatur debere eſſe ſollicitum, ne Epiſcopus multarum rerum, ſed grauium tantum onere vrgeatur, ſicut Moyſen Iethro inſtituit, & Moyſes conſilium eius amplexus eſt (erant enim illæ lites Moyſis, à quibus deſtitit conſilio Soceri Iethro rerum temporalium) & Clemens etiam tales fuiſſe ſequentibus verbis aperit: *Pulchra*, ſubdens, *Chriſtiani hominis laus cum*

nemine

nemine litigare, &c. apparet autem conſueuiſſe Presbiteros, & Diaconos ferre ſuffragia, vt hinc etiam conſtet penes Eccleſiaſticos fuiſſe talem facultatem iudicandi; quod ſi latæ ſententiæ ab Eccleſiaſticis viris Laici acquieſcere noluiſſent, ab Epiſcopis puniri poterant, & propterea erat penes Epiſcopos vis coactiua rerum ſecularium circa Laicos; eſt enim coactiua, quia poteſt delinquens puniri. Adnotanda ſunt hic ea verba: *Ne exeat Epiſcopi ſententia ſuper terrã*, &c. innuitur enim ſine dubio auctoritas Apoſtolica, de qua dicitur à Chriſto Petro, & ad Apoſtolos etiam ſub Petro: *Quæcunque ligaueritis ſuper terram*, vnde colligitur ex Clementis explicatione datam à Chriſto Apoſtolis facultatem etiam iudicandi res temporales, verbis illis: *Quæcunque ligaueritis ſuper terram:* ſic etiam ad ſequentia verba alluſit Clemens, *Erunt ligata & in cælo*; cum ſubiungit, *Habet ſecum in tribunali Chriſtum Dei filium iudicij comprobatorem, & agnitorem*.

Simili modo cum Clemẽte Paulum explicat ANACLETVS huius nominis Primus Pontifex: *Si*, dicit Anacletus: *fuerit ſeculare negotium, apud eiuſdem ordinis viros terminetur, iudicio tamen Epiſcoporum, cum Apoſtolus priuatorum Chriſtianorum cauſas magis Eccleſiis deferri, & ibidem ſacerdotali iudicio terminari voluerit: omnis enim oppreſſus libere Sacerdotum appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, ſed ab his fulciatur, & liberetur*. ita Anacletus, qui abſque vlla dubitatione intellexit locum Pauli, quẽ in præſentia explicamus. nemo vero nõ videt per *priuatos homines* hic ab Anacleto *Laicos* intelligi, dicit enim priuatorum hominum cauſas, ad illorum diſtinctionem, qui aliqua in Eccleſia eminent dignitate: exponit autem Paulum, vt voluerit cauſas Laicorum terminari in Eccleſia à Sacerdotibus, & ſi qui conſtituendi ſint, quicunque illi forent iudices, conſtituẽdos eos eſſe ex Epiſcopi ſentẽtia; quod certe dici nõ poſſet,

ANACL. ep. ad õnes Epiſcopos & Chriſti fideles. 1. Corint. 6.

poſſet, niſi ſuprema eſſet penes Eccleſiaſticos viros rerum temporalium poteſtas. Confirmant id totum ſequentia verba: *Omnis oppreſſus libere ſacerdotum, ſi voluerit, apppellet iudicium*: Appellatio enim eſt ad maius tribunal, *& ab his*, proſequitur *fulciatur, & liberetur*, quibus coactiua poteſtas exprimitur, dum vero ſubiungitur *à nemine probibeatur*, innuitur Eccleſię ſupremum ius, & iudicium reſpectu quarumcunque perſonarum.

Pari ratione interpretatur cum Anacleto Paulum, ALEXANDER primus, cuius verba alias afferentur.

GREG. 2. p. paſtor. cura cap. 7. 2. Tim. 2. GREGORIVS Magnus: *Paulus religioſorum mentes cõteſtando vel potius conueniendo ſuſpendit dicens, nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſæcularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit; hinc Eccleſiæ rectoribus & vacandi ſtudia praeipit, & conſulendi remedia oſtendit dicens, ſecularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia Dei, illos conſtituite ad iudicandum, vt ipſi ſcilicet diſpenſationibus terrenis inſeruiant, quos dona ſpiritualia non exornant, qui penetrare intima nequeunt, ſaltem neceſſaria foris operẽtur: hinc Moyſes, qui cum Deo loquitur, Iethro alienigenæ reprehenſione iudicatur, quod terrenis populorum negotijs ſtulto labore deſeruiat, cui & conſilium mox præbetur, vt pro ſe alios ad iurgia dirimenda conſtituat, vt ipſe liberius ad erudiendos populos ſpiritualium arcana cognoſcat: à ſubditis inferiora gerenda ſunt, à Rectoribus ſumma cogitanda, vt ſcilicet oculum, qui prauidendis ſummis præminet, cura pulueris non obſcuret, caput namque ſubiectorum ſunt cuncti, qui præſunt, & vt recta valeant pedes itinera carpere, hæc proeul dubio debet ex alto caput prouidere*. & infra: *Sunt nonnulli, qui gregis quidem curam ſuſcipiunt, & ſic ſibi vacare ad ſpiritualia appetunt, vt rebus exterioribus nullatenus occupentur, qui cum curare corporalia funditus neglĩgũt, ſubditorum neceſſitatibus minime ſuccurrunt: quorum omnium prædicatio plerumque deſpicitur, quia dum delinquentium facta corripiunt, ſed tamen eis neceſſaria vitæ præſentis non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur:* ita Gregorius, qui poſtea illa Petri verba: *Paſcite qui in vobis eſt gregem*, de rebus temporalibus explicat.

Eadem

Eadem totidem ferè verbis alibi docet, ex quibus colligitur à Gregorio, Paulum explicari, vt exercendas quidem velit à laicis temporales res, ſed vel ad regulam Eccleſiaſticorum vel per ipſos eccleſiaſticos ad cōſeruationem rerum ſpiritualium, ita tamen vt ſemper reſideat tāquam in capite in Eccleſia ſuprema rerum temporalium poteſtas. Hoc voluiſſe Gregorium apparet ex multis. Primo, quia explicat Paulum, vt conſtituantur ab Eccleſia laici in rebus temporalibus, eſt ergo talis in Eccleſia poteſtas. Secundo, exemplo Moyſis, in quo fuit hæc poteſtas, quem ait alios loco ſui elegiſſe, quo potioribus vacaret. Tertio, quia vult Sanctus exerceri ab alijs res temporales, vt ab Eccleſia dependeāt tamquam à capite in tali poteſtate; *A ſubditis*, ait, *inferiora gerenda, à Rectoribus ſumma.* en ex vna parte obſequiū, ſic ex alia prælatio; dū proſequitur, *Caput ſunt ſancti; qui præſunt, & ut recta valeant pedes itinera carpere, hæc procul dubio debet ex alto caput prouidere.* an non eſt hoc inſtar Architecti regulam præſcribere? Quarto, quia docet exteriora curanda à paſtoribus, paſcendos populos rebus temporalibus; vult itaque etiam per paſtores exercendas res temporales: non ergo ex defectu, ſed quo potioribus vacent, vt Moyſes, non exercent, & ita exponunt Gregorium plures Patres, & Theologi, quos infra afferemus.

GREGORIVS Septimus: *Habet Eccleſia*, Romana, *poteſtatem ſingulari priuilegio conceſſam aperire, & claudere ianuas regni cæleſtis, quibus voluerit; ergo cui aperiendi, claudendique cæli data poteſtas eſt, de terra iudicare non licet? abſit. an non retinetis, quod ait B. Paulus: Neſcitis, quia Angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia? Beatus quoque Gregorius Papa, Reges a ſua dignitate cadere ſtatuit, qui Apoſtoli-* Lib. 8. epiſt. 21. ad Hierem.

cæ ſedis decreta violare præſumpſerint, ſcribens ad quidam Senatorem Abbatem his verbis : *Si quis vero regum, ſacerdotum, iudicum, atque ſæcularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens contra eam venire tentauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat*. Sic Greg.

INNOCENTIVS Tertius: *Paulus, vt plenitudinem poteſtatis exponeret ad Corinthios ſcribens*, ait : *Neſcitis, quia angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia*? Hæc ille; cum plura dixiſſet de poteſtate temporaria Eccleſiæ cuius ſtandum ſit iuditio vt plane conſtet de plenitudine etiam in temporalibus intelligere, veluti ibi Doctores Canoniſtæ docent, ita vt reſideat plenitudo huius poteſtatis in Pontifice, tamen exercenda ſit vi punitiua ratione peccati, de qua re alibi.

CONCILIORVM EXPOSITIONES *ad eandem Monarchiam probandam proferuntur. Cap. III.*

CONCILIVM Carthaginenſe tertium cap. 9. *Vt quiſquis Epiſcoporum, Diaconorum, ſeu Clericorum, cum in Eccleſia quidquam fuerit intentatum, vel ciuilis cauſa fuerit commota; ſi relicto Eccleſiaſtico iuditio publicis iuditijs purgari voluerit, etiamſi pro ipſo prolata fuerit ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali iuditio; in ciuili vero perdat, quod euicit, ſi locum ſuum obtinere voluerit; cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio iudicat, qui de vniuerſali Eccleſia male ſentiẽdo, de iuditio ſeculari poſcit auxiliũ, cũ priuato-*

priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus ad Eccleſiam deferri, atque ibidem terminari præcipiat. Hiſce Concilium extremis verbis ſine dubio locum Pauli, quem explicauimus, intelligit: dicit autem, *Priuatorum*, ad differentiam illorum, qui in aliqua dignitate Eccleſiaſtica ſunt conſtituti, & propterea per eos laicos intelligit. Colligitur autem pluribus ſuprema reſpectu omnium perſonarum, & rerum temporaliũ Eccleſiæ iuriſdictio in ipſos laicos. Primo, quia Concilium adducit locum Pauli, cum Imperatores eſſent Chriſtiani Arcadius, & Honorius, Cæſareo & Attico Coſſ. anno Chriſti 397. quo celebratum eſt hoc Concilium, vt oſtendat non potuiſſe Clericos adire inuita Eccleſia tribunal laicum: & vt id confirmet, ſubiungit: *Cum Apoſtolus*, &c. quaſi dicat, præcepit Paulus etiam laicis, vt adirent Eccleſiam, non forum laicum: ergo multo magis id agere debent clerici, & nos prohibere, alioquin enim probatio nihil valeret. Secundo ex argumentis Apoſtoli ſupra adductis, quibus oſtendit, ex totali ſubordinatione, & alijs maiorem apud Eccleſiam eſſe abſolute poteſtatem, quam apud Ethnicos foret, & propterea reſideat penes ipſam non ſolum ſpiritualium, ſed temporalium poteſtas, reſpectu quarumcumque perſonarum, & rerum. Tertio ex D. Auguſtino, qui ſubſcriptus eſt in hoc Concilio: nam ita ille interpretatur, vt eſſet etiam Chriſtianis Imperatoribus penes Eccleſiã ex hoc loco Pauli iudiciaria litium ſecularium poteſtas, ita vt reuera iure Apoſtolico, & ipſe Sanctus lites temporales laicorum iudicaret. & ſic etiam exponit Ambroſius, Poſſidius, Chryſoſtomus, Theodoretus, Procopius, & alij Patres, quos infra afferemus. Quarto, ex ſequentibus Concilijs, quæ mox afferentur, quæ pari modo interpretantur. Dices, ſi Apoſtolus prohibuit laicis,

Digitized by Google

cæ ſedis decreta violare præſumpſerint, ſcribens ad quidam Senatorem Abbatem his verbis : *Si quis vero regum, ſacerdotum, iudicum, atque ſæcularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens contra eam venire tentauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat*. Sic Greg.

INNOCENTIVS Tertius: *Paulus, vt plenitudinem poteſtatis exponeret ad Corinthios ſcribens*, ait : *Neſcitis, quia angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia?* Hæc ille; cum plura dixiſſet de poteſtate temporaria Eccleſiæ cuius ſtandum ſit iuditio vt plane conſtet de plenitudine etiam in temporalibus intelligere, veluti ibi Doctores Canoniſtæ docent, ita vt reſideat plenitudo huius poteſtatis in Pontifice, tamen exercenda ſit vi punitiua ratione peccati, de qua re alibi.

CONCILIORVM EXPOSITIONES ad eandem Monarchiam probandam proferuntur. Cap. III.

CONCILIVM Carthaginenſe tertium cap. 9. *Vt quiſquis Epiſcoporum, Diaconorum, ſeu Clericorum, cum in Eccleſia quidquam fuerit intentatum, vel ciuilis cauſa fuerit commota; ſi relicto Eccleſiaſtico iuditio publicis iuditijs purgari voluerit, etiamſi pro ipſo prolata fuerit ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali iuditio; in ciuili vero perdat, quod euicit, ſi locum ſuum obtinere voluerit; cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio iudicat, qui de vniuerſali Eccleſia male ſentiēdo, de iuditio ſeculari poſcit auxiliū, cū*

priuato-

priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus ad Eccleſiam deferri, atque ibidem terminari præcipiat. Hiſce Concilium extremis verbis ſine dubio locum Pauli, quem explicauimus, intelligit: dicit autem, *Priuatorum*, ad differentiam illorum, qui in aliqua dignitate Eccleſiaſtica ſunt conſtituti, & propterea per eos laicos intelligit. Colligitur autem pluribus ſuprema reſpectu omnium perſonarum, & rerum temporaliũ Eccleſiæ iuriſdictio in ipſos laicos. Primo, quia Concilium adducit locum Pauli, cum Imperatores eſſent Chriſtiani Arcadius, & Honorius, Cæſareo & Attico Coſſ. anno Chriſti 397. quo celebratum eſt hoc Concilium, vt oſtendat non potuiſſe Clericos adire inuita Eccleſia tribunal laicum: & vt id confirmet, ſubiungit: *Cum Apoſtolus*, &c. quaſi dicat, præcepit Paulus etiam laicis, vt adirent Eccleſiam, non forum laicum: ergo multo magis id agere debent clerici, & nos prohibere, alioquin enim probatio nihil valeret. Secundo ex argumentis Apoſtoli ſupra adductis, quibus oſtendit, ex totali ſubordinatione, & alijs maiorem apud Eccleſiam eſſe abſolute poteſtatem, quam apud Ethnicos foret, & propterea reſideat penes ipſam non ſolum ſpiritualium, ſed temporalium poteſtas, reſpectu quarumcumque perſonarum, & rerum. Tertio ex D. Auguſtino, qui ſubſcriptus eſt in hoc Concilio: nam ita ille interpretatur, vt eſſet etiam Chriſtianis Imperatoribus penes Eccleſiã ex hoc loco Pauli iudiciaria litium ſecularium poteſtas, ita vt reuera iure Apoſtolico, & ipſe Sanctus lites temporales laicorum iudicaret. & ſic etiam exponit Ambroſius, Poſſidius, Chryſoſtomus, Theodoretus, Procopius, & alij Patres, quos infra afferemus. Quarto, ex ſequentibus Concilijs, quæ mox afferentur, quæ pari modo interpretantur. Dices, ſi Apoſtolus prohibuit laicis,

ne ipſi adirent tribunal laicum, cur ergo non prohibet Concilium, ne adirent; aut, cur ipſi adibant laici Chriſtiani? Reſpondeo, fuiſſe tempore Apoſtoli cauſam, ne adirent, cum eſſent iudices infideles, & ratione infidelitatis, & peccati vitandi priuauit ſpontanea ſubiectione: ceterum ſicuti Paulus ea de cauſa, quia erant Ethnici, ex ſuprema poteſtate prohibuit in vtilitatem rerum ſpiritualium, & Eccleſiæ; ita Eccleſia eadem poteſtate legitimo dominio non vult priuare, nec debet (cauſa non exigente) reges, cum ſint iam Chriſtiani, immo paulatim vltro ſe abſtinuit à laicorum iudicijs Eccleſia excreſcente numero fidelium, quo potioribus ſpiritualibus vacaret: itaque ſicut colligitur ex hoc loco ſuprema rerum temporalium, reſpectu quarumcumque perſonarum, & rerum poteſtas exercenda in ſpiritualium conſeruationem, quam exercuit Eccleſia pro temporis opportunitate, ita a talibus deſtitit pro eorundem vtilitate.

CONCILIVM Carthaginenſe quintum, ſeu potius quartum cap. 1. *In principio ſtatuendum eſt, vt qui forte in Eccleſia quamlibet cauſam iure Apoſtolico Eccleſiis impoſito agere voluerit, & fortaſſe deciſio Clericorum vni parti diſplicuerit, non liceat clericum in teſtimonium deuocari*, &c. quid ſibi volunt ea verba: *Qui forte in Eccleſia quamlibet cauſam iure Apoſtolico Eccleſiis poſito*? Certe illa Pauli iudicant locum, vbi de iuditijs rerum ſecularium fit ſermo: ſi vero, *Iure Apoſtolico*, hoc impoſitum eſt Eccleſijs, eſt iam in Eccleſia iure diuino poteſtas iudicandi res ſeculares etiam laicorum: nam verba illa generalia ſunt: *Si qui forte*. Itemque illa: *Quamlibet cauſam*.

CONCILIVM Carthaginē. habitum poſt conſulatum Flauij Stelliconis cap. 26. *Petendum etiam, vt ſtatuere dignetur, vt ſi forte in Eccleſia quamlibet cauſam*

cauſam iure Apoſtolico Eccleſiis impoſito agere voluerint, & reliqua. Vbi in Concilio proxime citato dirigitur ſermo ad Imperatorem Honorium, cui ſubiecta erat Africa, vt liquet e ſuperiore Canone. nec mouet, quod dicatur, *Petendum*; id enim fit potius animi demiſſionis cauſa, cum dicatur, *Iure Apoſtolico* eſſe talem poteſtatem in Eccleſia; quamuis etiam ſit alia cauſa, cur eo modo loquendi vtatur Concilium, propterea quod edicto Honorius cauerat, vt cauſæ religionis agerentur quidem apud Eccleſiaſticos, ciuiles apud laicos: quod tamen edictum ad ſaniorem mentem reuerſus poſtea reuocauit, (vt dicemus ſuo loco) petunt itaque Epiſcopi quod iure Apoſtolico erat debitum, vt concederet Honorius Imper.

CONCILIVM apud Palatiũ Vernis habitum ſub Pipino Francorum Rege cap. 18. *Vt nullus Clericus ad iuditia laicorum publica conueniat ſine iuſſione Epiſcopi ſui, vel Abbatis, iuxta canonem Carthagin. cap. 9. vbi ſcriptum eſt: Qui relicto eccleſiaſtico iuditio, publicis iuditijs*. & cetera, vbi ſupra, & citatur locus Pauli. Illud præter dicta aduertendum eſt, addi in hoc concilio vnum verbum, quod in citato ſuperioris Carthag. concilij Canone non habetur: nam ibi dicitur: *Cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas*. hic vero legitur: *Vndique Eccleſiæ patet auctoritas*. verbum, *Eccleſiæ*, illic non habetur, putabam mendo factum typographorum; ſed cum tam in editione Colonienſi, quam Veneta reperiatur, eodem modo de induſtria ad explicationem factum eſſe debemus dicere.

CONCILIVM Colonienſe noſtra tempeſtate celebratum ſub Adolpho Archiepiſcopo citat pari modo locum Pauli, adducens ad oſtendendam ſupremam quandam Eccleſiæ poteſtatem in rebus omnibus, & in *In medio ſexto ad reform.*

flagitiis

flagitijs omnibus puniendis, coniungens cum pluribus alijs ex ſacra Scriptura locis, & cum illo Matth. c. 18. vbi in omnibus offenſis poſſe nos ad Eccleſiam recurrere, Chriſtus docet illis verbis: *Dic Eccleſiæ*; quare cum certum ſit, locum Pauli intelligi de iudiciaria poteſtate rerum temporalium; & adducatur ab hoc Concilio, vt probetur iuriſdictionis Eccleſiæ poteſtas, ſequitur, vt voluerit eſſe talem poteſtatem in Eccleſia, præſertim; quia explicat Concilium cum Græcis, vt per ironiam dicatur a Paulo hos conſtitui te ad indicandum. hæc ex Concilijs.

AVGVSTINI, ET AMBROSII expoſitionibus idem oſtenditur.

Caput IIII.

VENIAMVS ad Latinos Patres. AVGVSTINVS tom. 8. in Pſal. 118. in ea verba: *Declinate à me maligni*: *Perſequuntur* (ait Diuus) ſcilicet homines ſeculi, *& litigare nobiſcum volunt; verum cùm obſequuntur, & honorant, & tamen in ſuis vitioſis, & negotioſis cupiditatibus adiuuandis vt occupemur, & eis noſtra tempora impendamus efflagitant, aut certe infirmos premunt, aut cauſas ſuas ad nos deferre compellunt, quibus dicere non audemus: Dic homo: Quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter uos. conſtituit enim talibus cauſis Eccleſiaſticos Apoſtolus cognitores in foro, prohibens iurgare Chriſtianos.* & poſt pauca: *Ignoſcant obedientes fideles, qui pro ſuis ſecularibus cauſis raro nos quærunt, & iuditijs noſtris facillime acquieſcuut, nec nos conterunt litigando.* Ita Auguſtinus, quem conſtat indicare locum Pauli. Clarius de opere

Mona-

Monachorum cap. 29. tom. 3. *Mallem per ſingulos dies certis horis, quomodo in bene moderatis monaſterijs conſtitutum eſt, aliquid manibus operare, & certas horas habere ad legendum, & operandum, aut aliquid de diuinis litteris ad agendum liberas, quam tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarum pati de negotijs ſecularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo, præcidendis; quibus nos moleſtijs idem affixit Apoſtolus non vtique ſuo, ſed eius, qui in eo loquebatur, arbitrio*. Et infra: *Hos collocari voluit, ſi ſapientes defuiſſent potius, quam vt negotia Christianorum deferrent in forum, quem tamen laborem non ſine conſolatione Domini ſuſcipimus, &c.* Ex his verbis Auguſtini conſtat, hic eſſe ſermonem de laicis: nam ipſi denotantur generali nomine, *Fidelium, fratrum, Chriſtianorum*. Secundo fuiſſe hanc poteſtatem iure diuino penes Epiſcopum; etenim cum accederent Chriſtiani facile ab hiſce, velut optabat expedire ſe, poterat Auguſtinus, ſi docuiſſet nullam poteſtatem abſolute apud ſe eſſe ex diuino, & Apoſtolico præcepto; & tamen ait: *Cauſas ſuas ad nos deferre compellunt, quibus dicere non audemus: Dic homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter uos? conſtituit enim talibus cauſis Eccleſiaſticos, &c.* & in altero loco: *Quibus nos moleſtijs idem affixit Apoſtolus, non utique ſuo, ſed eius, qui in eo loquebatur arbitrio.* nam ſi affixus erat, *arbitrio Apoſtoli*; iam iure diuino reuelato: licet enim, quæ dicebat Paulus, à Chriſto eſſent, iuxta illud: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* attamen cum affixos Epiſcopos velit eſſe iudicijs rerum ſæcularium laicorum Chriſtianorum, iam ex præcepto Apoſtolico, & diuino iure. & pari modo locum hunc Pauli exponit Auguſtinus de temporali Eccleſiæ iuriſdictione in laicos, quæ ſit penes ipſos Eccleſiaſticos,

tom. 8.

flagitijs omnibus puniendis, coniungens cum pluribus alijs ex ſacra Scriptura locis, & cum illo Matth. c. 18. vbi in omnibus offenſis poſſe nos ad Eccleſiam recurrere, Chriſtus docet illis verbis: *Dic Eccleſiæ*; quare cum certum ſit, locum Pauli intelligi de iudiciaria poteſtate rerum temporalium; & adducatur ab hoc Concilio, vt probetur iuriſdictionis Eccleſiæ poteſtas, ſequitur, vt voluerit eſſe talem poteſtatem in Eccleſia, præſertim; quia explicat Concilium cum Græcis, vt per ironiam dicatur a Paulo hos conſtitui te ad iudicandum. hæc ex Concilijs.

AVGVSTINI, ET AMBROSII expoſitionibus idem oſtenditur.

Caput IIII.

VENIAMVS ad Latinos Patres. AVGVSTINVS tom. 8. in Pſal. 118. in ea verba: *Declinate à me maligni: Perſequuntur* (ait Diuus) ſcilicet homines ſeculi, *& litigare nobiſcum volunt; verum cum obſequuntur, & honorant, & tamen in ſuis vitioſis, & negotioſis cupiditatibus adiuuandis vt occupemur, & eis noſtra tempora impendamus efflagitant, aut certe infirmos premunt, aut cauſas ſuas ad nos deferre compellunt, quibus dicere non audemus: Dic homo: Quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter uos. conſtituit enim talibus cauſis Eccleſiaſticos Apoſtolus cognitores in foro, probibens iurgare Chriſtianos.* & poſt pauca: *Ignoſcant obedientes fideles, qui pro ſuis ſecularibus cauſis raro nos quærunt, & iuditijs noſtris facillime acquieſcuut, nec nos conterunt litigando.* Ita Auguſtinus, quem conſtat indicare locum Pauli. Clarius de opere Mona-

Monachorum cap. 29. tom. 3. *Mallem per ſingulos dies certis horis, quomodo in bene moderatis monaſterijs conſtitutum eſt, aliquid manibus operare, & certas horas habere ad legendum, & operandum, aut aliquid de diuinis litteris ad agendum liberas, quam tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarum pati de negotijs ſecularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo, præcidendis; quibus nos moleſtijs idem affixit Apoſtolus non vtique ſuo, ſed eius, qui in eo loquebatur, arbitrio*. Et infra: *Hos collocari voluit, ſi ſapientes defuiſſent potius, quam vt negotia Chriſtianorum deferrent in forum, quem tamen laborem non ſine conſolatione Domini ſuſcipimus, &c.* Ex his verbis Auguſtini conſtat, hic eſſe ſermonem de laicis: nam ipſi denotantur generali nomine, *Fidelium, fratrum, Chriſtianorum*. Secundo fuiſſe hanc poteſtatem iure diuino penes Epiſcopum; etenim cum accederent Chriſtiani facile ab hiſce, velut optabat expedire ſe, poterat Auguſtinus, ſi docuiſſet nullam poteſtatem abſolute apud ſe eſſe ex diuino, & Apoſtolico præcepto, & tamen ait: *Cauſas ſuas ad nos deferre compellunt, quibus dicere non audemus: Dic homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter uos? conſtituit enim talibus cauſis Eccleſiaſticos, &c.* & in altero loco: *Quibus non moleſtijs idem affixit Apoſtolus, non utique ſuo, ſed eius, qui in eo loquebatur arbitrio*. nam ſi affixus erat, *arbitrio Apoſtoli*; iam iure diuino reuelato: licet enim, quæ dicebat Paulus, à Chriſto eſſent, iuxta illud: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* attamen cum affixos Epiſcopos velit eſſe iudicijs rerum ſæcularium laicorum Chriſtianorum, iam ex præcepto Apoſtolico, & diuino iure. & pari modo locum hunc Pauli exponit Auguſtinus de temporali Eccleſiæ iuriſdictione in laicos; quæ ſit penes ipſos Eccleſiaſticos,

tom. 8.

flagitijs omnibus puniendis, coniungens cum pluribus alijs ex ſacra Scriptura locis, & cum illo Matth. c. 18. vbi in omnibus offenſis poſſe nos ad Eccleſiam recurrere, Chriſtus docet illis verbis: *Dic Eccleſiæ*; quare cum certum ſit, locum Pauli intelligi de iudiciaria poteſtate rerum temporalium; & adducatur ab hoc Concilio, vt probetur iuriſdictionis Eccleſiæ poteſtas, ſequitur, vt voluerit eſſe talem poteſtatem in Eccleſia, præſertim, quia explicat Concilium cum Græcis, vt per ironiam dicatur à Paulo hos conſtitui te ad iudicandum. hæc ex Concilijs.

AVGVSTINI, ET AMBROSII expoſitionibus idem oſtenditur.

Caput IIII.

VENIAMVS ad Latinos Patres. AVGVSTINVS tom. 8. in Pſal. 108. in ea verba: *Declinate à me maligni*: *Perſequuntur* (ait Diuus) ſcilicet homines ſeculi, *& litigare nobiſcum volunt; verum cum obſequuntur, & honorant, & tamen in ſuis vitioſis, & negotioſis cupiditatibus adiuuandis vt occupemur, & eis noſtra tempora impendamus efflagitant, aut certe infirmos premunt, aut cauſas ſuas ad nos deferre compellunt, quibus dicere non audemus*: *Dic homo*: *Quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter uos. conſtituit enim talibus cauſis Eccleſiaſticos Apoſtolus cognitores in foro, prohibens iurgare Chriſtianos*. & poſt pauca: *Ignoſcant obedientes fideles, qui pro ſuis ſecularibus cauſis raro nos quærunt, & iuditijs noſtris facillime acquieſcuut, nec nos conterunt litigando*. Ita Auguſtinus, quem conſtat indicare locum Pauli. Clarius de opere

Mona-

Monachorum cap. 29. tom. 3. *Mallem per ſingulos dies certis horis, quomodo in bene moderatis monaſterijs conſtitutum eſt, aliquid manibus operare, & certas horas habere ad legendum, & operandum, aut aliquid de diuinis litteris ad agendum liberas, quam tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarum pati de negotijs ſecularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo, præcidendis; quibus nos moleſtijs idem affixit Apoſtolus non vtique ſuo, ſed eius, qui in eo loquebatur, arbitrio*. Et infra: *Hos collocari voluit, ſi ſapientes defuiſſent potius, quam vt negotia Chriſtianorum deferrent in forum, quem tamen laborem non ſine conſolatione Domini ſuſcipimus, &c.* Ex his verbis Auguſtini conſtat, hic eſſe ſermonem de laicis: nam ipſi denotantur generali nomine, *Fidelium, fratrum, Chriſtianorum*. Secundo fuiſſe hanc poteſtatem iure diuino penes Epiſcopum; etenim cum accederent Chriſtiani facile ab hiſce, velut optabat expedire ſe, poterat Auguſtinus, ſi docuiſſet nullam poteſtatem abſolute apud ſe eſſe ex diuino, & Apoſtolico præcepto; & tamen ait: *Cauſas ſuas ad nos deferre compellunt, quibus dicere non audemus: Dic homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter uos? conſtituit enim talibus cauſis Eccleſiaſticos, &c.* & in altero loco: *Quibus non moleſtijs idem affixit Apoſtolus, non utique ſuo, ſed eius, qui in eo loquebatur arbitrio*. nam ſi affixus erat, *arbitrio Apoſtoli*; iam iure diuino reuelato: licet enim, quæ dicebat Paulus, à Chriſto eſſent, iuxta illud: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* attamen cum affixos Epiſcopos velit eſſe iudicijs rerum ſæcularium laicorum Chriſtianorum, iam ex præcepto Apoſtolico, & diuino iure. & pari modo locum hunc Pauli exponit Auguſtinus de temporali Eccleſiæ iuriſdictione in laicos; quæ ſit penes ipſos Eccleſiaſticos,

tom. 8.

tom. 8. in commentarijs in Pſal. 49. & in commentarijs in Pſal. 90. & tom. 3. in Enchirid. ad Laurentium cap. 78. & tom. 10. homil. 50. vnde conſtat poteſtate diuinitus tradita conſueuiſſe Auguſtinum iudicare temporales laicorum cauſas: quare tomo ſecundo epiſtola 147. quæ eſt ad Proculeianum Epiſcopum partis Donatianæ, quaſi haberent regnum etiam iudiciariæ poteſtatis in cauſis ſecularibus Epiſcopi: *Honorant, ait, nos veſtri, honorant, vos noſtri; per coronam noſtram nos adiurant veſtri, per coronam veſtram vos adiurant noſtri, omnium verba ſuſcepimus, neminem offendere volumus, quid nos ſolum Chriſtus offendit, cuius membra laniamus? & homines quidem cauſas ſuas ſeculares apud nos finire cupientes quando eis neceſſarij fuerimus, ſic nos Sanctos, & Dei ſeruos appellant, vt negotia terræ ſuæ peragant: aliquando agimus, & nos negotium ſalutis noſtræ, & ſalutis ipſorum non de auro, non de argento, non de fundis, & pecoribus, pro quibus rebus quotidie ſummiſſo capite ſalutamur, vt diſſenſiones hominum terminemus*. Hæc Auguſtinus. quibus videre eſt per coronam regiam quandam poteſtatem in rebus temporalibus intelligere, qua iudicaret etiam ipſos Donatiſtas ad ſe accedentes, imo cuiuſuis ſectæ homines, vt paulo poſt ex Poſſidio referemus, & in Concilio Carthaginenſi 3. vbi ſubſcriptus legitur Auguſtinus, & in alijs etiam Carthaginenſibus, in quibus intereſſe potuit, (niſi aliunde fuerit impeditus Auguſtinus) cum generalia Africæ Epiſcoporum fuerint Concilia, & eo tempore floreret Epiſcopus Auguſtinus; quare communi conſenſu omnium Africanorum Epiſcoporum, quod nec Donatiſtæ negaſſe videntur eſt in Eccleſia diuinitus tradita abſolute rerum temporalium poteſtas exercenda in laicos, Chriſtianis etiam Imperatoribus, ipſorum iuri non derogando.

Sed

Sed accedamus ad alterum Eccleſiæ lumen.

AMBROSIVS in Commentarijs in Epiſt.Pauli: *Secularia iuditia ſunt ad corpus pertinentia, vel corporea*, & infra: *Magnus pudor eſt, ſi inter eos, qui dicuntur Deum cognouiſſe, non inueniantur, qui examinare poſſit negotium, iuxta ius Euãgelij, ideo autem fratrem iudicem eligendum dicit, quia adhuc Rector Eccleſiæ illorum non erat ordinatus*. Si carentia Epiſcopi eligendus erat aliquis, qui res ad corpus pertinentes diiudicaret; ergo id muneris erat Epiſcopi proprium; ſin vero aliquis eligendus erat; quis nam is erat, niſi Eccleſiaſticus aliquis, ad quem ea, quæ ad ius Euangelij ſpectant; pertinent ex offitio? quare, *Cum graue occurrit*, ſubiungit poſtea, *cauſam deferat ad Eccleſiam*, Et epiſt. 24. ad Marcellum ad ſe delatum refert quoddam iurgium, quo relato *Admonitus*, inquit, *apoſtolicæ præceptionis quæ arguit dicens; Nonne de ijs, quæ intus ſunt vos iudicatis?* & iterũ: *Secularia igitur iuditia ſi habueris conteptibiles, qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum: ad verecundiam veſtram, dico, ſic non eſt inter vos ſapiens, quiſquam, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum, ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? recepi cognitionem, ita tamen, vt compoſitionis eſſem arbiter: videbam enim, quod ſi pro tuis iudicarem partibus, poſſit ille non acquieſcere, ſi pro illo ferretur ſententia, obediret tua & ſanctæ ſororis defenſio*. quibus patet recepiſſe Ambroſium cauſam iurgij in re temporali: vt ſe deinceps talem fuiſſe clarius explicat ex auctoritate Apoſtolica; & licet receperit veluti compoſitionis arbiter, oſtendit, id ſe feciſſe, quo paci conſuleret, cum tamen poſſet ex auctoritate diuinitus tradita iudicare, quod ex ipſa Epiſtola clare conſtat; & præterea verbis illis declarat: *Videbam enim, quod ſi pro tuis iudicarem partibus, & cet.*

quod etiam paulo ante citata verba demoſtrant, dum ait: *Meo ſub examine liqueret, cui parti maiora iuris, vel iuſtitiæ ſuffragia forent.*

EADEM IVRISDICTIO allatis aliorum Latinorum Patrum expoſitionibus comprobatur.

Caput V.

POSSIDIVS in vita S. Auguſt. (fuit hic eiuſdem Auguſt. diſcipulus, poſtea Epiſcopus Calamenſis) citat hunc Pauli locum, cumque exponit, qua ratione ex illo Auguſt. quorumcumque hominum, & cuiuſcumque ſectæ hominum lites terminaret: *Secundum*, ſunt hæc verba Poſſidij, *Apoſtoli quoque ſententiam, dicentis: Audet quiſquam veſtrum aduerſus alterum negotium habens.* & cum retuliſſet verba Pauli, *interpellatus ergo B. Auguſt, vel a cuiuſcumque* (nota hoc) *ſectæ hominibus cauſas audiebat diligenter, ac pie; cuiuſdam vero ſententiam ante oculos habens, dicentis, ſe malle inter incognitos, quam inter amicos cauſas audire, eo quod de incognitis pro quo arbitrata æquitate iudicarentur, amicum acquirere poſſet; de amicis vero vnus eſſet; contra quem ſententia proferretur, perditurus, & eas aliquando vſque ad horam refectionis, aliquando uero tota die ieiunans, ſemper tamen noſcebat, & dirimebat*, & paulo poſt: *Peccantes coram omnibus arguens, ut cæteri timorem haberēt, & faciebat hoc tamquam ſpeculator à Domino cōſtitutus.* Hęc Poſſ. Audin, vt *cuiuſcūq; ſectæ hominum lites dirimebat*, audin, vt argueret, *tamquam ſpeculator à Domino conſtitutus, ut ceteri timorem haberent.* Et ſine dubio eos etiam, qui habebant lites, cum de illis fiat ibi ſermo: quomodo ergo non eſt diuino

uino

uino iure abſolute poteſtas, & coactiua penes Epiſcopum circa res temporales?

Eodem modo interpretatur BEDA in Commentarijs, qui affert eadem prorſus verba Auguſtini, quæ nos ſupra attulimus, De opere Monachor. quod facit Beda more ſuo; ſolitus eſt enim ſæpe ijſdẽ ex Auguſtino verbis deſumptis ſacras interpretari litteras, ſicut ſimile, quid facit S.PATERIVS ex Gregorio, ex quo colligit loca ſacrarum litterarum, quæ expoſuit S.Gregorius.

PETRVS Damianus: *Neque ſub elementis ſeruit Eccleſia, ſed ipſi quoque ſubiecta ſunt; vnde et Magiſter Gentium dicit: Omnia enim veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue uita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura; omnia enim veſtra ſunt, uos autẽ Chriſti; Chriſtus vero Dei. itaq; vt oſtendat quantæ auctoritatis prærogatiua ſancta polleat Eccleſia, rurſus ad eoſdẽ Chorintios: An neſcitis quia ſancti de hoc mundo iudicabunt? & ſi in vobis iudicabitur hic mundus indigni eſtis, qui de minimis iudicetis; neſcitis, quia Angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia?* hæc Illuſt. Cardinalis aſſerens ad Eccleſiæ poteſtatem pertinere omnia, & illi eſſe ſubiecta etiam ipſa ſecularia. *Dami. in libel. cui titulus, Dominus vobiſcũ.*

BERNARDVS ſermonẽ habens de vſu poteſtatis, cum pluribus docuiſſet, non ita ſe debere immiſcere in rebus temporarijs Eccleſiaſticos, vt relinquant potiora ſpiritualia, cũ temporaria ob ſpiritualia velut potiora ſint, ideo magis ſpiritualibus dare operam debeãt, minora alijs committentes; ne putaret quis Eccleſiã non habere temporariam poteſtatem abſolute: *Mihi autem:* inquit, *non videtur bonus exiſtimator rerum, qui indignum putat Apoſtolis ſeu Apoſtolicis viris, iudicare de talibus,* Ideſt ſecularibus, *quibus datum eſt iuditium in maiora, quid ni contemnant iudicare de terrenis poſſeſſiunculis hominum, qui in cæleſtibus angelos iudicabunt?* *Barn. li. 1. de conſider. ad Eugen.*

ergo in criminibus, non in poſſeſſionibus poteſtas veſtra, quoniā propter illa, & non propter hoc accepiſtis claues regni cælorum præuaricatores utique excluſari non poſſeſſores: Vt ſciatis, ait, quia filius hominis habet poteſtatē in terra dimittendi peccata, an prædia diuidendi, ſed nō eſt cōparatio, habent hæc infima, & terrena iudices ſuos, Reges, & principes terræ; quid fines alienos inuaditis? quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis? non quia indigni (nota hoc) *vos, ſed, quia indignū vobis tali bus inſiſtere quippe potioribus occupatis, deniq; ubi neceſſi tas exigit, audi quid cēſeat, non ego, ſed Apoſtolus; ſi enim in vobis iudicabitur hic mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis, ſed aliud eſt incidēter excurrere in iſta, cauſa quidem urgente, aliud vltro incumbere iſtis tamquam magnis, digniſque tali, ac talium intentione rebus.* Hucuſq; Bernardus. ex quo apparet primo, eſſe ſupremā quandam poteſtatem abſolute de rebus temporalibus in Eccleſia iure diuino, patet verbis illis: *Non videtur bonus exiſtimator rerum, qui indignum putat Apoſtolis, ſeu Apoſtolicis uiris non iudicare de talibus, quibus datum eſt iuditium in maiora.* quid nam hæc ſibi volunt, niſi eſſe etiam iudiciariā poteſtatem circa ſecularia, vtpote inferiora? & paulo poſt: *Non quia indigni uos*, quaſi dicat, poteſtis quidem, nam verbum hoc, *dignum*, accipitur ab Apoſt. & Bernardo pro poteſtate, vt liquet ex diuinis litteris c. 5. Apocal. *Quis eſt dignus aperire librum.* id eſt, quis poteſt? & alibi: *Dignus eſt operarius mercede ſua.*, id eſt, poteſt vere accipere mercedem, ſeu debita eſt merces. Secūdo apparet velle Bernardū, non debere vti Eccleſiaſticos hac poteſtate omniſſis maioribus ſpiritualibus; nam ſicuti minora ſunt propter maiora recto ordine, ita poteſtas ob maiora debet exerceri, & non inuerſo recto ordine referre maiora ad minora: quod fit, cum ita quis detinetur inferioribus, vt maiora

iora

Digitized by Google

iora omittat, ideo ait: *Propter illa, non propter hæc accepiſtis claues regni cælorum.* & infra: *Indignum uobis talibus inſiſtere potioribus occupatis*. & paulo poſt: *Aliud vltro incumbere iſtis tamquam magnis, &c.* Sed hoc eſt loqui de vſu poteſtatis, non de habitu, & ipſa in ſe poteſtate. Tertio apparet, poſſe exerceri ratione criminis: *Vbi*, ait, *neceſſitas exigit, audi quid cenſeat, non ego*, & cetera verba Pauli, Item, *cauſa vrgente*, quod ſit in progreſſum, & conſeruationẽ ſpiritualiũ. En vt omni prorſus ex parte nobiſcũ Paulum exponit Bernardus, vt tãquam in capite reſideat habitu poteſtas, quod Doctores Canoniſtæ ex hoc Sancto accipientes dixerunt eſſe gladium temporalem in habitu apud Eccleſiam exercendum per ipſam in quibuſdam caſibus, vel ad nutum eius per laicos; quod nos dicimus ad progreſſum rerum ſpiritualium vel boni conſeruandi, vel mali deuitandi, quod veriſimili coniectura accidere poteſt, ſeu vſq; ad moralem terminum, ceterum relinquendum vſum poteſtatibus ſecularibus, quando bene vtuntur, quo magis vacent potioribus Eccleſiaſtici, alioquin eſſet mittere falcem in meſſem alienam; & peruertere rectum ordinem, & hæc nota; quibus poteris reſpondere ad nonnullas obiectiones, quæ adduci poſſunt, tãquam oppoſitæ potius fuerit ſententiæ Bernardus; cum tamẽ aperta loca ſint, vt apparebit in ipſius Bernardi teſtimonijs, quibus ſupremam quandam in omnibus temporalibus tribuit Pontifici poteſtatem, licet quoad vſum ſentiat præfato modo. & nõ diſſimilia ſenſiſſe adnotauit etiam Pighius contra Marſilium, qui Bernardum male adducebat, quaſi oppoſitæ fuerit ſententiæ. *Marſil. lib. 5. Eccl. Hierarch.*

ANSELMVS: *In hoc peccatis, quod ad Sãctos negotia veſtra non defertis; debent enim ipſi de talibus iudicare, qui de mundo iudicabunt, & vtique, qui ipſum mnudum iudicaturi ſunt, non indigni ſunt ea iudicare, quæ mundi ſunt,*

di ſunt.& infra: *Indigni eſtis, qui de minimus iudicetis, ideſt, de terrenis rebus*. & paucis interiectis: *Neſcitis, quoniam angelos apoſtatas iudicabimus, quanto magis ſecularia iudicare poſſumus, quæ inferiora ſunt*? an non ſentit Anſelmus eſſe poteſtatem tamquam in capite in in Eccleſia dū ait, debere iudicare Sāctos ſecularia, vel tāquam inferiora iudicare poſſe. ergo. quod deinceps afferat totidē fere verbis in multis expoſitionem Gregorij, & exemplum de Moyſe, vt eligantur ab Eccleſia contemptibiles ſit quo melius Eccleſiaſtici vacent ſpiritualibus reſideat, nihilominus in eis poteſtas iudicādi ſecularia diſtincta à ſpirituali, veluti in Moyſe, cū elegit ex omni tribu viros; exercenda tamen ſit, ſeu per ipſos eccleſiaſticos, ſeu ad nutum illorum per alios.

HAYMO Epiſcopus, ſeu REMIGIVS: *Omnino nō debuerat tanta præſumptio eſſe in vobis, vt aliquis dimittens fideles cauſa iudicij iret ad infideles aut iudicari ſineret fratrem ſuum ab illis.*& infra: *indigni eſtis ideſt indignos vos iudicatis vt de minimis iudicijs, et cauſis iudicetis videlicet de equo ablato, vel aliquo furto: ſubaudi nō eſtis indigni iudicare, quę mūdi ſunt* affertur: deinde Gregorij, & Auguſtini expoſitio circa ea verba: *Cōtemtibiles qui ſunt in Eccleſia*, & vtraq; noſtræ fauet ſententiæ. hæc Haymo, ſeu potius vt dixi Remigius: nam quæ Haymonis prodierunt commentaria in Epiſt. Pauli, in codice manuſcripto vetuſto in noſtra Bibliotheca nomine Remigij extant, quos in multis collatos eoſdem reperimus.

BRVNO: *Quandoquidem ſicut prolatum eſt Eccleſia iudicare debet inter fratres; igitur ſi habueritis ſecularia iuditia, ideſt, lites inter vos pro tēporalibus rebus: per illud, ſi, notat melius eſſe, ſi non haberent huiuſmodi iuditia, & cum ſapientes conſtituendos dixiſſet, nec malū contentionis ſufficit, ſed etiam hoc ſit apud infideles iudices*

penuria

penuria Eccleſiaſticorum iudicum, quandoquidem ex iuditio hoc malum euenit, quod contenditis vicißim, & iura Eccleſia ad infideles refertis, iam certe propterea omnino, id eſt, ſicut omnibus patet, delictum eſt. Viden, vt Carthuſianorum Patriarcha velit eſſe Eccleſiæ iudicare inter fratres, & peccatum eſſe, quod iura Eccleſiæ trãſferrẽt ad infideles. Sed ne otio lectoris abutamur, ceteri Latini uolunt allatis verbis Pauli prohiberi, ne fideles adirent Ethnicorum iudicia, ſed Eccleſiam in litibus adeundam dicunt, & propterea neceſſario erat talis ſuperior poteſtas in illa; nã alioquin nõ fieret prohibitio, ne adirẽt fideles Ethnicorũ tribunal, nec dicerẽt agendas cauſas in Eccleſia. Quod ſi aliqui dicunt cõſtituendos in Eccleſia contemptibiles; ſeu Laicos (illi enim vltimum in ipſa tenent locum) iam reſidet nihilominus tamquam in capite iudiciaria poteſtas temporalis in Eccleſia, nemo enim trita Philoſophorum ſentẽtia dat: quod nõ habet ſaltem eminenti quadam ratione, præſertim cum vetari dicant Doctores ne adeantur iuditia infidelium; hac enim re ſuperior, quædam poteſtas circa infideles, & maior oſtẽditur. Sic non adeunda tribunalia Ethnicorum, ſed Eccleſiam docent CYPRIANVS lib. 3. teſtimoniorum ad Quirinum, AVCTOR commentariorum inter opera Hieronymi, SEDVLIVS Presbiter diſcipulus Hildeberti Scotorum Archiepiſcopi in commentarijs eadem fere dicens, quæ Gregorius, AMBROSIVS Anſbertus in Apocalypſim, & alij complures.

Amb. verba affer. lib. 9. in ipſius tex.

ADDV-

ADDVCTVS PAVLI LOCVS eodem modo explanari à Græcis Patribus oſtenditur. Cap. VI.

ADDVCTIS Latinis Patribus, adducamus Græcos. CHRYSOSTOMVS: *Turpiſſimum eſt, ſi ſacerdos fratrem nequeat reconciliare, ſed neceſſarium ſit ad Gentiles recurrere, quare inquit contemptibiles, non hoc inquit principaliter, ſed eos tangit; quod enim potentibus iudicare* (eſt ergo poteſtas in Eccleſia iudicandi) *permitti opus ſit, his verbis ſignificat: non eſt inter vos ſapiens quiſquam, inſipientibus permitti magis oportet, vt iudicia adirent quam gentilibus.* Hæc Chryſoſtomus. Cur autem potius dicat, nequeat reconciliare in ſolutionibus obiectionum aperiam. Eadem THEODORETVS: *Qui eſt omnium abiectiſſimus, & Eccleſiæ minimus, eſt præſtantior ijs, qui apud illos intelligentes, & docti exiſtimantur, neque enim iubet eos iudicare, qui ſunt in Eccleſia abiectiſſimi, & hoc ſignificant ea, quæ ſequuntur: Ad verecundiam veſtram dico.* & infra: *Sciendum eſt autem hæc non repugnare ijs, quæ ad Romanos ſcripta ſunt, neque enim iubet reſiſtere Magiſtratibus, ſed præcipit; vt qui iniuria affecti ſunt non vtantur Magiſtratibus; eligere enim, aut iniuria affici; aut de ea re ab ijs cognoſci, qui ſunt eiuſdem fidei pendet ab eadem ſententia.* En vt exponat Theodoretus, velle Paulum vt iudicentur, vel cognoſcantur cauſæ fidelium apud fideles, & Eccleſiam, ita vt ſponte Chriſtiani non eligant, niſi fideles iudices, vel certe pati iniuriam: *Aut*, inquit, *iniuria affici, aut de ea re ab*

ijs co-

ijs cognoſci, qui ſunt eiuſdẽ fidei. quomodo ergo nõ eſt in Eccleſia poteſtas circa res temporales iudicandas? Eandem interpretationem expreſsiſſe videtur BASILIVS, qui loquens de domeſticis vſurpantibus res illorum, qui trãſire cupientes ad ſodalitiũ vendere eas volunt, & ex Chriſti doctrina dare pauperibus, hæc habet: *Admonendi tamen ſunt, ſeduloque teſtificandum ſacrilegij genere ſe ipſos (nempe vſurpatores) obſtringere, idque ut pareamus præcepto domini, qui dixit: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, &c. porro de his rebus experiri apud iudices extraneos, uetat nos idẽ dominus, cum dicit: Et ei qui vult tecum in iuditio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. & Paulus ſimiliter, ſic enim eſt apud ipſum: Audet aliquis habẽs negotium aduerſus alterum iudicari apud iniquos, & non apud Sanctos? atque apud hos ipſos etiam in iuditium citabimus, ſi quãdo citabimus maiore habita ratione fraternę ſalutis, quam facultatis, quę ex pecunia poſſit proficiſci. ſic enim dominus cum antea dixiſſet: ſi te audierit poſtea addidit, lucratus es non pecuniã, ſed fratrẽ tuum.* vult Baſilius ex Chriſti & Pauli ſententia, non debere adiri extranea iuditia, ſed ſi quando citandus eſt aliquis in iuditio, citandum illum eſſe apud Sanctos, *atq; apud hos* ait Baſilius, nempe *ſanctos* per quos intelligit Eccleſiam, indicato loco Chriſti apud Matthæum, vbi ait: *Si te non audierit dic Eccleſiæ.* eſt itaque in Eccleſia tribunal rerũ temporalium ſubiungit deinde Baſilius, cum citati nos ipſi fuerimus, poſſe nos deſcendere in iuditium, quod cõuenire videtur cum interpretatione Theodoreti: quare ex Chryſoſtomi, Theodoreti, Baſilij expoſitione eſt in Eccleſia ordinaria poteſtas iudiciaria rerum temporalium iure diuino, & Apoſtolica inſtitutione.

Baſil. in regul. fuſius diſp. ad q. 9.

ALIORVM PATRVM GRÆCOrum expoſitionibus eadem iuditiaria poteſtas concluditur. Cap. VII.

Procop. in com. in Geneſim in c. 49.

PROCOPIVS Gazæus explicans vaticinium Iacob de tribu Dan. *Sunt qui aſſeuerant ſub Dan. ſacrum Apoſtolorum inſinuari chorum, nam hi iudices, et magiſtratus* (audi hoc) *præfecti ſunt fidelibus. huius rei locuples teſtis eſt Paulus alicubi ſcribens: neſcitis quod angelos iudicabimus, ne dum ea quæ ad victum pertinent, iudicabunt, ſed imitatores exiſtentes ſupremi iudicis Dei. hinc Eſaias tradit: eſſe Rex iuſtus regnabit, & principes cum iuditio imperabunt. iam olim Iuditarum tribus imperio moderabantur Iudæorum gentem, & ſacerdotes iuditiariam exercebant poteſtatem, nam inquit labia ſacerdotis cuſtodiet ſcientiam, & legem exquirent ex ore eius: verum auctore*
Mal. 2. *re Chriſto iuditium ad Apoſtolos recidit de quibus Deus alloquitur Hieruſalem in hunc modum: Pro patribus tuis*
Pſ. 44. *nati ſunt tibi filij: nam qui tunc temporis erant filij paternam auctoritatẽ & grauitatem ſunt adepti: ad Chriſtum vero dicitur: Transferes eos iudices in vniuerſam terram; per Apoſtolos enim Chriſti vulgatur prçconium, eiuſque myſterium vniuerſo annunciatur orbi: iudicabunt quoque quid expediat, & quid ſecus credentibus. de his loquitur, eos tanta auctoritate imperaturos fidelibus, quãta tribus Iuditarum reliquum Iudeorum populũ gubernabat, nec tamen miſeria vacabunt, qui imperij gubernacula tenebũt, populus enim qui eos perſequetur, erit vt ſerpens viam obſidens* (nota præclarum titulum) *& morſus infingens vngulæ equinæ.* Sic Procopius clare admodum

admodum explicans eſſe magiſtratus cõſtitutos Apoſtolos, & regnum, quod erat in tribu Iuda, & ſacerdotium in tribu Leui trãslatum ad Chriſtum, & per eum ad Apoſtolos, vt ſint loco Chriſti iudices conſtituti ſuper omnem terram. Et hanc eſſe dicit aliorum opinionem, quam & ipſe (vt patet) amplectitur.

THEOPHILACTVS: *Quia plerique indocti non uidebãtur idonei, eiuſque auctoritatis, vt litem dirimerẽt, vel cauſam aliquam auctoritatẽ illis conciliat; primum quidem Sanctos illos appellans, deinde addens, quod mundum ſint iudicaturi.* ita exponit Theophylactus Paulum, quaſi velit ille reſpondere obiectioni fidelium: poterant dicere fideles; Imus ad ſeculares iudices, quia non eſt auctoritas iudicandi in Eccleſia. quod ſi rurſus dicant illi non eſſe tales, qui poſſint recte ferre iuditium, audi iterum quomodo Theophilactus exponat: *Dixerit quiſquam, quod non ſit ſapiens in Eccleſia, qui dijudicare poſſit; ſi enim ſecundum veſtrum ſermonẽ non eſt ſapiens, contemptos potius iudices conſtituite fideles.* en vt velit eſſe facultatem conſtituendi iudices.

OECVMENIVS eodem modo exponit conſtituẽdos potius ab Eccleſia iudices, quam fideles eãt ad infideles; ceterum in Eccleſia eſſe talem poteſtatem, pluribus exponit: *Si ſancti*, ait, *mundum arguent, & inevitabilem eorum cauſam efficient, eo quod cum eiuſdem eſſent naturæ, & virtutes operarentur, non habuerunt eos imitatores, quos arguebant, quanto magis potentes ſunt, qui inter duos arbitri ſint, & iudicent? quare ſi potentes ſumus, qui & Angelos, id eſt, dæmones in corporeos arguamus, quanto magis illos, qui eiuſdem nobiſcũ naturæ ſunt, eiuſdemque rationis viuendi?* Hæc, & alia Oecumenius, & quo finem expoſitionibus Patrum afferam, nec eorum verba amplius adducam, neminẽ legi ex Patribus, qui dixerit poteſtatem rerum tempo-

ralium in Eccleſia ex hoc Pauli loco non colligi. ſunt quidem multi, qui citant Paulum, ſed cum plura dicat Paulus ad oſtendendam iuriſdictionem temporariam Eccleſiæ, tantum afferunt, quod ad rem ſuam faciebat: ita Clemens Alexandrinus 7. Stromatum docet, hominis perfecti eſſe pati iniurias, & iuditio cum nemine agere Philo Carphatiorum Epiſcopus fore arbitros Apoſtolos vna cum Chriſto in iuditio. Petrus Abbas Caluniacenſis non poſſe arceri monachos à iuditijs ferendis. Rupertus Abbas contẽptibiles in Eccleſia conſtituendos in rebus ſecularibus, quia in Eccleſia maiora dona, non ex genere carnis, ſed gratia tribuantur. alij autem in commentarijs in Paulum vetari aiunt Chriſtianis, ne adirent tribunalia Ethnicorum, ſed Eccleſiam in rerum temporalium iuditijs, apud quam terminarentur Chriſtianorum lites. Ita PHOTIVS, & THEODORVS Heracliotes, itaque concludi poſſe videtur ex hoc loco Pauli communi omnium Patrum conſenſu ſuprema diuino iure temporaria ſecundum ſe facultas penes viros Eccleſiaſticos eſſe circa laicos, & quaſcunque perſonas abſolute, & ordinaria poteſtate iudicando, & propterea etiam directe.

Philo in cõmẽ. in Cantica.

Petrus l. 3. epiſt. 28.

Rupert. in c. 18. Exodi

Thot. & Theod. in comment.

OSTENDITVR CONVENIRE vna cum Patribus Theologos, & Canoniſtas. Caput VIII.

RESTANT citandi aliquot Theologi, & Canoniſtæ. D. THOMAS cum dixiſſet, eſſe præſumptionem agere ſecularia iudicia apud infideles: *Hoc enim*, ait, *eſt inordinatum multipliciter; primo quidem, quia per hoc derogatur auctoritati fidelium. ſecundo,*

D. Tho. in comment.

ſecundo, qui derogatur dignitati fidelium, quantum ad hoc, quia iuditia infidelium ſubeunt. & infra: *Secundo argumentatur ad propoſitum, dicens, quanto magis ſecularia, ſcilicet iuditia, idonei eritis iudicare; qui enim eſt idoneus ad maiora multo magis eſt idoneus ad minora.* ſubiungens deinde Gregorij, & Aug. expoſitionem, & Auguſtini magis litteralẽ ſibi videri affirmat, ſin tamẽ recipiatur Gregorij expoſitio, ea intelligatur, quo magis vacent ſpiritualibus Eccleſiaſtici: & declarat exemplo Apoſtolorum in actis Apoſtolicis, qui, quo prędicationi vacarent, elegerunt Diaconos, qui menſis miniſtrarent, vt appareat velle D. Thomam, non defectu poteſtatis, ſed quo vacent potioribus abſtinere ſe Eccleſiaſticos à talibus minimis iudicijs: quare reſidet reuera talis poteſtas in Pontifice, non tantum conſecutiue ad ſpiritualium poteſtatem, ſed abſolute, & ſecundum ſe.

HENRICVS Gandauenſis verba faciẽs de Chriſto: *Talis Hierarcha, ſicut vir ſpiritualis omnia dijudicat, & ipſe à nemine iudicatur, vt dicit Apoſt. 1. ad Corin. 2. Iudicat autem non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus; quia temporalia non niſi ſecundum ſpiritualia iudicari debent, et regulari, dicente Apoſtolo 1. ad Corinth. 6. Angelos iudicabimus, quãto magis ſecularia? gloſ. id eſt, de rebus ſeculi; ſemper enim qui iudicat de maiori, ad ipſum ſicut ad primum iudicem debet reduci omne iuditium de minori, iuxta illud, extra qui filij ſunt legitimi cap. per venerabilem.* & poſt pauca: *iſte Hierarcha primus poſt Chriſtum ſuper vniuerſam Eccleſiam Petrus erat, cui ambas claues tradidit, & duos gladios cõmiſit ſic, vt regimen vniuerſalis Eccleſię tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ad ipſam pertineat.* Hæc Henricus: explicans deinde eſſe hunc Hierarcham inſtar Architecti, qui regulam præſcribat temporalibus, vel in certis cauſis per ipſum Eccleſiaſticum talẽ temporalem *Henricus quodl. 6. q. 23.*

poralem

poralem poteſtatem exerceri. vt ſit etiam alter gladius temporalis penes Eccleſiam diſtinctus à ſpirituali, ideo non vna ſpiritualis poteſtas, per quam vnam, & ſimplicem habeat Eccleſia[m] conſecutiue ſolum dominium temporale.

Franciſ. in quodlib. q. 11. FRANCISCVS Mayro, dictus ob inſignem doctrinam Doctor illuminatus: *Primæ Epiſtolæ ad Corinthios cap. 6, Apoſtol. facit talem conſequeutiam: Sancti de hoc mundo iudicabunt, ergo multo magis habent iudicare de temporalibus? de quorum iuditio loquitur ibi, & conſequentia non poteſt reduci ad formam, niſi ſubintelligatur illa regula, quod, qui iudicat de maiori, poteſt de minori: tum quia ibidem dicit,, ſi in vobis iudicabitur hic mundus; indigni eſtis, qui de minimis iudicetis, & ita non valet conſequentia, niſi hoc ſubintellecto, quod, quicumque poteſt de maximis iudicare poteſt, & de minimis, per quod oſtenditur propoſitum: tum quia ibidem dicit: Neſcitis quia angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia? quod non valeret, niſi ſubintellecta ea regula, vt quicumque poteſt iudicare ſuperiora, poteſt inferiora, & ſpiritualia ſuperiora ſunt temporalibus.* Hæc, & alia Mayro.

Petrus in com. in Paulum. PETRVS Lombardus Sentẽtiarum Magiſter idem docet, quod Auguſtinus, eadem prorſus verba afferens, quæ retulimus de opere Monachorum, & alia ex Enchiridio ad Laurentium.

Bern. cõtra ineptias Petri de cugneriis. BERTRANDVS Cardinalis, & Epiſcopus Eduenſis contra nugas Petri de Cugnerijs, cum plures adduxiſſet probationes, & hunc locum, quo iuriſdictionem temporalem probet, explicat eodem modo, quo Auguſt. vt ſapientes iudicent.

Nicol de claue Dauid liber 2. cap. 16. NICOLAVS Sanderus: *Neſcitis, quia Angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia quaſi dicatur; cui maiora quædam abſolute commiſſa ſunt, illi etiam minora eiuſdem Ciuitatis negotia commiſſa intelliguntur, ſed iuditia ſpiritualia committuntur Chriſtianis, vt videlicet Angelos Apoſtatas, & præuaricatores iudicent; multo igitur magis ijdem Chriſtiani poſſunt de minimis, hoc eſt, de ſecularibus eiuſdem Eccleſiæ*

Digitized by Google

cleſiæ negotijs iudicare, ſi ceteri Chriſtiani hoc poſſunt facere, an Epiſcopi non poſſunt?

DOMINICVS Martinus Pereſius Epiſcopus Guidixienſium. Q. quod vltra penam excommunicationis ſit penes Prælatos Eccleſiæ alia poteſtas coactiua: *Conuincit,* ait, *iſtos de falſitate D. Paulus Apoſt. 1. ad Corin. 6. vbi manifeſte iuriſdictionem erga lites, & contentiones de rebus temporarijs Eccleſiæ rribuit, antequam eſſent imperatores Chriſtiani: Secularia, inquit, iuditia ſi habueritis, contẽptibiles qui ſunt in Eccleſia, conſtituite ad iudicãdũ, ecce conſtituuntur iudices, in Eccleſia Corinthior. ad dirimendũ contẽtiones de rebus ſecularibus: quod ſi ſeniores Eccleſiæ, et Paulus ipſe creare poterãt iudices, qui de huiuſmodi rebus poſſent ferre ſententiã, poteſtatem habebãt apud ſe iudicandi, & coercendi ſubditos circa huiuſmodi res; nemo enim dat, quod non habet; quod ipſe manifeſte fatetur ante illa verba: Audet, inquit, aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum iudicari apud infideles, an neſcitis, quia Sancti de hoc mundo iudicabunt, & ſi in vos iudicabitur mundus indigni eſtis, qui de minimis iudicetis; quaſi diceret non, ſed poteſtatem habetis de minimis iudicandi: quod ſi poteſtatem habetis iudicandi, & coercendi, manca enim eſſet poteſtas iuditij ſine poteſtate coercitiua. cum igitur excommunicatio maxima pena ſit, quæ ab Eccleſia infligi poteſt, minime credibile eſt pro huiuſmodi rebus minimis, & caducis ab Eccleſia tum infligi, vt hodie multi ignari iudices Eccleſiaſtici faciunt in vilipendium gladij ſpiritualis; quare relinquitur ante beneficium principum fuiſſe aliam coercitinam poteſtatem in Eccleſia ex diuina, & Apoſtolica traditione, alias ante principium conuerſionem non eſſet politica Chriſtiana Congregatio ſed res confuſa, & inordinata.* Hæc ille. adducamus aliquot Theologos, qui non mediocri cũ laude ſacras litteras noſtro hoc ſeculo ſunt interpretati.

Dom. Pereſius.

GILBERTVS Genebrardus in commen. in pſ. 121. *Duo ſolia erant Hieroſolymis collocata, primum cathedra Moyſis, ſiue ſacerdotium, deinde regum. Euthymius: nam, & ſacerdotes, & Leuitæ iudicabant, Deuter. 17. cap. etiam de rebus temporarijs apud Ioſephum, quod obſeruatum in Eccleſia perpetuo ex Apoſtolico decreto 1. Cor. 6. epiſt. Clementis Græ*

ca pag.

ca pag. 78: eiuſdem prima epiſt: ad Iacobum Concilio Calcedonenſi, & quarto Carthaginenſi, &c. quantum enim exercitium iuditiorum ſpiritualium nemo dubitat. Sic Genebrardus, & bene: nam obſeruatam vidimus adhuc imperatoribus Chriſtianis hanc poteſtatem ex pręcepto Apoſtolico ab Ambroſio, & Auguſt. & à pluribus alijs, vt infra dicam.

Bened. in comm.

BENEDICTVS Ariamontanus: *Quidnam deſiderari poteſt in Sanctis, quod ad iuditium rectum, & legitimum requiritur? auctoritas ne, an cognitio rerum? neſcitis eos tanta auctoritate diuinitus præditos, tanta vero ſapientiæ copia auctos, vt mundi iudices conſtitutos confiteamur; quod ſi mundus totus iudicabitur ab ijs, qui corporis veſtri, hoc eſt, Eccleſiæ Chriſtianæ membra ſunt, exiſtimatis vos indignos, aut minime idoneos, qui de leuibus iudicetis? neſcitis, quod & malos illos Angelos, qui non permanſerunt in ſuo principatu, ſed reliquerunt ſuum domicilium, iudicabimus, quanto magis ea, quæ ſeculi huius ſunt, cum leuiſſimæ, & facillimæ æſtimationis ſint apud Sanctos?* hucuſque Benedictus eadem docet GARTHVSIANVS, LYRANVS, & alij etiam Theologi, qui eodem modo exponunt, ad quos accedunt Doctores Canoniſtæ 11. quæſtione prima. cap. Relatum. Ita vna cum GLOSSA, ARCHIDIACONVS, PRAEPOSITVS Mediol. DOMINICVS a S. Heminiano, IOANNES a Turrecremata, qui ait excreſcente numero fidelium, quo vacarent ſpiritualibus, reliquiſſe hæc iuditia, & bene; quamuis non bene dicat Geminianus intelligi locum hunc de ſolis Clericis: nam Alexander PP. cuius eſt Canon, reſpexit ad locum hunc Pauli, qui, vt vidimus, a Patribus, & Concilijs, de omnibus etiam laicis intelligitur, & cōtextus ipſe Pauli demonſtrat.

Carth. Lyran in com.

Alij in c. nouit. de iudi.

PROPO-

PROPONVNTVR QVÆDAM *ſolutiones circa allatum ex Paulo locum, quæ pluribus confutantur.* Cap. IX.

CVM noſtra confirmauerimus, videndum quid alij ſenſerint. Ocham tract. 2. lib. 2. c. 8. in dialogis dicit, tantum voluiſſe Paulum ad Eccleſiam recurrẽdum, non quod in ea foret poteſtas iuditiaria rerũ temporalium, ſed quo ibi fratres diſſidẽtes, *per modum*, vt ipſe ait, *compoſitionis reconciliarentur*: & de poteſtate ſummi Pontificis q. 1. c. 11. *Quod ſi Paulus dicit: Neſcitis, quia Angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia non loquitur*, inquit, *in perſona propria, aut ſummi Pontificis, vel clericorum, ſed in perſona omnium fidelium clericorum, & laicorum, vt conſtituatur aliq is laicus a cœtu fidelium, ſiue etiam clericus*. & addit deinde: *Si quam habet, habere in caſu neceſſitatis, ſicut videmus in corpore, cum quis mancus eſt pedibus, vtitur manibus, quo progrediatur, qui manibus non poteſt percutere, mordet dentibus*. Sic ille. accedit ad hanc ſolutionem Gabriel, qui ait non vetari ſimpliciter fidelibus, ne adeant tribunalia Ethnicorum, *ſed illos ſolummodo reprehendit, quod indiſcrete, malitioſe, & cum ſcandalo apud infideles, & iniquos iudicari volebant*: & ſubiũgit contẽptibiles debere iudicare ſimilia habet Ioan. Pariſien. & Petrus Aliacenſ. *Non aliquos*, inquit, *intelligit è clero, ſed contemptibiles, vbi Gloſa ſecũdum Ambroſium, & Auguſtinum contemptibiles, id eſt, aliquos ſapientes, qui ſunt minoris meriti*: & hanc etiam fuiſſe docet mentem Bernardi, *Quod ſi aliqua*, adiungit, *dicta Sancto-*

Gabriel. lect. 75. in Canonem Miſſæ.

Ioan. de poteſtate Regia, & Papali.

Aliacen q. vna ſumpta de Petri Monarchia

rum, videntur innuere, quod iuditia ſecularia ad Epiſcopos pertineant, non debere intelligi de iuditio coactiuo, ſed de iuditio diſcretionis; vel hoc ad eos pertinere non iure naturali, aut diuino, ſed humano, & poſitiuo. hæc ille. Eadem habet Marſilius de Padua. ex iſtis itaque tria colliguntur diſcrepantia a noſtra ſententia. Primo, nullam reuera colligi iuditiariam poteſtatẽ temporariam ex hoc loco iure diuino, ſed tantum per modum compoſitionis, ſeu diſcretionis. Secunda, ſi qua eſt, eam eſſe in caſu neceſſitatis. Tertia, eam eſſe apud laicos. Sed non bene hæc dici poſſe videtur, & facile ſolui poſſunt ex dictis: nam Paulus ex ſubordinatione ſubiecta Eccleſiaſticis temporalia oſtendit, & ideo Ambroſius, Anſelmus S. Petrus omnia ſubiecta eſſe Apoſtolis dicebant, itaque velut ſe extendit ſubordinatio temporalium ad ſpiritualia; ſic etiam poteſtas tẽporaria Eccleſiæ. ſed ea ſe extendit ex eodem Paulo ibidem omni ex parte, vt vidimus. Accedit, quod ita argumentatur Apoſtolus, vt dicat penes eos eſſe multo magis minorũ poteſtatẽ, penes quos eſt ſuperiorum & maiorum; ſed abſolute ſunt ſemper maiora ſpiritualia, cum ad illa temporalia omni ex parte ſint ſubordinata: ergo magis eſt minorũ iuditium coactiuum in foro externo etiam ad progreſſum, & conſeruationẽ, quoties laici noluerint ſub eſſe, cum hoc modo ſit ſpiritualiũ poteſtas. Præterea eo tendũt argumẽta Apoſtoli, vt appareat velle eſſe auctoritatis maioris Eccleſiã circa minima iuditia, quam forẽt Ethnici: at Ethnici circa minima, ſeu ſecularia abſolute habebant vim coactiuam in foro externo ad progreſſum, & conſeruationem boni, cuius ſunt miniſtri, teſte Paulo. Ad hæc liquet Paulum loqui in perſona capitis Eccleſiæ de iuditio coactiuo, vt oſtenſum eſt, cũ per verbum *Iudico*, hanc poteſtatem intellexerit. quare ſemper eodem verbo Græco, κρίνω, vſus eſt Paulus, & de

Rom. 13.

cap. 1. huius lib.

hac

Digitized by Google

hac poteſtate iuditiaria, quæ ſit penes Eccleſiaſticos conſtat exponere Pontifices,Concilia,Patres Latinos, Græcos,& Theologos, vt reuera ſit maior penes ipſos Eccleſiaſticos poteſtas,quam Ethnicos foret,& propterea abſolute ſit penes Eccleſiam poteſtas:& neſcio, an quiſquam dicat ex citatis Patribus exponens hunc locum tantum indirecte, & ſolum ratione peccati, aut duntaxat ratione Ethnicorum eſſe iuditiariam poteſtatem rerum temporalium : ſit quidem ab illis ſermo de Ethnicis, & erroribus, qui à Chriſtianis committebantur; ſed cum de illis loquatur Paulus, aliter ab illis fieri non poterat,cum Paulum explicarent, à nemine tamen ex citatis ea ſit limitatio.ſimiliter poſſet aliquis dicere, poteſtatem punitiuam eſſe ratione peccati,quod & nos dicimus; ſed id eſt loqui nõ de ipſa poteſtate,ſed tali poteſtate ſeu vſu,qui nõ debet adhiberi,niſi ratione peccati: lege eorum Patrũ commentarios, & videbis nos recte dicere; quare abſolute iure Apoſtolico talem eſſe in Eccleſia poteſtatem dixerunt Concilia Imperatoribus iam Chriſtianis, eamque tali iure exercebant Auguſtinus, Ambroſius,& exercuiſſe Auguſtinum docet Poſſidius,immo(vt ſeq.cap.dicam) diu Eccleſia poſtea exercuit.Ex his patet, quid dicendum ad Reſponſiones, Ad locum Ocham ex Dialogis liquet ex dictis argumenta facta à nobis, & auctoritates adductæ contrarium prorſus oſtendere, præſertim apparet hoc ex Clementis conſtitutionibus, Gregorio Septimo, Concilio Carthaginenſi tertio, Auguſtino, Ambroſio, Poſſidio, Procopio, & pluribus Theologis; alioquin argumenta Apoſtoli nullam vim haberent,cũ velit oſtendere, poſſe multo magis de minimis ſecularibus iudicare Eccleſiam.

Ad alterum locum probatũ eſt eſſe hanc poteſtatem penes Eccleſiaſticos,penes quos eſt maiorum, & ſupe-

riorum poteſtas, & in perſona capitis Eccleſiæ loqui Paulum. Ad Gabrielem, & Pariſienſem, reprehendit quidem Paulus Chriſtianorum vitia, ſed ſimul etiã vetat adeunda tribunalia Ethnicorũ, & vult terminãdas apud Eccleſiam lites Chriſtianorum, quia ibi talis ſit abſolute facultas iudiciaria rerum temporalium. Deinde cum dicit Gabriel, debere iudicare laicos, ſeu cõtẽptibiles, vel intelligit laicos vt laicos dumtaxat, & hoc dici non poteſt, quia apparet loqui Paulum de illis vti fidelibus, quos è regione confert cum infidelibus, & maioris dignitatis eſſe ſupponit: eſt autem quis membrum Eccleſiæ per fidem, nõ propterea quod laicus eſt, alioquin etiam laici infideles eſſent membra Eccleſiæ; ergo erunt tales vti fideles conſtituendi & membra Eccleſiæ, & propterea penes Epiſcopum erit poteſtas re-

Cypr. lib. 4. epiſt. 9. Gelaſius cõtra Andromachũ Senatorem.

gitiua temporaliũ; eſt enim caput Eccleſiæ Epiſcopus. vnde in Epiſcopo Eccleſiam eſſe dicebat Cyprianus, & totam Eccleſiam ſacerdotũ eſſe Gelaſius: depẽdebunt, ergo veluti membra in ſuo regimine à capite, ita vt quemadmodum reſidet in capite omnis ſenſus, ita omnis poteſtas in Epiſcopo. Ad Petrum, & Marſilium neſcio quã Gloſam dicant Auguſtini, cum tot in locis dicat Auguſtinus, iure Apoſtolico eſſe talem in Eccleſia poteſtatẽ, & vnà cum illo Ambroſius, & cæteri Patres.

NONNVLLAE ALIAE OBIECTIONES afferuntur, & ſoluuntur. Cap. X.

REIECTIS limitationibus eorum, qui aliter exponebant Paulum adducendæ adhuc sũt nõnullæ aliæ obiectiones, Paulus loquitur ex iudicio, quod fiet à Sanctis, eſſe poteſtatem iudiciariam in Eccleſia: at illud generatim loquendo, vt loquitur Paulus, erit

per

per comparationẽ,non per poteſtatẽ coactiuã,& ſic de iuditio comparatiuo explicant iudiciũ fore Hilarius,& Ambroſius; quare Chryſoſt. de reconciliatione exponebat,vt ſupra vidimus. Ad hanc obiectionem reſpondeo in iudicio fore gradus;aliqui enim iudicabunt,ſolũ per comparationẽ, & hoc erit commune bonis, & malis reſpectu inferiorũ ſeu peiorum : alij ſecundo per approbationem, quod erit cõmune omnibus electis : alij tertio cõparatione,approbatione,& amplius per aſſeſſoriã quandam dignitatem aſſidendo Chriſto iudici,& ij erunt viri perfecti: Chriſtus vero homo poteſtate quadã excellentiæ,ita D.Tho.Bonau. Ricar.Scotus,& alij. Iam ad argumẽta: dicitur loqui Paulus tertio modo, cũ loquatur,vt dixi de Eccleſia in ſuo capite Epiſcopo:patet, quia ratione ſtatus Epiſcopalis,qui eſt ſtatus perfectionis,debita eſt poteſtas aſſeſſoriæ dignitatis in iudicio Epiſcopis.nec mirũ ſi quod capitis eſt,dicat de Eccleſia Paulus;nam quod capitis eſt,tribui ſolet corpori, ita v.g.dicitur apud Romanos eſſe Pontificia ſedes, nõ quod omnes Romani ſint Pontifices,ſed quia Romæ eſt Pontifex:apud Germanos Imperiũ, quia ibi eſt Imperator. *Vos*,ait Petrus, *eſtis Regale Sacerdotium*, non quia omnes Chriſtiani ſint ſacerdotes,ſed regnũ, & ſacerdotium apud illos ſit,penes aliquos indefinite, quem morẽ diuinarũ litterarũ adnotauit Auguſt. vt diximus lib. 3. cap. 12. vbi fuſius obiectioni reſpõdebimus.Hilarius vero, & Ambroſ. dicũt quidem per comparationẽ fore iudicium,quod commune,omnibus eſt,nõ tamẽ excludũt alios modos, quare de aſſeſſoria dignitate explicãt Beda,& Primaſ.Illud certũ eſt voluiſſe Patres vnà cum Paulo ampliare poteſtatẽ Eccleſiæ, & poſſe iudicare de minimis ex maiorũ poteſtate,& propterea loquutos etiam de poteſtate coactiua, alioquin enim ex iudicio cõparatiuo nihil concluderẽt, aut diceret Paulus,cum comparatiuũ iudiciũ cõmune ſit bonis,& malis.

Hilar.in 1. 2. Ambroſ. in commen.

Reſpon. ad obiect.

D.Tho. Bona. Scot. 4. diſt.47.

1.Pet.2.

Beda, Primaſ.in comment.

Ad

riorum poteſtas, & in perſona capitis Eccleſiæ loqui Paulum. Ad Gabrielem, & Pariſienſem, reprehendit quidem Paulus Chriſtianorum vitia, ſed ſimul etiã vetat adeunda tribunalia Ethnicorũ, & vult terminãdas apud Eccleſiam lites Chriſtianorum, quia ibi talis ſit abſolute facultas iudiciaria rerum temporalium. Deinde cum dicit Gabriel, debere iudicare laicos, ſeu cõtẽptibiles, vel intelligit laicos vt laicos dumtaxat, & hoc dici non poteſt, quia apparet loqui Paulum de illis vti fidelibus, quos è regione confert cum infidelibus, & maioris dignitatis eſſe ſupponit: eſt autem quis membrum Eccleſiæ per fidem, nõ propterea quod laicus eſt, alioquin etiam laici infideles eſſent membra Eccleſiæ; ergo erunt tales vti fideles conſtituendi & membra Eccleſiæ, & propterea penes Epiſcopum erit poteſtas re-
Cypr. lib. 4. epiſt. 9. Gelaſius cõtra Andromachũ Senatorem. gitiua temporaliũ; eſt enim caput Eccleſiæ Epiſcopus. vnde in Epiſcopo Eccleſiam eſſe dicebat Cyprianus, & totam Eccleſiam ſacerdotũ eſſe Gelaſius: depẽdebunt, ergo veluti membra in ſuo regimine à capite, ita vt quemadmodum reſidet in capite omnis ſenſus, ita omnis poteſtas in Epiſcopo. Ad Petrum, & Marſilium neſcio quã Gloſam dicant Auguſtini, cum tot in locis dicat Auguſtinus, iure Apoſtolico eſſe talem in Eccleſia poteſtatẽ, & vnà cum illo Ambroſius, & cæteri Patres.

NONNVLLAE ALIAE OBIECTIONES afferuntur, & ſoluuntur. Cap. X.

REIECTIS limitationibus eorum, qui aliter exponebant Paulum adducendæ adhuc sũt nõnullæ aliæ obiectiones, Paulus loquitur ex iudicio, quod fiet à Sanctis, eſſe poteſtatem iudiciariam in Eccleſia: at illud generatim loquendo, vt loquitur Paulus, erit

per

per comparationē, non per poteſtatē coactiuā, & ſic de iuditio comparatiuo explicant iudiciū fore Hilarius, & Ambroſius; quare Chryſoſt. de reconciliatione expōnebat, vt ſupra vidimus. Ad hanc obiectionem reſpondeo in iudicio fore gradus; aliqui enim iudicabunt, ſolū per comparationē, & hoc erit commune bonis, & malis reſpectu inferiorū ſeu peiorum: alij ſecundo per approbationem, quod erit cōmune omnibus electis: alij tertio cōparatione, approbatione, & amplius per aſſeſſoriā quandam dignitatem aſſidendo Chriſto iudici, & ij erunt viri perfecti: Chriſtus vero homo poteſtate quadā excellentiæ, ita D. Tho. Bonau. Ricar. Scotus, & alij. iam ad argumēta: dicitur loqui Paulus tertio modo, cū loquatur, vt dixi de Eccleſia in ſuo capite Epiſcopo: patet, quia ratione ſtatus Epiſcopalis, qui eſt ſtatus perfectionis, debita eſt poteſtas aſſeſſoriæ dignitatis in iudicio Epiſcopis. nec mirū ſi quod capitis eſt, dicat de Eccleſia Paulus; nam quod capitis eſt, tribui ſolet corpori, ita v.g. dicitur apud Romanos eſſe Pontificia ſedes, nō quod omnes Romani ſint Pontifices, ſed quia Romæ eſt Pontifex: apud Germanos Imperiū, quia ibi eſt Imperator. *Vos*, ait Petrus, *eſtis Regale Sacerdotium*, non quia omnes Chriſtiani ſint ſacerdotes, ſed regnū, & ſacerdotium apud illos ſit, penes aliquos indefinite, quem morē diuinarū litterarū adnotauit Auguſt. vt diximus lib. 3. cap. 12. vbi fuſius obiectioni reſpōdebimus. Hilarius vero, & Ambroſ. dicūt quidem per comparationē fore iudicium, quod commune, omnibus eſt, nō tamē excludūt alios modos, quare de aſſeſſoria dignitate explicāt Beda, & Primaſ. Illud certū eſt voluiſſe Patres vnà cum Paulo ampliare poteſtatē Eccleſiæ, & poſſe iudicare de minimis ex maiorū poteſtate, & propterea loquutos etiam de poteſtate coactiua, alioquin enim ex iudicio cōparatiuo nihil concluderēt, aut diceret Paulus, cum comparatiuū iudiciū cōmune ſit bonis, & malis.

Hilar. in pſ. 2. *Ambroſ. in commen.* *Reſpon. ad obiect.* *D. Tho. Bona. Scot. 4. diſt. 47.* *1. Pet. 2.* *Beda, Primaſ. in comment.*

Ad

Ad Chryſoſtomum, vtitur ille eo modo loquendi, quia paci potius ſtudere debet Epiſcopus, quare Concilium Carthaginenſe 4. vbi ſubſcriptus eſt Auguſtinus cap. 26. *Studendum eſt Epiſcopis, vt diſſidentes fratres, ſiue clericos, ſiue laicos ad pacem magis, quam ad iudiciam cohortentur.* Et Chryſoſtomus ipſe in comment. in Paulum: *Externorum iudiciorum patroni millies hæc dicunt: melius eſſe extra iudiciũ controuerſiam ſoluere.* Itaque niſi deinde voluiſſent iudicio acquieſcere, Epiſcopi vtebantur vi punitiua, quali vſus eſt Chryſoſtomus in cauſa agri Callitropæ viduæ contra Imperatricem Eudoxam: & ita dicendum patet ex dictis, & infra melius patebit.

Secunda obiectio. Secunda obiectio, non videtur ex hoc loco Pauli colligi eſſe poteſtatem temporalium formaliter coniunctam cum ſpirituali, vel abſolutam, ſed eſſe vnam ſimplicem ſpiritualem, & tantum cõſecutiue temporalem.

Prima reſp. Reſpondeo: etſi non eſt formaliter, eſt eminenter, quæ eminentia (vt i diximus alias) nihil tollit perfectionis, ſed eandem rem dicit nobiliori quodam modo; quare ſi per hoc nomen conſecutiue intelligatur non eſſe eminenter, quæ hactenus dicta ſunt, omnia videntur refellere, cum maior eſſe oſtenſa ſit abſolute poteſtas penes Eccleſiam, quam foret apud Ethnicos; maior autẽ eſt poteſtas abſolute, quam conſecutiue, quæ eſt per accidens. *Secun. reſp.* Secundo reſpondeo, eſſe formaliter: nam gradus inferiorũ, qui omni ex parte ſunt ſubordinati, quoties non dicunt imperfectionem, continentur formaliter in ſuperioribus, & ita ſe habere gradum regium ad Sacerdotalem oſtenſum lib. 1. cap. 2. *Tertia reſp.* Tertio reſpondeo, ex argumentis allatis Paulum voluiſſe eſſe abſolute poteſtatem maiorem iudicãdi res temporales ſecundum ſe, quam foret apud Ethnicos poteſtate quadam ordinaria: nam ex ſtatu Epiſcopali veluti ſtatu perfectionis argumentatur deberi iuditiariam poteſtatem Eccleſiæ,

vn de

vnde ait: Neſcitis, quia Sancti de hoc mũdo iudicabũt? Neſcitis quia Angelos iudicabimus? iudicabũt autem mũdũ viri perfecti, & Apoſtolici: quare viris perfectis, & Epiſcopis deberi ſupremã loco Chriſti Monarchiã in omnibus, vt ſuccedant loco Chriſti in regno, & ſacerdotio, ex Apocalypſi Ioannis cap. 2. oſtenſum eſt in calce lib. 3. Accedit quod ex ſapiẽtia etiam apparet argumentari Apoſtolum ideo ait: Non eſt inter vos ſapiens? at ſapiẽti debitum eſt regnum per ſe in repub. & Monarchia in omnibus; ideo Plato eoſdem debere eſſe dicebat Sacerdotes, & Reges, Zeno, & alij quos retulimus lib. 1. Quod ſi aliqua per ipſos Sacerdotes minus exercentur, præſertim bella, ideo eſt, quò vacarent grauioribus, vt docet Ariſt. & adnotauit Origen. quare Paulus abſolute prohibet agenda iuditia apud Ethnicos, vt potius velit conſtituendos contẽptibiles ad maiorem cautelam mali deuitandi, & tamen plures poterant eſſe boni iudices præſertim apud Roman. apud quos præceteris vigebat iuſtitia; præcipue quia vt ſequenti cap. apparebit vult Paulus regnum, & ſacerdotium translatum per Chriſtum regem, & Sacerdotem ad Eccleſiam ſed Clemens, Anacletus, Gregorius Magnus, & Greg. Septimus hanc poteſtatem videntur aſſeruiſſe prout ea diſtincta eſt a ſpirituali; & Concilia ſimiliter, præſertim illa, quæ iure Apoſtolico, cum iam forent Chriſtiani Imperatores dicunt quorumcumq; hominum in Eccleſia iudicandi lites eſſe poteſtatem. Auguſtinus pari modo, qui omnium ad ſe accedentium lites iudicabat iure Apoſtolico, & propterea aiebat: *Non poſſum dicere: Homo, quis me conſtituit iudicem?* quare lites ſecundum ſe ordinaria poteſtate iure Apoſtolico iudicabat, & ſic exponit ſeptem vel octo in locis Paulum, idẽ dici poteſt de Ambroſio, qui dicebat, de litibus loquẽs cum forent Chriſtiani Imperat. *de ijs, quæ intus ſunt* iudicare Eccleſiam, quare, & ipſe omniũ ad ſe aſcendentium

Ariſt. 7. Polit. c. 9. Orig. lib. 8. contra Celſum in fine.

tium

(vti adnotauimus)nolle in iudicio ſuum repetere cuiuſdam ſit perfectionis; ſed quia plerumque non eſt ſine aliqua iniquitate vel contentione (etenim ſaltem ex altera parte, apud quam non eſt ius, vt aduertit in Commentarijs Caietanus, & ante illum Vgo Abbas S. Victoris, eſt iniquitas) & raro lites ſunt ſine aliqua indignatione, & propterea Paulus reprehendit, quod iudicia habeant inter ſe quare Theodoretus in Commentarijs in hæc verba: *Vel ipſum*, inquit *litigare eſt o dioſum*; ſignificans per hæc prohiberi lites ab Apoſtolo, quæ in malam partem accipiuntur in diuinis litteris; cum nimirum ſunt diſcordię, iuxta illud Iacobi; *Vnde bella, & lites in vobis*; ita, quia tanquam eſſet cum contentione, reprehendi à Paulo exponit Chryſoſtomus, Theophylactus, Oecumenius, Baſilius, quem ſupra citauimus. & Ambroſius: *Peccatum*, inquit, *eſſe ſignificat, quia frater cum fratre litigat, cum danda opera ſit, vt concordes ſint quaſi germani, quamquam enim Chriſtianus litigare non debeat; tamen ſi graue quid fuerit, & quod contemni non poſſit, cauſam ad Eccleſiam deferat, ne forte damnum ad præſens, & offenſionem forte incurrat.* Similia docēt Primaſ. Bruno, Remigius, & optime omniū D. Thomas, itaque citari poteſt frater, & repeti ſuum ſemota indignatione, ac iniquitate, & perfectionis eſt nolle repetere. ideo dicit Ambroſ. *Quod ſi graue aliquod ſit, deferat cauſam ad Eccleſiam:* hæc quantum ad ea, quorum eſt aliquis dominus, & propria illius ſunt.

Caiet. in coment. in hūc locum. Vgo Abbas ſerm. 53. In ſtitutionis Monaſt. & q. 49 in ep. ad Corint.

Iac. c. 4.

Ambroſ. in comm.

Cæterum cum res fuerint communes; debēt illi, quibus earum rerum eſt cura commiſſa, omnino repetere, etiam cum ſcandalo alterius, & præſertim Eccleſiæ Prælati res Eccleſiaſticas; ita vt ſi huius rei gratia vitam, ſanguinemque profundant, martyres ſint: ita Thomas Cantuarienſis martyr obijt, & plures alij, vt in ſexta parte huius operis demonſtrabimus; quod plu-

2.2.q.43.ar 3. &c. in 4. d.38. ar. 2. q.3.

Nota quomodo omnino deducatur ex loco Pauli poteſtas coactiua circa res tẽporales.

ribus in locis docet S. Thomas, & nos alias fuſe vnà cum illo. & hęc dicimus quantum ex parte eorum, qui repetunt ſua. Cæterum ex parte eorum, qui iudicant, ſiue male faciant, qui repetunt, ſeu non male, eſſe debet penes aliquos coactiua poteſtas; & neceſſe fuit, vt in Eccleſia ea foret, quo probi defendantur, & mali arceantur (cum vna cum bonis mali permixti ſint in Eccleſia) & vetet Apoſtolus; ne omnino Chriſtiani adeant ſponte tribunalia Ethnicorum, & velit potius eligendos contemptibiles in Eccleſia.

Ad tertiam Inſtantiam male dicitur, & aſſumitur in argumento, poſſe conſtitui iudices præter voluntatem Principis, & legitimi Regis, ex quo tempore ipſe iure habet regimen reipublicæ, & bene ſe gerit: data eſt enim illi poteſtas ſuprema reipublicæ circa adminiſtrationem rerum temporalium; quare ſi ſe bene gerit, non poteſt, nec debet reſpublica eam tollere, nec præter eius voluntatem creare iudices. Si itaque iudices aliqui erant iniqui apud Corinthios, debebant recurrere ad Superiorem Principem, & Imperatorem, qui ſe opprimi iniuſte ſentiebant: quare quod Paulus reprehendat Corinthios, & ab illis dicat eligendos eſſe iudices; iam conſtat ſupremum penes Eccleſiam, & viros Eccleſiaſticos in rebus temporalibus ius eſſe.

Deinde pluribus demonſtratum eſt, voluiſſe Paulum eſſe penes Eccleſiaſticos ſupremam rerum temporalium facultatem, ſaltem inſtar architecti, ita vt ea facultas exerceri poſſit, quoad neceſſitatem, & vtilitatem publicam à viris Eccleſiaſticis.

Ad vltimam Obiectionem, quantum ad Clementis Conſtitutiones, de hac re dicemus initio Libri Sexti, cum teſtimonia Pontificum afferentur: certum tamen eſt à pluribus Patribus citari veluti Clementis germanas; cur autem non ita paſſim citentur, non mirum, quando

quando iniuria temporum multa ſæpe ſcripta Patrum latuere, quæ deinde temporis proceſſu fuerunt inuenta. Refert Gregorius Magnus lib. 9. Regiſtri ep. 50. ſuo tempore non reperiri Irenæi ſcripta, & tamen illa hoc tempore in manibus ſunt omnium. In Canonibus Apoſtolorum in fine hęc ſcribuntur: *Ordinationes vobis Epiſcopis per me Clementem in Octo lib. editæ, non ſunt omnibus diuulgandæ propter ea, quæ ſunt in eis, myſteria:* hæc ibi cum dicantur, non mirum ſi non ita frequenter antiquis Patribus fuerint Conſtitutiones notę. *Greg. lib. 9. epiſt. 50. ad Ætheriū Epiſcopum.*

Porrò epiſtola eiuſdem Clementis citatur à Ioanne Papa Octauo, eaq; ſcripta dicitur ad Iacobum fratrem Domini; citantur & Anacleti, & aliorum antiquorum Pontificum aliæ Epiſtolæ, de quarum fide lib. 6. agetur, vbi teſtimonijs Summorum Pontificum Monarchiam oſtendemus. *De eius fide lib. 6. agitur*

ALTERO RELATO EX PAVLO loco vtraque à Chriſto facultas regni, & ſacerdotij Nouæ legis Pontificibus probatur attributa. Cap. XI.

PERGEMVS ex Paulo rem noſtram probare, quando ab ipſo initium probationis ex diuinis litteris duximus. ex Epiſtola itaque Pauli ad Hebræos ſatis clare, vt arbitror, habetur in Eccleſia per Chriſtum in vnam, & eandem perſonam regnum fuiſſe translatum, & Sacerdotium. habetur hoc ex 7. c. eius epiſt. id quo recte colligamus, præmittemus nonnulla, de quibus ſuperioribus capitibus agit Paulus ad rē noſtram magis ſpectantia. *SECVND. locus ex diuinis litteris.* *Cap. 7. ep. ad Heb.*

Docet in primis in ea Epiſtola Paulus Chriſtum ſe-

cundum humanam naturam ſupremum tenere in omnibus dominium, ita cap. 1. verbis illis: *Quem conſtituit* (ſcilicet Chriſtum, Deus) *hæredem vniuerſorum*: hiſce enim Apoſtolus expreſſit ſupremum Chriſti humanitatis in omnibus rebus creatis dominium, vt docent Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, Photius, Ambroſius, Primaſius, Anſelmus, Beda, Remigius, Sedulius, Bruno, D. Thomas, Magiſter Sentent. in comment.

Et c. 2. omnia Chriſto homini ſubiecta affirmat, ita vt nihil relictum ſit non ſubiectum, vno excepto Deo: *Omnia* inquit *ſubiecisti ſub pedibus eius, in eo autem, quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei*, & ita omnia prorſus Chriſto fuiſſe ſubiecta in Commentarijs in hunc locum communi conſenſu Græci, & Latini Patres
lib. 1. c. 23. exponunt, quos ſupra retulimus. Cap. vero 5. & 7. dicit Chriſtum fuiſſe Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech, & inter cætera inſtar ipſius Melchiſedech Regem & Sacerdotem, ita vt vtraque Chriſto conueniat Dignitas, ſicuti vtraque fuit in vna perſona Melchiſedech. quod cum docuiſſet in eodem ſeptimo cap. hæc refert.

Neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere Sacerdotem, non ſecũdum ordinẽ Aaron dici; tranſlato enim Sacerdotio neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat: in quo enim hæc dicuntur: de alia Tribu, de qua nullus altario præſto fuit; manifeſtum eſt enim, quod ex Iuda fuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in qua tribu nihil de Sacerdotibus Moyſes loquutus eſt; & amplius adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundum ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius Sacerdos, qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis. Conteſtatur enim, quo-
pſ. 109. *niam, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* hactenus verba Pauli.

PRIMVM Argum. 1 Ex quo habetur res à nobis propoſita: eſto enim, quod

quod ait Bonauentura, vt Melchiſedech fuerit Chriſti ſimilitudo quantum ad ritum; quia panem & vinum obtulit; quantum ad originem, quia fuit Melchiſedech ſine genealogia in diuinis litteris expreſſa: at fuit etiam ſimilitudo (ait idem S. Doctor, D. Hieronymus, Epiphanius, Greg. Nyſſenus, Theod. Vgo) quantum ad dignitatem, vt Chriſtus Rex fuerit ſimul & Sacerdos: nam etiam in hac re explicarat Paulus, Chriſti ſimilitudinem fuiſſe Melchiſedechũ: cum vero trãslatum dicat Apoſtolus hoc ſacerdotium, vt ſit in noua lege aliud Sacerdotium iuxta ordinem Melchiſedech, eiuſque ſimilitudinem; neceſſe eſt, vt dicamus, quo recta ſeruetur ſimilitudo, & typus in vna perſona, per Chriſtũm loco eius eſſe coniunctam vtramque dignitatem, regni, & ſacerdotij, nec amplius eſſe per Tribus, & perſonas diſtinctas; ſicuti in diuerſis perſonis, & tribubus has dignitates diſtinctas in antiqua lege fuiſſe narrat Apoſtolus.

Bonau. 4. d 249.. 1. ar. 2. q. 3. ad argum.
D. Hier. ep. 116. ad Euagrium & de trad. hebraicis.
Epiph. hereſi. 55. in Melchiſade. chiarios & 29. in Nazaren.
Greg. Nyſſ. hom. de occurſu Dom.
Theodor. in pſ. 109.
Vgo Abbas q. 66. in epi. ad heb.

2 Nonne reuera rerum etiam temporalium Regem Chriſtum fuiſſe docuerat Apoſtolus? ita ſanè præmiſimus docuiſſe ſuperioribus cap. 1. & 2. vbi non ſolum temporalium, ſed omnium Chriſto collatum ſecundum humanam naturam dominium aperuimus ex SS. Patribus. Nonne pręmiſerat, Regem fuiſſe & Sacerdotem Melchiſedech, & Chriſtum etiam Regem fuiſſe, & Sacerdotem? ergo ſicuti Melchiſedech reuera fuit Rex, reuera Sacerdos, ita Chriſtus; ſi hoc itaque Sacerdotium translatum eſt in noua lege, iam fateri debemus in Eccleſia eſſe regnum, & ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech, qui Rex fuit, & ſimul Sacerdos.

Secundum Argum.

3. Apoſtolus Paulus in hoc etiam præter cætera inſiſtit, quo oſtendat Chriſti Sacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech amplioris fuiſſe dignitatis,

Tertium Argum.

quam fuerit legale, ſeu Aaronis; propterea quod Melchiſedechus benedixerit Abraam Patriarchæ, à quo Hebræi deſcenderunt, & Leuitica tribus; itẽq; quod decimas Melchiſedechi Abraam obtulerit, & quod Rex fuerit Salèm: *Intuemini*, ait poſtea, *quantus ſit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraam Patriarcha, cum filij Leui à populo accipiant decimas*, quæ vbi Paulus dixit, agit poſtea de translatione ſacerdotij per Chriſtum in noua lege; at quis non videt hic Apoſtolum præ cæteris voluiſſe de induſtria probare, eſſe amplioris dignitatis ſacerdotium Melchiſedech, quam Leuiticum? & inter alia, quod Rex fuerit, & decimas dederit Abraam? cum autem decimæ dentur in recognitionem vniuerſalis dominij Deo, & vice eius Sacerdoti, vt docet Concilium Lateranenſe ſub Innocentio Tertio c. 54. ideo ſi in Noua lege facta eſt translatio ſacerdotij ſecundum ordinem Melchiſedech; etiam cum ea dignitate regia, qua excelluiſſe demonſtrarat Paulus ſacerdotem Melchiſedechum, ita vt Patriarcha Abraam, cui factæ fuerant promiſſiones, obtulerit decimas, eique benedixerit, tanquam Maior, Melchiſedechus.

Quartum Argum

4 Tandem quia in lege naturæ fuit ſacerdotium Melchiſedech, ita vt ſimul ille Rex fuerit, & ſacerdos: ſi itaque hoc ſacerdotium translatum eſt per Chriſtum in noua lege; iam ſacerdos nouæ legis, Rex ſimul erit & ſacerdos: quod à pluribus eſt Patribus adnotatum, vt poſtea videbimus.

Obiectiones Prima obiectio.

Ad hæc reſpondebit aliquis, & dicet; Recte quidem iſta concludi, ſed de regno, non temporali, ſed ſpirituali, cuius erat typus per temporale regnum, Melchiſedech; quare Apoſtolus de æterno explicat ſacerdotio: *Sempiternum* inquit *habet ſacerdotium, vnde & ſaluare in perpetuum poteſt*. & infra cap. 8. *Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quod in melioribus repromiſſionibus*

nibus ſancitum eſt: quibus vult Apoſtolus, ſpiritualia nobis promiſſa, non carnalia, & temporalia ſicuti Iudaico Populo; & ideo quæ hic dicuntur de regno Chriſti, intelligenda ſunt de ſpirituali, in cuius typum præceſſit regnum Melchiſedechi temporale, & ita ex ethymologia verborum explicat initio 7. cap. Apoſtolus, quod fuerit Chriſtus Rex pacis, & Rex iuſtitiæ; eſt enim Chriſtus pax noſtra, & factus eſt pro nobis iuſtitia, vt alibi idem docet Apoſtolus. *Paulus ad Epheſ.c.2.*

Adde, quod etſi concedamus Chriſtum habuiſſe etiam rerum temporalium dominium, ſatis eſt, vt ea vera ſint in Chriſto, non eſt deinde neceſſe, vt qui eſt loco Chriſti in terris, ſacerdos ſit etiam ſimul, & Rex. *Secunda obiectio.*

Hæc quidem excogitari poſſent cōtra à nobis dicta, quæ facile ſolui poſſunt. etenim eſto quod fuerit typus ſacerdotium Melchiſedech temporale Chriſti ſpiritualis; non tamen propterea negari poteſt, aut debet, non fuiſſe typum regni Chriſti temporalis, ita nimirum vt Chriſtus fuerit ſecundum humanam naturam Rex etiam temporalium. hoc patet ex ſupradictis, vbi ex eodem Paulo oſtenſum eſt, & illius interpretibus SS. Patribus, voluiſſe eſſe Regem non modo temporalium, ſed rerum omnium; cur autem appelletur ſacerdotium à Paulo ſempiternum, ſeu Sacerdos æternus Chriſtus, ipſe Paulus explicat, & eædem rationes, quibus aſſeritur Chriſtus Sacerdos æternus, reddi poſſunt, cur vocetur Chriſtus, Rex ęternus, Rex ſpiritualis, Rex cœleſtis. Eſt itaq; *Solutio Obiectionum.*

Prima ratio reſpectu Chriſti perſonę: *Hic* dicit Paul. *eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium*, at eodem modo dici poteſt Chriſtum vocari Regem ſempiternum reſpectu perſonę manentis in ęternum. *Prima Ratio cur dicatur Chriſtus Rex celeſtis Rex æternᵘˢ à Paulo ad heb.c.7.*

Secunda ratio, ſicuti ſacerdotium habuit Chriſtus, non ſucceſſione, & modo carnali, vt ſacerdotium Aaron. *Secunda Ratio.*

ron, ſed vnctione Spiritus ſancti, & Patris promiſſione iuxta Pſal. 44. vbi Spiritu ſancto vnctus dicitur præ conſortibus, & pſal. 109. vbi ex Dei iuramento fore promittitur ſacerdos ſecūdum ordinem Melchiſedech; ita Chriſti regnum, quia habuit originem à diuinis cauſis, non humanis, dicitur diuinum, æternum, cęleſte: atque hoc modo Chryſoſtomus, & plures alij exponunt, Chriſtum dixiſſe: *Regnum meum non eſt de hoc Mundo:* non quod mundi non fuerit Rex, ſed quia nō carnali electione, & modo humano acceperit regnū.

Chryſ. ho m in Ioan. c. 18.
Ioan. c. 18.

Tertia Ratio.

Tertia ratio: Sacerdotium æternum dicitur, quia homo meritis Chriſti ordinatus eſt ad æternam felicitatem comparandam; & pari ratione regnum Chriſti dicitur æternum, quia coniunctum eſt cum poteſtate ſacerdotali, qua ordinatur, vt aſſequatur æternam felicitatem, ad quam comparandam ordinatus eſt per media ſupernaturalia; licet enim regna omnia dentur à Deo propter felicitatem æternam, & eò ordinanda ſint à Principibus ſæcularibus: tamen non ex officio; per ſpiritualia, & ſupernaturalia, quibus homo conſequi poteſt æternam fęlicitatem, cum facultas ſęcularis non ſe extendat ad ſpiritualia; & hoc pacto non erat æternum ſacerdotium antiquæ legis, cum eius miniſtri non eſſent miniſtri gratiæ: *Nihil* inquit hoc c. 7. Apoſt. *ad perfectum adduxit lex, introductio vero melioris ſpei, per, quam proximamus ad Deum.*

Reſp. ad al. pro prima obiectione ad heb. c. 7.

Atque ex his patet, cur aſſeratur Chriſtus: *Melius ſortitus miniſterium, quanto melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt,* videlicet ſpiritualibus: id enim aſſeritur, quia Chriſti ſacerdotio patefacta ſunt æterna; & meritis Chriſti, per ſuos Sacerdotes, Miniſtros gratiæ, homo conſequitur æterna: in Veteri vero lege non ita, ſicuti dictum eſt; imo æterna erant, & cæleſtia inuolucris, & vmbris conte-

contecta, quæ Chriſti aduentu fuere patefacta; & proptere a temporale dicebatur, & promittebãtur temporalia. in Noua verò ſacerdotium ęternum, & regnum ęternum non quod etiam non fuerit rerum temporalium regnũ Chriſti, ſed ad differentiam antiquæ legis; & quia ſemper res denominatur à re magis principali, qua minus principalis haud excluditur; nec enim quia homo dicitur rationalis, propterea non eſt ſentiens; idque adeo verum eſt (vt ſupra monebamus) vt ſi à quoquam interrogatus quiſquam, quot habeat in crumena nummos? ſi ſeptem reſpondeat, cum decem habeat, veluti mendax exiſtimetur. hinc eſt, vt in communi ſermone dicamus, Regem V.g. Hiſpaniarum non eſſe Regem paucorum oppidorum, ſed latiſſimarum Prouinciarum, non quod in regno ſuo parua non habeat Oppida, ſed quia eius poteſtas ad maiora ſe extendit, ita Diuus Ioannes in Epiſtola ſua prima: ***Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate:*** quibus Apoſtolus haud negat dilectionem ſignis etiam externis poſſe, aut debere exhiberi, ſed non ſolum verbis; præcipue opere, & veritate. Hæc eſt itaque ratio, cur miniſterium Chriſti in melioribus promiſſionibus ſit, ſcilicet ſpiritualibus, & ſit Rex pacis, quia ipſe eſt pax noſtra, nam etiam eſt Rex temporalium, & pacis etiam temporalis; vt etiamſi negaretur non eſſe, deberemus dicere intelligi modo prædicto, quia non temporalium ſolum ex communi modo loquendi Rex eſt.

Nota in qua re deceptiſuerint nonnulli.

Epiſt. 1. c. 2.

Falſum deinde eſt, non promitti in Noua lege temporalia; nam Chriſtus pollicetur, vt ſi quæramus: ***Primum regnum Dei, & iuſtitiam eius,*** fore vt omnia hæc temporalia adijciantur; fore, vt qui relinquat patrem, & matrem, & cætera, centuplum etiam in hac vita recipiat. Aliæ ſunt huiuſmodi promiſſiones, imo in maioribus expreſſis includuntur minora non expreſ-

Matth. c. 6. Matt. c. 19.

Digitized by Google

ſa, veluti docent Niſſenus, & Cyprianus in expoſitione Orat. Dominicæ in ea verba, Panem noſtrum quotidianum. vnde Paulus argumentatur, quomodo non omnia cum ipſo, nempe filio, donauit? quare in pſal. 71 vbi de hac pace, & iuſtitia Regis Chriſti habetur mentio: *Orietur*, inquit vates, *in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna*, ſtatim etiam fit mentio de dominio rerum temporalium: *& dominabitur à Mare vſque ad Mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum*, & cætera, quæ ſequuntur, quibus ſupremum rerum omnium temporalium dominium exprimitur, vt ex communi Patrum interpretatione in hunc locum aliàs monſtrabo. appellatur quidem Chriſtus, *pax noſtra*; ſed qui *fecerit vtraque vnũ* ex Iudæis, & gentibus, ſub vno nimirum capite Chriſto. ita Oſeas: *Congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibimet caput vnum*: en vt fore prædicitur vnus ſuprema Monarcha in omnibus, & propterea coniuncta in vna perſona regia, & ſacerdotalis poteſtas. Sophoniæ 3. prædicitur, vt omnes gentes *ſeruiant ſub humero vno*, ideſt ſub vno iugo. Ezechielis 34. *Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnum*: & apud Ioannem: *Erit vnum ouile, & vnus paſtor*, & plura ſunt huiuſmodi loca, quibus noſtra Monarchia, ſeu ſuprema in omnibus indicatur fore in Eccleſia poteſtas, vt ſuis locis latè aperiemus.

Matt. c. 6. *Oſee cap. 1.* *Ioan. c. 10.*

Reſponſio ad ſecundam obiectionẽ.

Quod vero dicebatur, etiam ſi Chriſtus fuerit Sacerdos, & Rex, non tamen fore Sacerdotes loco eius ſimul Reges, & Sacerdotes in Eccleſia; quæ modo dicta ſunt, & paulo ante hæc, plane refellunt: prædicuntur enim in Eccleſia, ſeu Noua lege vtraque in vna perſona coniuncta poteſtas, regia nimirum, & ſacerdotalis, vnum caput, vnus princeps ſupremus in omnibus.

Deinde quia pari modo poſſemus dicere, non eſſe neceſſe

neceſſe dari vnum in terris ſupremum loco Chriſti Sacerdotẽ,qui vices Chriſti gerat,ſed ſatis explicari omnia,& ſaluari,ſi intelligitur in Chriſto,& per Chriſtum: ſi ergo damus vnũ ſupremum loco Chriſti ſacerdotem Romanum Pontificem, & ſecundum ordinem Melchiſedech (vt recte, quod dicebatur ſupra, ſeruetur ſimilitudo) idem vice Chriſti debet eſſe ſimul Rex ſupremus.

Erant in Veteri lege viſibiles Sacerdotes, viſibiles Reges: verum Tribu diſtincti, & perſonis: ita in Noua debebunt viſibiles eſſe Sacerdotes loco Chriſti,& vnus ſupremus iuxta ordinem Melchiſedech, & ſimul Rex ſupremus; & cum diu caruerit Eccleſia Regibus Chriſtianis, alius non erit, niſi Romanus Pontifex, quem ſupremum eſſe Sacerdotem conſtat, & hæc circa ſolutionem obiectionum. Iam ad Patrum interpretationes.

Patrum interpreta. AMBRO.

AMBROSIVS: *Translatum eſt ſacerdotium de tribu ad tribum, de ſacerdotali ad regalem, vt eadem ipſa ſit, & regalis, & ſacerdotalis: & intuere myſterium, primum fuit regale ſacerdotium Melchiſedech, ſecundum conſequentiam huius ſermonis, ſecundum etiam fuit ſacerdotale in Aaron, tertium fuit in Chriſto iterum regale, qui Rex erat ſemper, Sacerdos autem factus eſt, quando carnem ſuſcepit, quando ſacrificium obtulit. vides mutationem, quæ enim per trãslationem facta ſunt, hæc veluti ex rerum conſequentia quaſi noua redire videntur.* ita Ambroſius: & quæ noua redire videntur, niſi vt eſſet regale ſacerdotium in vna perſona, vt fuit in Melchiſedech in lege naturæ?& propterea in Pontifice Nouæ legis vtraque erit coniuncta poteſtas regia, & ſacerdotalis, quod paulò infra aperte Ambroſius hac ratione docet: *Hoc vero ſacerdotium, per quod hanc gloriam poſſeſſuri ſumus, non erit ſine iureiurando, vt firmam Dei promiſſionem credamus, quia hæc omnia nobis in filio proprio promiſit, quem pro nobis omnibus tradidit, vt hæc omnia poſſideamus, de quo dictum*

Digitized by Google

eſt, tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. ſic ille alludens ad locum Apoſtoli, vbi ait, *quomodo non omnia cum ipſo*, videlicet Chriſto, *donauit*? vult itaque Ambroſius re vera in nos gloriam, & dignitatem regni translatam, ſimul & ſacerdotij.

1. epiſt. ad Rom. c. 8.

PRIMAS. PRIMASIVS: *Translatum eſt ſacerdotium de tribu ad tribum, de ſacerdotali videlicet ad regalem, vt eadem ipſa ſit ſacerdotalis, & regalis in Chriſto, qui eſt Rex, & Sacerdos: intuere myſterium: primum fuit regale Sacerdotium Melchiſedech; ſecundum conſequentiam huius ſermonis, ſecundum autem fuit ſacerdotium ſolummodo ſacerdotale in Aaron; tertium iterum fuit regale ſacerdotium in Chriſto, ſicut & primum: vnde Eccleſia modo regale ſacerdotium habet, dicente Petro Apoſtolo, Vos genus ſanctum, regale ſacerdotium.*

Epiſt. 1. Petri cap. 2.

REMIG. Eadem prorſus verba habet REMIGIVS. patet autem hos manifeſte velle in Eccleſiam fuiſſe translatum in vnam, & eandem per Chriſtum perſonam inſtar Melchiſedechi: *Sicuti*, inquiunt, *& primum, vnde Eccleſia modo regale ſacerdotium habet*, at qui primum fuit coniunctum in vna perſona.

ANSELM. ANSELMVS: *Ex tribu Iuda ortus eſt Chriſtus, vt eadem ſit ſacerdotalis, & regalis, vt fuit Melchiſedech Rex, & ſacerdos; de qua tribu Moyſes nihil de Sacerdotibus eſt loquutus, ideſt non dixit, vt aliquis de ea ſacerdos eſſet, vel aliquid ſacerdotale haberet, quia ergo Dominus Ieſus, qui de alia tribu eſt, ſacerdotium accipit, patet, quia translatum eſt ſacerdotium, nec in tribu Leui amplius manere poteſt, & ita carnales obſeruantiæ ſub illo datæ ſtatum habere nequeunt poſt hoc*: cum dicat Anſelmus (inſtar Melchiſedech Chriſtum fuiſſe Sacerdotem) vt ſit Chriſtus, ſicut fuit Melchiſedech, Rex, & ſacerdos, iam translatum eſt in Noua lege, & oportet vt ſit in vna perſona inſtar Melchiſedechi, & vt fuit in Chriſto, regalis, & ſacerdotalis dignitas.

Chryſo-

CHRYSOSTOMVS: *Tranſlatum eſt ſacerdotium de tribu ad tribum, de ſacerdotali, ad regalem, vt eadem ipſa ſit, & regalis, & ſacerdotalis; & intuere myſterium, primum fuit regalis, poſtea facta eſt ſacerdotalis, ſic etiam in Chriſto, Rex quippe erat ſemper, ſacerdos autem factus eſt, quando carnem ſuſcepit, quando ſacrificium obtulit.* CHRYS.

THEODORETVS verba faciens de tribu Iuda: *Et tu Bethleem terra Iuda nequaquã es minima in principibus Iuda, ex te enim egredietur mihi dux, qui regat populum meum Iſrael; ex ea autem inquit, nullus eſt renuntiatus Sacerdos; quin etiam Ozias, qui ſacerdotij munus temerè inuaſit, lepram arrogãtiæ ſuæ pœnã ſuſcepit, eſt autem iure admirandum Oeconomiæ myſterium, quẽadmodum enim Chriſtus Dominus, qui eſt Rex æternus, Pontifex noſter appellatus eſt, ita etiam tribus Iuda, quæ priùs erat regiã, ſacerdotium per Dominum adepta eſt.* ſimilia dicit idem Theodoretus in Pſal. 119. eius verba alibi afferemus. THEOD. *Matth. c. 2.*

THEOPHYLACTVS: *Tranſlatum eſt autem ſacerdotium non ſolo ritu, & modo; hoc eſt vt non ſit amplius ſecundum ordinem Aaronis, ſed ſecundum ordinem Melchiſedechi, verum etiam ſecundum tribum; etenim à tribu ſacerdotali Aaronis ad regiam tribum Iuda eſt tranſportatum: conſidera hic myſterium: primum erat regia, ſicque facta eſt ſacerdotalis, perinde ac Chriſtus ſemper quidem Rex, poſtea autem Pontifex factus eſt, quando carnem accepit, quando victimam obtulit*: hæc ille. Ad hanc interpretationem accedunt D. Bonauẽtura 2. diſt. 25. par. 1. art. 2. q. 3. ad argumen. Vgo q. 66. in ep. ad Hebræos, Hieronymus epiſt. 116. ad Euagrium, & de traditionibus hebraicis: Epiphan. hæreſ. 55. in Melch. & hęreſ. 29. in Nazar. Magiſter Sentent. qui eadem prorſus verba affert, quæ nos ex Ambroſio attulimus, THEOPH.

& plu-

& plures alij Patres,& pluresTheologi,qui alludentes ad hunc Pauli locum, ita explicant ſacerdotium Melchiſedechi, quod eſt ſacerdotium Nouæ legis, vt vtraque ſit ſimul per Chriſtum coniuncta poteſtas ſacerdotalis,& regia. Afferemus eos lib.3. c.10. & ſequent. & docent Canoniſtæ cap.translato de Conſtitution.

Obiectio. Nec verò, moueat, quod, aliqui ex citatis dicunt Regem fuiſſe Chriſtum, cum ſemper eſſet Rex, ſacerdotem verò factum, cum carnem ſuſcepit: voluerunt enim indicare Chriſtum, (quod nomen dicit naturam humanam, & diuinam in verbo) habuiſſe Regiam dignitatem,etiam ſecundum naturam diuinam ab ęterno, cum ſecundum diuinam ante incarnationem non haberet ſacerdotalem,ea enim conuenit tantum ratione naturę humanæ:cæterum etiam ſecundum humanã voluiſſe per ordinem Melchiſedech habere Chriſtum, conſtat locis citatis initio cap. ex hac eadem Pauli ep. in quibus apertè affirmant, Chriſtum iuxta humanam naturam habuiſſe rerum omnium dominium. *Prima ſolutio.*

Secunda ſolutio. Deinde; quia ipſi Patres ita ſe declarant,nam Chryſoſtomus paulò infra in hoc 7. cap. explicans,quod ait Paulus: *Talis enim decebat,vt nobis eſſet Pontifex*, hæc habet: *Vides, quia de humanitate totum hoc dictum eſt, quando autem totum dico, humanitatem dico diuinitatẽ habentem,non diuidens,ſed permittens,quæ condecet inſpici*,& Theoph. *Perſpicuũ eſt ex ijs,quod & hæc de carne loquatur,& quæ ante hæc dixit*: eadem Ambroſius.

Tertia ſolutio. *HIERON. in locis proxime citat.* Adde; quod tale ſacerdotiũ ſecundum vtramq; dignitatẽ Ambr.translatũ fuiſſe dicit,etiãſi eo modo loquẽdi vtatur &Hieron. locis proxime citatis;& multi trãſlatũ dicũt expreſſe cũ ipſo Ambr. qui eo modo loquẽdi nõ vtuntur,& clare Epiph.hær.29.docet,duplici capite Chriſto conuenire regiam dignitatem,& ſecundũ deitatem,& ſecundũ humanitatem,vt videas vere à nobis

dici

dici, voluiſſe Patres exprimere, habuiſſe, antequã carnẽ ſuſciperet, licet etiã conueniret ſecundum humanã naturam. Itaq; ſentiendum eſt, nouæ legis Sacerdotibus per Chriſti ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech datam eſſe regiam, & ſacerdotalem dignitatem, vt ſint Reges ſimul, & ſacerdotes, veluti fuit Melchiſedech, & Chriſtus ſecundum eius ordinem. Intelligenda tamen hęc ſunt cum hoc diſcrimine, vt licet Nouę legis ſacerdotes omnes ſint Reges ſimul, & ſacerdotes poteſtate ordinis; tamen alij ſint vſu poteſtatis, ſeu iuriſdictione in foro pœnitentiali, & cõſcientiæ; alij amplius, in foro exteriore, ſeu iuditiali, & cauſis contentioſis, plena quidem poteſtate Epiſcopi; ſuprema verò in omnibus, & in toto orbe Petri ſucceſſor Romanus Epiſcop. veluti ex ſequẽtibus diuinæ Scripturæ locis apparebit.

VERBIS, QVIBVS A CHRISTO PROmiſſus eſt Petro Principatus Apoſtolicus in rebus ſpiritualibus, promiſſus etiã in rebus temporalibus demonſtratur.

Cap. XII.

VERBIS illis, quibus à Chriſto promiſſus eſt Petro Principatus Apoſtolicus, ſeu rerum ſpiritualium, promiſſus etiam oſtendi poteſt rerum temporalium principatus: apponamus hic verba Chriſti, quæ habentur apud Matt. c. 16. vbi ita Chriſtus loquitur: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cælorũ; & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in*

Cælis.

Digitized by Google

Cælis. hæc apud Matthæum.

Communi Græcorum,& Latinorum Patrum conſenſu;ſuper Petrum,Vicarium Chriſti,lapidem,Eccleſia hic à Chriſto ædificanda dicitur,ita vt idem ſit Petrus, & petra: Origenes hom.5. in Exodum,Baſilius homilia de pænitentia,Epiph. in Ancorato,& hæreſi 69.Chryſoſtomus hom.65. in Matt.& oratione 2.in Iudæos,Cyrillus Alexandr. lib.6. in Ioan.c.12.Cyrillus Hieroſol. cathecheſi 18.EphremSyrus de armatura Monachi,Iſidorus Peluſiota ep. 235. ad Seuerum,Theodoretus Sectione 16. in Ezechiel. Damaſcenus in vita Barlaam c. 11. Anaſtaſius Epiſcop. Nicenus q.55. in ſacram Scripturam, Victor Antiochenus in cap.3. Marci.

Ex Latinis Cyprian. de Vnitate Eccleſiæ, & lib. 5. epiſt.3. Tertullian. de præſcrip. Hilar. in c.16. Matth. Auguſtinus in ſerm. de cathedra Petri, Ambroſius ſer. 47.Hieron. in cap.2.Eſaiæ,Gregor. lib.3.Regiſtri epiſt. 41.Leo Magnus ſerm. 3. in Anniuerſario Aſſumptionis die. Optatus Mileuit. lib. 2. contra Parmenia. Pacianus Epiſc. Barcinonenſis epiſt.3. ad Symph. Ennodius Ticinenſis in lib. pro defenſione quartæ, & quintę Synodi Romanæ,Concilium Calcedonenſe actione 3. in litteris ad Dioſcorum;Concilium Romanum quintum ſub Symmacho Papa, vbi inſertus eſt libellus S. Ennodij pro defenſione eiuſdem Synodi, Aquiſgranēſe ſub Stephano V. c.6. & alij Patres, & alia Concilia, quorum verba retulimus in alio opere de ſpirituali Eccleſiæ Monarchia. Manifeſtum eſt autem, non ita ædificatam eſſe ſuper Petrum Eccleſiam, vt omnes, & ſingulas Eccleſias Petrus adduxerit ad fidē; etenim (auctore Hieronymo) in Aſia plures fundauit Ioannes Apoſtol. Eccleſias; at Scythas ad fidem adduxit Andreas; Armenos, Bartholomæus; Aethyopes, Matthæus, teſte Origene; Thomas autem Indos, vt refert Nazianzenus:

Hieron. de ſcript. Eccl. Orig. lib. 3. in Geneſ. Nazian, homil. in Arrianos.

zenus: quis autem dicet, has omnes nationes ad Eccleſiam non pertinere, quæ vna eſt, teſte Ignatio, Cypriano, Auguſtino, Ambroſio, Concilio magno Niceno, Concilio Lateranenſi ſub Innocentio Tertio, alijſque Concilijs? eademque Catholica, ſeu vbique gentium diffuſa, veluti Symbolo continetur Apoſtolico? vt igitur vera eſſe, quæ à Chriſto de Petro dicuntur aſſeramus, debemus exponere intelligi, Petrum eſſe Vicariam loco Chriſti petram, & ſupremum caput, ſupremo nimirum regimine, & ſuprema poteſtate; ita vt licet alij Apoſtoli à Chriſto receperint poteſtatem, tamen ſub Petro ſint conſtituti; Petrus verò verbis hiſce: *Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, Princeps Apoſtolorum ſummus, & ſupremus ſit conſtitutus: quare paſſim Patres verba hæc exponunt ad ſupremam Petri ſuper Eccleſiam poteſtatem oſtendendam, vt ex citatis ſupra, & alijs apparet.

Ignat. epiſ. ad Philad. Cypriã de vnit. Eccl. Auguſtin. contra Pet. Donatiſt. Amb. in 1. ep. ad Cor. cap. 12. Conc. Nicæ. lib. 3. fere initio. Conc. Lat. ſub Innocẽt. cap. 1.

1. Quæ cum ita ſint, iam habetur, Petrum à Chriſto Rege, & Sacerdote accepiſſe ſupremum regimen ſacerdotij, & regni; Eccleſia enim militans conſtat regno, & ſacerdotio: ſed Petrus (verbis illis: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*) accepit ſupremum regimen Eccleſiæ; ergo accepit ſacerdotij, & regni, quibus conſtat Eccleſia; quare omnis ſacra, & ſæcularis poteſtas à Petri poteſtate dependebit. Minor propoſitio huius argumenti probata eſt ex allatis modo Græcis, & Latinis Patribus, & Concilijs; probemus itaque Maiorem, nimirum conſtare Eccleſiam ſacerdotio, & regno, & primò id videre eſt ex ijs, quę ſuperiori capite diximus, & alijs, quæ poſtea dicentur: Deinde hoc affirmant plures Pontifices, plura Concilia, Latini, & Græci Patres, Theologi, & Doctores Canoniſtæ.

Ex ſummis Pontificibus, Leo magnus in ſermone ſecundo, & tertio in Anniuerſario ſuæ aſſumptionis die,

& Epiſtola ad Leonem Imperatorem, Bonifacius Primus in Epiſtola ad Honorium Auguſtum, Gelaſius Primus in Epiſtola ad Anaſtaſium Auguſtum, Nicolaus Primus in epiſtola ad Michaelem Auguſtum, Leo Nonus in epiſtola ad Michaelem Conſtantinopolitanum, & Acridanum Epiſcopos; Gregorius Septimus lib. 1. Regiſtri epiſt. 19. ad Rodulphum Sueuiæ Ducem lib. 7. epi. 25. ad Guilhelmum Regem Anglorum, Gregorius Nonus; Innocentius Tertius.

Ep. ad Ger. Patr. Conſt. Innocen. in Commět. in Pſal. Miſer.

Ex Concilijs, Concilium Pariſienſe tempore Ludouici, & Lotharij eius filij lib. 1. c. 3. Aquiſgranenſe ſub Ludouico Pio Imperatore c. 1. Concilium habitum in Villa, quæ Holonia dicitur, cap. 8. Concilium Moguntiacenſe tempore Arnulphi c. 2. & 3. Epiſtola Orient. Epiſcoporum ad Tharaſium Patriarcham Conſtātinopolitanum, quæ inſerta eſt in Concilio Niceno Secundo, actione 3. & ab eodem approbata.

Patres Latini.

Ex Latinis Patribus S. BERNARD. Abbas epiſt. 40. ad Corradum Romanorum Regem, S. Auguſtinus lib. 12. de Ciuitate Dei c. 4. & lib. 22. contra Fauſtum Manichæum, c. 33. Hieronymus in Commentarijs in Ezechielem in cap. 21. & epiſt. 126. ad Euagrium, Beda in Commentarijs epiſt. 1. Petri in c. 2. Primaſius, Anſelmus, Remigius in Comment. c. 7. epiſt. ad Hebræos, & præterea Iſidorus Hiſpalenſis, Hildebertus Lenomanenſis Epiſcopus, Rabanus, Aymo, Iuo Epiſcopus Carnutenſis, Petrus Damianus, & alij.

Patres Græci.

Ex Græcis Patribus Chryſoſtomus, Theophylactus in ſuperiore capite citati, & pręter hos, Cyrillus Alexandrinus, Cyrillus Hieroſolymitanus, Didymus, Ephiphanius, Procopius, Gazeus, Iſidorus Peluſiota, Philo Carpatiorum Epiſcopus, Theodoretus, Oecumenius, Euthymius.

Hi Patres citantur lib. decimo.

Theologi.

Ex Theologis Diuus Thomas opuſculo 20. de regimine

mine Principum lib. 3. cap. 10. Bonauentura 2. parte Eccleſiaſticæ Hierarchię, Alenſis, Ricardus, Henricus, Egidius, Franciſcus Mayron, Antiſiodorenſis, Ioan. Bacconius, Petrus Lombardus, Petrus Paludanus, Franciſcus Ferrarienſis.

Ex Canoniſtis, Innocentius, Ioannes Andreas, Abbas in caput Nouit de iuditijs, Hoſtienſis, Archidiaconus, & plures alij Patres Theologi, & Canoniſtæ, quorum verba adduximus vel in Quæſt. de Diuiſione Dominij, vel in teſtimonijs proprijs, lib. 9. & 10. & lib. 12. & 13. *Canoniſtæ.*

Sed videamus quid obijci poſſit ad argumentum; dici itaque poteſt, accepiſſe quidem Petrum ſupremum regimen Eccleſię, ſed poteſtate ſacerdotali; Eccleſiæ enim ædificium conſtat bonis moribus, & ſana doctrina; quare quoad hæc accepit Petrus ſupremum regimen, non quoad poteſtatem regiam. *Obiectio.*

Verum hanc obiectonem plura refellunt; Etenim (vt oſtenſum eſt in calce præcedentis cap.) ſacerdotiũ Nouæ legis, eſt ſacerdotium Melchiſedech, ita vt vtraque in vna perſona ſit coniuncta regia, & ſacerdotalis dignitas; quare licet plures ſint Sacerdotes, & plures Reges; vnus eſt primus, & ſupremus Sacerdos, & Rex. quod dicendum eſſe adductæ auctoritates illæ oſtendunt, quibus dicitur fore in Noua lege vnum viſibile caput, vnus viſibilis loco Chriſti Paſtor; id enim tanquam præcipuum in Noua lege dicitur, tanquam peculiare priuilegium futurum per Chriſtum, quod nõ ita foret in veteri lege; at quidnam iſtud ſingulare foret, ſi vnus ſupremus eſſet Sacerdos? in Veteri enim lege erat etiam vnus ex tribu Leuitica Sacerdos ſummus, & ſupremus. *Prima confutatio.*

Certè cum ſine limitatione Chriſtus aſſerat: *Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, non reſtrin- *Secunda confutatio.*

gẽs a d hanc,& illamEccleſiam,propterea de vniuerſali, & Catholica Eccleſia intelligitur, quare non poteſt reſtringi ad Africanam, vel Grçcam, vel Aſianam,vel Indam, cum non maior ratio de vna eſſet, quam de altera: igitur ſicuti quia Chriſtus ſine limitatione dixit: *Aedificabo Eccleſiam meam*, de vniuerſali intelligitur, ita Eccleſia cum conſtet regno, & ſacerdotio, non poteſt, & debet ea fieri limitatio, vt ſolum de ſacerdotio intelligatur Petri poteſtas, & non de regno. vnde plures Patres, & Concilia totius Eccleſiæ regimen accepiſſe affirmant, veluti alibi oſtendam.

Tertia confutatio. Eſto verò, quod præcipuè de ſacerdotio intelligantur ea verba, vtpotè quia fide quis fit membrum Eccleſię, & tanquam membrum viuum Eccleſię vniatur bonis moribus per gratiam, & charitatem; at certè Eccleſia militans cum ſit, eget rebus temporalibus ob decentem ſtatum vitæ perſonarum Eccleſiaſticarũ; eget quo ſubiectos ſibi pauperes alat, & paſcat; eget ob imperfectorum ſtatum, cum imperfecti alliciantur magis rebus temporalibus; eget ob decentem cultum rei diuinæ, & ſacrę; eget quo maior progreſſus fiat rerum ſpiritualium, & propter conſeruationem illarum; eget etiam quo improbi, & mali coerceantur, niſi ſubeſſe velint, aut timeant pœnas ſpirituales, vt hoc pacto non impediatur proceſſus, & vtilitas earumdem rerum ſpiritualium, quarum maior ratio habenda eſt, quàm cuiuſuis rei temporalis: eget, quia cum ſint circa vnam, & eandem rem variæ, diſcrepanteſque ſententiæ, nequeunt res benè gubernari, ait Philoſophus, & ideo *12. Metaph.* debet eſſe vnus Princeps, & regimen monarchicum; quod certè & ſi in alijs poſſet aliquis reuocare in dubium, Num monarchicum præferendum cęteris Principatibus eſſet? de Petro,& eius Succeſſoribus non debet, propter ſingulare priuilegium Petro, & eius Succeſſoribus

Digitized by Google

ceſſoribus à Chriſto conceſſum, vt minus errare poſſint in fidei, morumque decretis, in vniuerſali regimine Ecclesiæ determinandis, & propterea Chriſtus vniuerſalis Eccleſiæ curam gerens Petro tradidit ſpiritualium, & temporalium regimen.

Quid verò Chriſtus ſibi voluit pro nomine illo *Meã*, vbi ait, *Aedificabo Eccleſiam meam*? nonne Eccleſia Chriſti eſt in temporalibus, & in ſpiritualibus? ita prorſus: igitur cum ſine diſcrimine dixit *Aedificabo Eccleſiam meam*, & minus dixit in his, & non in illis, tranſmiſit in Petrum regni, & ſacerdotij curam Chriſtus Rex, & Sacerdos ſupremam, & vniuerſalem. *Quarta confutatio.*

Rurſus in Eccleſia, vel Regnum, ſeu temporalium poteſtas eſt ſupra ordinem ſpiritualium, & ſupra ſacerdotium (verſatur enim Regnum circa temporalia, ſacerdotium vero circa ſpiritualia) vel infra, ſeu ſub ordinem ſpiritualium, vel extra ordinem ſpiritualium: non ſupra ordinem ſpiritualium, alioquin enim poſſent appeti ſpiritualia propter temporalia, cum inferiora ſint propter ſuperiora, quæ magna re vera eſſet peruerſitas; neque extra ordinem ſpiritualium, eſt enim Eccleſia militans propter triumphantem, & vna eſt (ait Concilium Nicænum) Eccleſia, quæ in terris eſt, cum ea, quæ eſt in Cęlis. Adde quod temporalia non ſunt, niſi propter ſpiritualia, nec aliam habent regulam; ſunt enim externa propter corpus, corpus propter animam, anima propter Deum cognoſcendum, & amandum non ſolum amore naturali, ſed etiam ſupernaturali, vt alias oſtendimus, quare continebuntur temporalia ſub ſpiritualibus, & Deo fine totius naturæ, & vltimo obiecto cæleſtis fælicitatis: tum quia ſi eſt ſacræ poteſtatis perducere ad felicitatem ęternam, & vltimum ſimpliciter finem omnium Deum, obiectum felicitatis æternę, iam contine- *Quinta confutatio.* *Conc. Nicæ. lib. 3. fere initio.*

buntur

buntur ſub illo fine, nam alioquin non eſſet finis vltimus omnium: Reſtat itaq; alterum membrum ex ſufficienti facta diuiſione, vt ſint infra, & ſub ordine ſpiritualium, & ideo regnum ſubſit ſacerdotio, & imperio ſacrę poteſtatis ſubiaceat: quare Petrus in Eccleſia accepit ſacerdotij, & regni, ſeu ſpiritualium, & temporalium facultatem. quod ſi dicatur eſſe quoad aliqua temporalia, non in omnibus, procedent argumenta facta contra illam partem.

Sexta confutatio.

Tandem ſi concedunt quoad bonos mores, & ſanam doctrinā, quibus conſtat Eccleſię ædificium, Petrū accepiſſe poteſtatē, quomodo nō regni accepit? nam Rex eſt miniſter boni rationis, & virtutis finis Reipublicæ, ipſis Ethnicis aſſertoribus; ſi itaque finis Regni poteſtatem accepit Petrus, & conſequenter ipſius Regni; tum quia ex Ariſtotele, Platone, Vlpiano, & cæteris Iuriſperitis (vt diximus libro Primo, capite ſeptimo) lumine naturali, Reſpublica duplici conſtat parte, rerum ſacrarum, & prophanarum adminiſtratione, ſeu Sacerdotibus, & magiſtratibus: ſubſunt verò ſacra prophanis, quare neceſſe eſt, vt vel iſti excludant ſacerdotium à Republica, contra omnem rectam Philoſophiam, & Iuriſperitiam, & hoc pacto ſpiritualia, & ſacra, quę pertinent ad Sacerdotes, & idcirco Deum; faciantque quamdam rempublicam, (ſi republica dici poteſt, cum caret ſuo fine fęlicitate, quam in Deo eſſe, Philoſophorum communi conſenſu libro primo oſtendimus) impiam, & atheam; vel neceſſe eſt, vt dicant temporalia, & prophana non eſſe ordinata, tanquam ad finem, ad ſacra, & ſpiritualia, & propterea eſſe ſui gratia; & ſic duos fines reipublicæ haud inuicem ordinem habentes conſtituere; quare erunt re vera duæ, non vna reſpublica. quæ

abſurda eſſe conſtat. cum enim ſit Reſpublica fœlicitatis gratia, ſeu finis; & finis, ſeu fœlicitas cuiuſcunque hominis, & Reipublicæ ſit Deus, tanquam vltimus terminus; ideo ſi vnus eſt finis, & vna Reſpublica erit.

Septima confutatio. Sed quid multa? citati Patres ita voluerunt eſſe in Eccleſia regnum, vt vel ſit regni, & ſacerdotij vtraque penes vnam perſonam poteſtas, vel (quod ſenſu idem eſt) vnum dependeat omni ex parte ab altero; vel hoc non negauerunt. videntur quidem Gelaſius, & Nicolaus velle, regalem poteſtatem non dependere à ſacerdotali poteſtate: ſed id re vera non dicunt: tantum volunt eſſe quoad vſum à Deo, in Noua lege haſce poteſtates diſtinctas, præſertim quoad reliqua, quæ minus decent dignitatem ſacerdotalem, idque ne ita ſe implicarent negotijs ſecularibus ſacerdotes, vt ab vtilitate, & progreſſu rerum ſpiritualium abſtrahantur, quibus in Noua lege præcipuè dare debent operam; cæterum quoad imperium eſſe ſubiectam poteſtatem ſecularem, haud negarunt, imo hoc ex eorum dictis expreſſe colligitur, vt libro Secundo in fine diximus, & fuſius alias oſtendemus; verum de impugnatione huius reſponſionis circa primum argumentum hactenus.

Diluitur obiectio ex auctoritate Gelaſii, & Nicolai ſequenti lib.

ALIVD

ALIVD ARGVMENTVM ex Petri nomine, & ædificio Eccleſiæ deductum affertur.

Cap. XII.

Secundum Argum. ex Communicatione nominis.

COMPLVRES Patres affirmant Chriſtum verbis illis: *Tu es Petrus* nomen ſuum Petro communicaſſe (dicebatur enim antea Simon, poſtea verò dictus eſt per Chriſtum noua impoſitione nominis Petrus) namque inter cætera nomina, quibus Chriſtus ſecundum humanam naturam in diuinis litteris denotatur, petrę nomine denotatur, quod certè nomen illuſtriſſimum eſt, & præclariſſima eo ſignificatur, vt multis figuris de lapide videre eſt: de qua re ex Latinis Cyprianus, ex Græcis Niſſenus plura loca colligentes, quibus Chriſtus petra, ſeu lapis dicitur. Quo ſuppoſito propono aliud argumentum.

Cyprianus de teſtim. diuinarum ſcripturarũ ad Quirin. Niſſenus in teſtimon. ueteri teſtam. aduerſus Iudæos.

2. Quali poteſtate petræ nomine Chriſtus in ædifitio Eccleſię denotatur, talẽ accepit Petrus in eodẽ ædifitio poteſtatẽ noua nominis impoſitione: ſed tam quoad regiam, quam ſacerdotalem dignitatem Chriſtus petræ nomine in ædifitio Eccleſiæ denotatur: igitur Petrus noua nominis impoſitione accepit vice Chriſti regiam, & ſacerdotalem dignitatẽ. Maior propoſitio videtur clara ex modo dictis: etenim Patres volunt Simoni nomen petræ, quod Chriſto conuenit, communicatum eſſe, vtique in ædificio Eccleſiæ, de quo hic eſt ſermo: hoc vero aſſerunt tam Græci, quam Latini Patres,

Tertul-

Tertullianus lib. 4. contra Marcionem c. 13 Epiph. hæreſi 69. Baſilius Homil. 29. de pænitentia & lib. 2. aduerſus Eunomium, Anaſtaſius Epiſcopus Nicenus q. 55. in Sacram Scripturam, Hieronymus in comment. in Eſaiam in cap. 62. & in cap. 16. Matth. Auguſt. ſerm. de cathedra Petri, Hilarius in cap. 16. Matt. Ambroſ. lib. 6. cap. 2. in Lucam, Leo Magnus ſerm. 3. in anniuerſario Aſſumptionis ſuæ die, Paulinus epiſt. 4. ad Seuerum, Maximus Taurinenſis homilia 1. in natali die Apoſtolorum, Proſper lib. 2. de vocatione gentium c. 28. Anſelmus in commentarijs in Matth. in cap. 16. D. Thomas Opuſculo 20. de regimine Principum lib. 3. c. 10. & multi alij.

Deinde quia pluribus capite ſuperiore demonſtratum eſt, Petrum per ea verba: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, accepiſſe ſupremum regimẽ Eccleſię; quare nominis Petri impoſitione talem in ordine ad ædifitium Eccleſiæ accepit poteſtatem, quali Chriſtus hoc nomine denotatur. Tertio vel Chriſtus ſolo nomine communicauit nomen Petri, vel aliqua ſignificatione poteſtatis; non poteſt primum dici, nam potius hoc pacto iniuria affeciſſet, ſi ſaxum, vel lapidem vocaſſet, quod conſtat eſſe falſum: nam in eodem contextu ſermonis Beatum vocat: beatus es inquit Simon Barlona, &c. quare conſtat voluiſſe laude aliqua hominem cumulare: & quā nam cumulauit laude, & dignitate, niſi poteſtatem aliquam communicãdo? Et quamnam communicauit, niſi circa ædifitiũ Eccleſiæ, de quo eſt ſermo, cum dicatur ædificanda Eccleſia ſuper Simonem Petrum, & propterea talem Chriſtus impertitus eſt noua nominis impoſitione poteſtatem, quali ipſe denotatur Petræ nomine in ædifitio Eccleſiæ. Probanda itaq; altera propoſitio: Chriſtum hoc nomine Petræ denotari in

diuinis litteris quoad vtramq; dignitatem, regiam ſcilicet mirum & ſacerdotalem.

Probat. Minoris. Prima confirmatio. Matth. cap. 21. *Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum dicens, verebuntur filium meum; agricolæ autem videntes filium dixerunt intra ſe, hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius, & apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? aiunt illi, malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. dicit illis Ieſus, nunquid legiſtis in ſcripturis, lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic eſt factus in caput anguli, à Domino factum eſt iſtud,* *Pſ. 117.* *& eſt mirabile in oculis noſtris? ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, & qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur; ſuper quem vero ceciderit, conteret eum.* hæc apud Matthæum. *Lapidis* hic nomine ſignificari ſupremam quamdam poteſtatem, ſeu regni, ſeu ſacerdotij multa perſuadent; etenim ita factus eſt in caput anguli Chriſtus, vt meritis mortis data ſit ei omnis poteſtas, & acceperit hæreditatem ſuam gentes, & poſſeſſionem ſuam terminos orbis terrarum. deinde Phraſis ipſa hebraica hoc oſtendit, nam caput anguli dicitur factus in ædificio lapis Chriſtus ſimilitudine quadam, quia ſicuti angulis ſuſtinentur parietes, & continentur illis, ita omnis in Chriſto ſuſtineatur, & contineatur poteſtas. Zachariæ 10. fit ſermo de tribu Iuda: *Ex ipſo angulus, ex ipſo Paxillus*. Vaticinatur Zacharias regnum Chriſti ſupremum fore ex tribu Iuda, ex qua tribu ſecundum carnem ortus eſt Chriſtus, ſicuti enim (vt eſt apud Iſaiam c. 22.) ſuper paxillum ſuſpenduntur omnia vaſa, & inſtrumenta ad miniſterium domus apta; ita omnis poteſtas continetur in Chriſto: & Sophoniæ 3. *Diſperſit gentes, & diſſipati ſunt anguli earum*. 1. Regum c. 14. *Applicate huc vniuerſos angulos populi*, id eſt Principes; quare Hieronymus

nymus lib: 5. in Eſaiam c. 19. *Idioma ſcripturarum eſt, vt angulum pro regno ponant, eo quod populos contineat, & quaſi in tota domo fortiſsimum ſit, vnde Chriſtus duorum populorum parietes continens, lapis dicitur angularis*. ſic ille.

Deinde: quia Hæres Chriſtus dicitur, & conſilio agricolarum reiectus, & occiſus, mirabili quodam modo factus in caput regni, ex qua re apparet eo nomine, quo reprobatus, & reiectus eſt, eodem Chriſtum factum principem, ſeu caput anguli, & Iudæos contritos caſu iſtius lapidis: videamus itaque, quo nomine ſit reprobatus, & conſtabit Chriſtum ſecundum humanam naturam (de qua hic fit ſermo) eſſe Regem ſupremum, ac Sacerdotem. Manifeſtum eſt Chriſtum ſecundum regiam dignitatem reprobatum fuiſſe, & metu, ne amitterent Iudæi temporale regnum, Chriſtum condemnaſſe: nam in Concilio, vt eſt apud Ioannem, coacto à Pontificibus, & Phariſæis hæc dicuntur: *Ioan. c. 11.* *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem*: videlicet regnum temporale, & gentem, vt exponit Chryſoſtomus, Cyrillus, & alij. & cum accuſarent Chriſtum apud Pilatum hæc dicebant: *Inuenimus hunc ſubuertentem gentem noſtram, prohibentem tributa dari Cæſari, & ſe Chriſtum Regem eſſe*; & rurſus; *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris; omnis enim, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari*. quare Pilatus, vt moris erat Romani, ſcriptis ferre ſententiam, titulum cauſæ condẽnationis Chriſti ſcripſit hoc modo, *Ieſus Nazarenus Rex Iudaorũ*, qui titulus affixus eſt Cruci litteris Hebraicis, Græcis, & Latinis, non ſine magno myſterio, quia his præcipuis linguis omniũ gentiũ Rex denotabatur, ait Cyrillus. ſed quid dicebant Pilato (inquit Ioannes) Pontifices Iudæorum? *Noli ſcribere Rex Iudaorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudaorum*,

Chryſoſt. in comment. Cyrillus in com. in Ioã. lib 8. Luc. 23.

Cyrill. lib. 12. c. 30. Ioan. c. 19.

diuinis litteris quoad vtramq; dignitatem, regiam nimirum & ſacerdotalem.

Probat. Minoris. Prima confirmatio. Matth. cap. 21. *Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum dicens, verebuntur filium meum; agricolæ autem videntes filium dixerunt intra ſe, hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius, & apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? aiunt illi, malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. dicit illis Ieſus, nunquid legiſtis in ſcripturis, lapidem, quem reprobauerunt ædificantes,* *Pſ. 117.* *hic eſt factus in caput anguli, à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris? ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, & qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur; ſuper quem vero ceciderit, conteret eum.* hæc apud Matthæum. *Lapidis* hic nomine ſignificari ſupremam quamdam poteſtatem, ſeu regni, ſeu ſacerdotij multa perſuadent; etenim ita factus eſt in caput anguli Chriſtus, vt meritis mortis data ſit ei omnis poteſtas, & acceperit hæreditatem ſuam gentes, & poſſeſſionem ſuam terminos orbis terrarum. deinde Phraſis ipſa hebraica hoc oſtendit, nam caput anguli dicitur factus in ædificio lapis Chriſtus ſimilitudine quadam, quia ſicuti angulis ſuſtinentur parietes, & continentur illis, ita omnis in Chriſto ſuſtineatur, & contineatur poteſtas. Zachariæ 10. fit ſermo de tribu Iuda: *Ex ipſo angulus, ex ipſo Paxillus*. Vaticinatur Zacharias regnum Chriſti ſupremum fore ex tribu Iuda, ex qua tribu ſecundum carnem ortus eſt Chriſtus, ſicuti enim (vt eſt apud Iſaiam c. 22.) ſuper paxillum ſuſpenduntur omnia vaſa, & inſtrumenta ad miniſterium domus apta; ita omnis poteſtas continetur in Chriſto: & Sophoniæ 3. *Diſperſit gentes, & diſſipati ſunt anguli earum*. 1. Regum c. 14. *Applicate huc vniuerſos angulos populi*, id eſt Principes; quare Hieronymus

nymus

Digitized by Google

nymus lib:5. in Eſaiam c. 19. *Idioma ſcripturarum eſt, vt angulum pro regno ponant, eo quod populos contineat, & qua ſi in tota domo fortiſsimum ſit, vnde Chriſtus duorum populorum parietes continens, lapis dicitur angularis*. ſic ille.

Deinde: quia Hæres Chriſtus dicitur, & conſilio agricolarum reiectus, & occiſus, mirabili quodam modo factus in caput regni, ex qua re apparet eo nomine, quo reprobatus, & reiectus eſt, eodem Chriſtum factum principem, ſeu caput anguli, & Iudæos contritos caſu iſtius lapidis: videamus itaque, quo nomine ſit reprobatus, & conſtabit Chriſtum ſecundum humanam naturam (de qua hic ſit ſermo) eſſe Regem ſupremum, ac Sacerdotem. Manifeſtum eſt Chriſtum ſecundum regiam dignitatem reprobatum fuiſſe, & metu, ne amitterent Iudæi temporale regnum, Chriſtum condemnaſſe: nam in Concilio, vt eſt apud Ioannem, coacto à Pontificibus, & Phariſæis hæc dicuntur: *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem*: videlicet regnum temporale, & gentem, vt exponit Chryſoſtomus, Cyrillus, & alij. & cum accuſarent Chriſtum apud Pilatum hæc dicebant: *Inuenimus hunc ſubuertentem gentem noſtram, prohibentem tributa dari Cæſari, & ſe Chriſtum Regem eſſe*; & rurſus; *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris; omnis enim, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari*. quare Pilatus, vt moris erat Romani, ſcriptis ferre ſententiam, titulum cauſæ condẽnationis Chriſti ſcripſit hoc modo, *Ieſus Nazarenus Rex Iudaorũ*, qui titulus affixus eſt Cruci litteris Hebraicis, Græcis, & Latinis, non ſine magno myſterio, quia his præcipuis linguis omniũ gentiũ Rex denotabatur, ait Cyrillus. ſed quid dicebant Pilato (inquit Ioannes) Pontifices Iudæorum? *Noli ſcribere Rex Iudaorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudaorum*,

Ioan. c. 11.

Chryſoſt. in comment. Cyrillus in com. in Ioã. lib 8.

Luc. 23.

Cyrill. lib. 12. c. 30.

Ioan. c. 19.

rum. reſpondit Pilatus, quod ſcripſi, ſcripſi. quibus non ſine inſtinctu diuino, inuitis Iudæis, Chriſtus declaratus eſt Rex. quare Clemens in Conſtitutionibus: *Iudæos Romani cogunt conferre tributum, & eos legibus ſuis vti non ſinunt, quippe, qui ſeruitutem vltro ſibi tunc attraxerunt, cum dixerunt, non habemus Regem, niſi Cæſarem, & niſi interfecerimus, inquiunt, Chriſtum, omnes in eum credent, & venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem; atque ita factum eſt, vt nolentes prophetauerint; ſi quidem & gentes in eum crediderunt, & eos ipſos Romani poteſtate, & cultura legis Moſaycæ priuauerunt; qui neque occidere poſſunt, quos ipſi vellent; neque ſacrificare, quando vellent; ex quo fit vt ſint maledicti*: & poſt pauca: *Pareamus Chriſto ut Regi, & vt poteſtatem habenti mutandi varias ſanctiones.* & cætera. Iuſtinus etiam reuocatum Chriſtum à mortuis, factum vniuerſorum hæredem affirmat. *Iudæorum principes intellexerunt*, addit Hieronymus: *Chriſtum eſſe illum, cui pater per prophetam dicit, Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: hæreditas quippe filio Sancta Eccleſia data eſt, quam non moriens pater illi reliquit, ſed ipſe ſua morte mirabiliter acquiſiuit*, eadem Beda, & Anſelmus. Ex his habetur Chriſtum hæredem fuiſſe lapidis nomine, quoad vtramque dignitatem, factum in caput regni; ſi itaque Chriſtus (quo rem concludamus) Simoni communicauit nomen Petræ, quoad nomen & ſignificationem, prout pertinet ad ædificium Eccleſiaſticum; vtique & regiam, & ſacerdotalem in eum tranſmiſit dignitatem, & in Eccleſiam per ipſum Petrum: cum lapidis nomine in ædificio ſignificetur Chriſtus ſecundum humanam naturam, quoad regiam, & ſacerdotalem dignitatem.

Clem. cōſt. lib. 6. c. 24.

Iuſt. in q. ad orth. Hiero. in comm. in hunc Matt. locum.

Beda in cō. Anſelm. in com in eum Mat. locū.

Confirmant hoc argumentum ea, quæ dicuntur in parabola: *Malos male perdet, & vineam ſuam alijs locabit agricolis*, itemque *Dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, & qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur, ſuper quem vero ceciderit, conteret eum*; erat Chriſtus hæres vineæ, Rex &

ſacer-

Digitized by Google

Sacerdos, & gemina hac dignitate regebatur populus Iudæorum, à qua exciderunt Iudæi occiſo Christo, depoſiti regno, & ſacerdotio, amiſſa notitia diuinarum litterarum, in ſumma relicti cæcitate, & calamitate rerum omnium. Christus itaque cum vaticinetur fore, vt vinea illa locetur alijs agricolis, & auferatur regnum Dei, & detur gentibus, vtique apparet, loqui ſecundum geminam dignitatem, à qua Iudæi exciderunt, ita vt transferatur vineę cultus, & regnum ad gentes, & ad Eccleſiam. Lege cap. 61. Eſaiæ, & videbis, qua ratione prædicatur à vate futurum, vt alieni paſcant pecora, & filij peregrinorum, & transferatur regnum Dei ad gentes. Regni itaque translationis nomine regia etiam poteſtas intelligitur, ita Gregorius Nyſſenus regni nomine, omnem dignitatem denotari in diuinis literis aduertit. ſed inſpiciamus alia loca, vbi mentio fit de Eccleſiæ ędificio, & apparebit vbique ſermonem haberi de vtraque dignitate regia, & ſacerdotali, quæ futura ſit coniuncta in Eccleſia penes vnam, & eandem perſonam. attingemus autem hæc breuiter, cum illa alias fuſius ſimus explicaturi. Zachariæ ergo capite 6. *Greg. N. M.*

Ecce vir Oriens nomen eius, & ſubter eum orietur, & ædificabit templum Domino, & ipſe portabit gloriam, & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo, & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos. & poſt pauca: *& qui procul ſunt, venient, & ædificabunt in templo Domini.* Tria hic vaticinatur Zacharias fore, vt *vir oriens* Chriſtus ædificet Eccleſiam: *ipſe* aſſerens *ædificabit templum Domino, & ſubter eum orietur,* ſeu germinabit in petrę ędificio. Secundo vt ſit Rex, & Sacerdos ſimul, ſeu (ſi vim hæbraici ſermonis perpendas) fore vt ſit ſacerdos in ſolio regali, vt inter cæteros aduertit eruditiſſimus Ariamontanus. Tertio fore vt ex gentibus ſint etiam ædificato- *Secunda confirm.* *Aria Mon. in comm. in hunc locū.*

ædificatores templi, *& qui procul ſunt, venient.* & cætera.

Tert. Confirmat. eiuſd. propoſit.

Eadem Eſaias loquens de ædificio Eccleſiæ c. 60. *Et ædificabunt tibi filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi, in indignatione enim mea percuſſi te, & in reconciliatione mea miſertus ſum tui; & aperientur portæ tuæ iugiter die, ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & reges eorum adducantur; gens enim, & regnum, quod non ſeruiet tibi, peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur.* fit etiam hic ſermo communi conſenſu de ædificio Eccleſiæ, de hac autem dicitur fore, vt filij peregrinorum ædificent eam: ecce ergo quomodo alijs agricolis colenda vinea traditur; & ne putares regna non eſſe ſubiecta Eccleſiæ, ait Vates: *Gens & regnum, quod tibi non ſeruiet, peribit.*

Quarta Confirm.

Pſal. 121. *Hieruſalem, quæ ædificatur, vt Ciuitas, cuius participatio eius in idipſum, illuc enim aſcenderunt Tribus tribus Domini teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Domini; quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid:* prædicitur hiſce verbis futurum in Eccleſia regnum, & ſacerdotium, ſicuti in typo fuit Hieroſolymis ſedes ſacerdotalis, & regia, vt nimirum ſedes Petri Apoſtolica ſit ſacerdotalis, & regia, quomodo Romam regiam & ſacerdotalem Ciuitatem per Petri ſedem factam eſſe docent Leo Magnus, Ioannes 8. Leo Nonus, & alij Pontifices.

Leo Magn. ſerm. in Natali Ap. Ioã VIII. Ep. 68. ad Lãb. Leo IX ep. con. præſumpt. Michæ. & Leon. acri.

Quinta Confirm.

Petri 2. *Ad quem accedentes*, loquitur Apoſtolus de Chriſto, *lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum, & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini*; & poſt pauca de lapide & ædificio explicata: *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, populus acquiſitionis*: & cætera: verè fideles ædificantur ſuper lapidem viuum Chriſtum; vere populus Chriſtianus eſt populus acquiſitionis: vere gens ſancta, ſeu in eo eſt ſanctitas; vere in eo eſt dignitas ſacerdotalis: ergo cum Regia ſit à ſacerdotali diſtincta, &

propte-

Digitized by Google

propterea diſtincte accipi debeat, cum dicitur regale ſacerdotium, reuera etiam erat in Chriſtiano populo regia dignitas. Et vbinam tempore Petri, cum hęc ſcribebat, cum nulli tunc forent Chriſtiani reges? eſt itaque in Chriſto lapide ædificij Chriſtiani, & loco eius in Petro, qui nomen & ſignificationem huius lapidis à Chriſto accepit in ędificio Eccleſiæ.

Vaticinatur Daniel cap. 2. fore, vt lapis præciſus de monte ſine manibus percutiat in pedibus ferreis ſtatuam, & comminuat eam, qui paulatim creſcat in montem magnum; donec repleat totam terram: quis autem non videt, viſibilem aliquem Monarcham in omnibus intelligi, dum deſcribitur vnicus lapis contriuiſſe quatuor illas Monarchias, per ſtatuam expreſſas, ſuccedens in locum eorum, donec contritis omnibus repleuit terram? *Sexta confirmatio.*

Aliaq; loca poſſent afferri ad eamdem rem probandam, ſed breuitatis cauſa omittimus, cum infra allaturi ſimus. Perſtringamus igitur hoc argumentum. Vbique in diuinis litteris lapidis nomine, & ædificij Eccleſiæ cum ſit mentio, exprimitur regia & ſacerdotalis, ſeu ſuprema in omnibus poteſtas: ſi itaque Petrus reuera nomen, & ſignificationem lapidis accepit, quo Chriſtus ſecundum humanam naturam denotatur; ſi reuera ſuper Petrum ædificata eſt Eccleſia, cum ſine limitatione Chriſtus dixerit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, reuera à Chriſto rege & Sacerdote, regiam & ſacerdotalem, ſeu ſupremam miniſtram vice Chriſti poteſtatem in omnibus accepit; vt ſit ſupremus in omnibus loco Chriſti Monarcha in Eccleſia.

Ex

EX ALIIS VERBIS MATTHÆI *ſupra relatis regia, & ſacerdotalis Petri poteſtas infertur. Cap. XIV.*

7. Confirm. ex eod. tex.

TRANSEAMVS ad alia verba, quæ ſequuntur in textu Matthæi citato. *Et Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*. Eccleſia dupliciter accipitur pro corpore ſine capite; pro vt ſeorſim ſine capite intelligitur, ita accipitur cum dicitur, Chriſtus eſt caput Eccleſiæ: Petrus eſt Vicarium caput Eccleſiæ: ſicuti autem accipitur pro corpore, ita etiam in diuinis litteris ſæpè accipitur vnà cum capite, ita primæ ad Timo. cap. 3. *Vt ſcias quomodo oporteat in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viuentis columna, & firmamentum veritatis*, &c. in præſentia verbis illis: *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, intelligitur Eccleſia denotata Pronomine (eam) pro Eccleſia vnà cum capite. Apparet hoc, quia factus fuerat ſermo de Eccleſia vnà cum capite, in quo fore vt ędificaretur, à Chriſto prædictum fuerat, ita etiam ad Petrum verba hæc referri colligitur ex Origene, Chryſoſtomo, Hilario; Leone Magno, Hieronymo; Epiphanio, & alijs.

Orig. tract. 3. in Matth. Chryſ. hom. 55. in Matt. Hilarius in Comm. in c. 10. Matth. Leo Homil. de Trasfig. Hiero. in c. 39. Eſa. Epiph. in it. Eſa. 38.

Porrò phraſi hæbraica verbis hiſce; *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, idem eſt, ac ſi diceretur, Eccleſia, vnà cum ſuo capite petra, ſuper quam eſt ædificata, non excidet, non emorietur; hoc loquendi modo dictum eſt ab Ezechia Rege apud Eſaiam: *Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi*: prædixerat Vates Regi mortem, itaque verbis illis hoc ſignificat Rex, Emoriar, ferar in ſepulchrum; Inferus enim ſepulchrum vocatur hebraicè, ita Iob: *Infernus domus*

Iob. c. 17.

mea

mea eſt, ideſt ſepulchrum domus mea eſt. huc reſpexit Hieronymus: *Nemo* inquit *putet hoc de morte dici, quod Apoſtoli conditioni mortis ſubiecti non fuerint, quorum martyria videat corruſcare*; ſi itaque obijt Petrus (communi conſenſu Patrum, & Hiſtoricorum) Romæ, vbi ſuam reliquit ſedem, dicendum intelligi de ſucceſſoribus Petri Romanis Pontificibus, & Chriſtianis fidelibus, ſuper quos Petrus accepit perpetuam poteſtatem in ſucceſſoribus, vt hac ratione non emoriatur Eccleſia, & Petrus (ſicuti etiam colligitur ex Origene) nec iaceat quaſi in ſepulchro, ſed glorioſa ſemper euadat, vna cum capite aduerſus omnes hæreſes, & perſecutiones; & quando Eccleſia ædificatur bonis moribus, & ſana doctrina, hinc fiet, vt Petrus, & eius ſucceſſores minus errare poſſint in fidei, morumque decretis in vniuerſali regimine Eccleſiæ determinandis, nec fideles adhærentes Petri, & eius ſucceſſorum decretis: etenim (vt oſtenſum eſt) per verba illa: *Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, ex vna parte Petrus accepit ſupremum regimen Eccleſiæ, quæ ædificatur fide, & bonis moribus: Ex altera vero parte prædicitur, quod nunquã excidat iſtud ædificium Eccleſię; nec petra, ſuper quam conſtructum eſt ædificium. Ex his apparet perpetua Petri poteſtas, quæ minus errare poſſit in fidei, morumque decretis in vniuerſali regimine Eccleſiæ determinandis; dixi autem in vniuerſali regimine, quia hic de eo agitur, cum verba illa: *Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, de vniuerſali Eccleſiæ regimine intelligenda eſſe ſupra probauerimus: ſed iam ad rem noſtram.

Hier. in cõmen. in Lūc lectum.

Orig. tract. 3. in Matt.

3 Prædicitur in diuinis litteris ſępè, fore, vt thronus regius Dauid, qui captiuitate Babylonica exciderat, reparetur in terris per Chriſtum, ita vt deinceps ſemper duret, & roboretur (ait Eſaias) *in iuſtitia, & iudicio.*

Tertium Argum.

Eſai. c. 9.

Quæro quomodo adimpletum ſit iſtud vaticinium, niſi in Petro & eius ſucceſſoribus in Eccleſia Catholica intelligatur? non enim dici poteſt,impletum eſſe in Chriſtianis ſolum Regibus, etenim per plura ſæcula caruit Eccleſia Chriſtianis Regibus:at thronus Dauidicus per Chriſtum reſtaurandus dicitur, ita vt poſtea nunquam excidat. deinde quomodo roboratus eſt in iuſtitia, & in iudicio, quando reges, & nationes excidunt, non ſine magno dolore, à fide, & bonis moribus in ſuo regimine?intelligitur itaque de Eccleſia, & ſummis Pontificibus, in quibus ſit ille thronus, qui ſemper à Chriſti tempore perpetua, & non interrupta ſucceſſione floruit in ſucceſſoribus Petri,contra tot perſecutiones:qui cum minus errare poſſunt in fidei, morumque decretis, in vniuerſali regimine decernendis, propterea roboretur in iuſtitia, & iudicio. Atque hoc ſenſere complures Patres, aſſerentes in ſummos Pontifices thronum Dauidicum vnà cum Sacerdotio fuiſſe tranſlatum: ita Epiphanius, Cyrillus, Procopius, Arethas, & alij, quos ſuo loco afferremus, vbi, quæ hic ſolum attigimus de throno Dauid, latius probabimus.

Lib.4.vbila-te per multa cap.agitur de throno Dauid.

4 *Et tibi dabo claues regni cælorum.*

Quartum Argum.

Communi Catholicorum conſenſu, clauium collatione ſuprema Petro tradita eſt ſpiritualium poteſtas; ſi ergo cæleſtium,cur & non terreſtrium? cui enim principale committitur, & acceſſorium committitur; principalia autem ſunt ſpiritualia, cum ea per ſe quærenda ſint; ſemper vero acceſſoria temporalia, cum per ſe quæri non debeant,ſed tota propter ſpiritualia, ita vt ſi aliter fiat,rectus ordo inuertatur.

Quintum Argum.

5 In rebus omni ex parte ſubordinatis inferiora in ſuperioribus, & nobilioribus continentur eminentiori ſaltem modo; ita gradus animæ ſentientis, & vegetantis continentur in homine, & de ipſo affirmantur; dicitur

citur

citur enim, homo eſt ſentiens eſt, viuens &c. cùm itaq; (vt toties dictum eſt in hoc opere) temporalia omni ex parte ſint propter ſpiritualia, continebuntur in illis, & poteſtas temporalis in ſpirituali: habebit itaq; Petrus, ſi habet ſpiritualium ſupremam poteſtatem, etiam temporalium poteſtatem. Male itaque Caietanus ita argumentatur. Datæ ſunt Petro claues Regni cælorum, non ergo terrarum: nos contra prorſus dicimus, Petro datæ ſunt claues regni cęlorum; ergo terrarum: quae noſtra conſequentia optime infertur ex totali ſubordinatione temporalium ad ſpiritualia. ſed nunquid mea eſt conſequentia? minime vero, eſt D. Pauli, qui non ſolum intulit, Secularia iudicabimus, ſed, *quanto magis ſecularia*? & recte quia eminentiori modo, vt dicebamus, continentur inferiora in ſuperioribus, quae eminentia nihil tollit, ſed eandem rem dicit nobiliore quodam modo: qua ratione v.g. perfectiones omnes rerum creatarum contineri in Deo Theologi affirmant: ita videlicet, vt nobiliorem quendam modum eſſendi in illo habeant, quam in ſe ipſis habeant, atq; ita cum Paulo eam faciunt conſequentiam Pontifices, Concilia, Patres Latini, Patres Graeci, & plures Theologi, & Canoniſtae, vt lib. ſuperiore eſt oſtenſum.

obiectio. *Caiet. 22. q. 43. ar. 8.* *Prima impugnat.* *Secunda impugnat.* *1. Cor. 6.*

Regni Cælorum nomine videtur hic Eccleſia intelligi, quomodo ſaepè accipi in diuinis litteris adnotauit Gregorius, & in hoc ſenſu hic accipi voluerunt D. Auguſtinus, Vgo Victorinus, D. Thomas: & Eccleſia, vt ſupra probatum eſt, conſtat regno & ſacerdotio: itaque accepit Petrus clauium nomine, regni, & ſacerdotij poteſtatem, alioquin enim Petrus totius Eccleſiae non accepiſſet regimen, quod falſum eſſe conſtat.

Tert. impugnatio. *Greg. Hom. 12. in Euãg.* *Aug. tom. 6. de virg. cap 24. tom. 9. tract. 98. in Ioan.* *Vgo lib. de Sacram. c. 26.* *Thom. opuſ. 20. de regim princ. c. 15.*

Nec vero mirum videri debet, vt cum ſuperioribus verbis *Super hanc Petram*, &c. dederit ſupremam hanc poteſtatem, & hic iterum eandem tribuat; eſt enim

Digitized by Google

Mos diuinarum litterarum. mos diuinarum litterarum, vt eadem repetantur in vno & eodem loco, alijs verbis idem ſignificantibus, vt firma res, & certa reddatur; quem morem adnotauit Auguſt. in commentarijs in Pſ. 74. & Hieronymus in illud *Iob. c. 3.* Iob. *Et quod verebar, accidit: Alijs* inquit *verbis repetit, quod ſuperius dixerat pro confirmatione dicti, ſolent in diuinis litteris talia iterari*. Hæc ille. immo habetur ex ipſa Scriptura, nam Geneſis 41. *Quod autem* inquit Ioſeph Pharaoni) *vidiſti ſecundo ad eamdem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt; eo quod fiat ſermo Dei, & velocius impleatur*; itaque repetitur idem alijs verbis, vt *Ioan. c. vlt.* certa res oſtendatur: ita ter dictum, *Paſce oues meas*; ter *Actor. c. 5.* dictum, *Macta, & manduca*, quo certa res, & breui futura gentium vocatio oſtenderetur; quare ad rem noſtram reuertentes, clauium collatione ſuprema data eſt Eccleſiæ poteſtas, alijs verbis eadem re iterata. igitur ſi, regni cælorum, nomine intelligamus expreſſam Eccleſiam; & regni, & ſacerdotij accepit poteſtatem, quibus duobus Eccleſiam conſtare diximus.

Quarta impugnat. Adnotauimus ſupra communi loquendi modo à re præſtantiore denominationem fieri; ſic potentias à re ſuprema, ad quam ſe extendunt denominari, & definiri docuit Ariſtoteles. itaq; licet diuinæ litteræ doceant *Ariſt. 1. cæli t. 116.* excellentiorum rerum datam poteſtatem, non propterea minus eccellentium datam negant; & quod dico de diuinis litteris, idem dico de ſanctis Patribus: ſi igitur data eſt rerum ſpiritualium poteſtas, non licet deducere non eſſe datam terreſtrium?

Augu. 3. de doct. Chri. c. 12. Ambiguitas (vt dicebat S. Auguſtinus) & repugnantia, quæ videtur in ſacris litteris, ex ipſius textus conſequentibus, & adiunctis tollenda eſt; ex conſequentibus vero verbis conſtat non modo ſpiritualium, ſed temporalium etiam datam poteſtatem; ſunt enim verba illa maxime generalia, & ſe ad omnia extendentia,

Quod-

Quodcunque ligaueris ſuper terram, quæ exponi de rebus temporalibus paulo poſt apparebit.

Locum vnum, inquit idem D. Auguſt. ſacræ ſcripturæ, per alium eiuſdem ſcripturæ exponere bona interpretatio eſt, & locum illum prioris epiſtolæ ad Corint. & alios de poteſtate temporali exponi vidimus, ſicuti & plura alia exponi à Patribus oſtendemus; non itaque poſſumus inferre, quia cœleſtium accepit Petrus poteſtatem, non accepiſſe terrarum? *Quinta impugnatio. Augu. 3. de doct. Chriſt. c. 16.*

Ad ſummam ignorant iſti regulas Logicas; nō enim quia aliquid aliquando tacetur, colligi poteſt & inferri, illud negari, vel excludi; à parte enim negatiua (vt trita propoſitione in ſcholis dici conſueuit) non valet argumentum, & ideo concluditur non poſſe vllo modo deduci, quia data eſt Petro cœleſtium, ſeu ſpiritualium facultas, non datam fuiſſe rerum terreſtrium; immo potius contrarium. Adde quod Caietanus ſatis aperte alijs in locis vult penes Eccleſiam eſſe rerum temporalium diuino iure facultatem, vt alias dicemus. Verum facta quaſi longa digreſſione ad rem propoſitam redeamus, & aliam rationem adducamus. *Sexta impugnatio.* *Septima impugnat.*

6 *Clauium* nomine dediſſe Chriſtum Petro poteſtatem conſtat quid vero hoc modo loquendi *regni cælorũ* nomine, niſi rerum maximarum facultatem intellexit, ſub quibus rerum etiam minorum comprehenderetur poteſtas? recte Ariſt. Inferior (inquit) hic mundus ex neceſſitate ſuperioribus lationibus, nempe cœli, eſt continuus, & omnis eius virtus inde gubernatur: ſicuti ergo à cœli latione, & virtute inferiora hęc dependent, & gubernantur; ita temporalia à ſpiritualibus, & poteſtas temporalis à ſuperiore poteſtate ſpirituali gubernari debet, Cœlorum nomine, & ſimilitudine comprehenſa, & intellecta. Vnde Niſſenus (ſicuti ſupra adnotabamus) regni nomine in diuinis litteris omnem *Sextum Argum.* *Ariſt. 1. meteor.* *lib. 5. de Trinit. ad Euſtatiam.*

nem

nem dignitatem comprehendi dicebat: *Omnem* ait, *dignitatem regni nomine denotat.*

Septimū Argum.
Orig.hom.6 in Matt.

7. Aduertit Origenes nomine plurali à Chriſto *cælos* dictos, quia amplior præ cæteris ſit Petro collata poteſtas. verba Origenis ſunt haec: *Quoniam oportebat aliquid maius habere Petrum, præ illis*, ſcilicet Apoſtolis, *quos interrogauerat, ideo quidem illi ſic dixit; Et tibi dabo claues regni cælorum, & quacunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis; non ergo modica differentia eſt, quod Petro quidem ſuper terram ſint ligata, non ſolum in vno cælo ſed in omnibus cælis; ad eos autem, qui multi ſunt ligatores & ſolutores in terra, vt alligent, & ſoluant, non in cælis, ſed in vno cælo, quia non ſunt in tanta perfectione ſicut Petrus, vt alligent, & ſoluant in omnibus cælis.* hucuſque Origenes ex numero plurali affirmans pleniorem datam Petro non ſine modica differentia, præ cæteris Apoſtolis, poteſtatem. quod ſanè Linguæ Hebraicæ ſcientiſſimus Origenes bene aduertit: vtitur enim hebraica lingua ad ſignificandam maiorem vim, & magis eminentem poteſtatem, quæ alias ſuperet, numero plurali: ita apud Iob c.40. בהמות Behemoth numero multitudinis, nam ſingulari numero בהמה, Behema dicitur, ideo videlicet, quia beſtia hęc ſua magnitudine cęteras ſuperet, eaſque continere videatur; ita Eugubinus in eum locum, & Caſtrenſis in cap. 27. Eſaię adnotarunt. Prouerbiorum primo, *Sapientia foris prædicat*, numero multitudinis חכמות Cochmot, quia ſermo fit de diuina ſapientia, quæ in ſe cæteras omnes continet. Ioſue vltimo אלהים גבור, Eloim Ghibbor *Deus ſanctus fortis.* Pſal. 81. *Deus ſtetit*: Hebraicè אלהים Heloim, ideſt Iudices, quia continet in ſe omnem iuditiariam poteſtatem. Exodi 28. Pones autem in rationali iudicij, doctrinam, & veritatem: hebraicè האורים ותמים, A Vrim VeThumim, id eſt illuminationes, & perfectiones; ſermo fit de ſummo

mo

Digitized by Google

mo ſacerdote,apud quem in Veteri lege ex Deuter. 17. conſtat fuiſſe rerum etiam temporalium Iuditiariam poteſtatē,& ideo cum ſupremā hanc poteſtatem haberet, cæterorū illuminationes, & perfectiones haberet:quod ſi Pontifices habēt(teſte Dionyſio)vim illuminandi & perficiendi; ſupremus Pontifex, excellentius cæterorum perfectiones, & illuminationes habebit. Itaq; quo redeamus, vnde ſumus digreſſi, cum numero multitudinis Chriſtus omnium ſupremus Monarcha, dixerit: *Claues* non *Clauem*: dixerit *Regni cælorum*, non *cæli*, omnium ſupremam Monarchiam, ſeu ſpiritualium, ſeu temporalium tribuiſſe Petro loco ſui in Eccleſia, & Orbe toto per modum tamen miniſterij, dicere debemus. *Dion. Eccl. Hier. c. 7.*

8 Conſentiunt Patres ſcientiā quādam diſcretiuam, & ligandi, & ſoluendi poteſtatem verbis illis: *Tibi dabo claues regni cælorum* Petro datam; ſic enim habet Dionyſ. Areopagita de cæleſti Hierarchia cap. 12. *Secernendi vim habent Pontifices, vt interpretes diuinæ iuſtitiæ, non quod eorum à ratione auerſis cupiditatibus ſapientiſſima diuinitas (vt honeſto verbo vtar) quaſi miniſtra obſequatur, ſed quod ipſi ſpiritui myſteriorum principi ad interpretandum permoti, eos, qui à Deo iudicati ſunt, pro meritis cuiuſq; ſecernant: Accipite enim, ait, Spiritum Sanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. eis quoque, cui ſanctiſsimi Patris patefacta erant myſteria, Chriſtus ait: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis, quaſi ille & omnis ei ſimilis Pōtifex ijs, quæ illi de patris iuſtitia enūtiata ſunt, interpres, atque portitor, & Deo caros admittat, & impios excludat.* hucuſque Dionyſ. & cum Dionyſio eodem modo exponūnt de poteſtate, & ſcientia diſcretiua Hieronymus, Bernardus, Anſelmus, Vgo, Remigius, Innocentius III. D. Thomas, D. Bonauentura, Albertus, Richardus, Scotus, & alij Patres, & Theologi. At vero cur

Octauū Argum.

Hie. in com. in Matt. Bern. ſerm. 69. in cant. Anſelm. in com. in Matth. Vgo lib. 1. de ſacr. c. 26. Remig. in comment. Innoc. ſerm 1. in Petr. & Paulum. D. Thomas D. Bon. Alber. Ricar. Scotus 4. d. 18.

non

non per eandem poteſtatem non eſt etiam facultas tradita iudicandi res temporales? in iudicio Vrim miniſter Ioſue, & omnis populus pendebat à ſacerdote in Veteri lege, in rebus omnibus tẽporalibus, verba enim illa Numerorum 27. vbi iubetur Ioſue ſtare coram Eleazaro Sacerdote, & ſi quid agendum foret, *Eleazar* inquit Deus *Sacerdos conſulet Dominum, & ad verbum illius egredietur, & ingredietur, ipſe, & omnes filij Iſrael*: hebraicè, vt ſuo loco oſtendemus, in iudicio אורים, Vrim interrogabit Dominum, & ex ſacerdotis præſcripto fient omnia; itemque ob maiorem illuminationem, & perfectionem in rebus dubijs circa res temporales recurrendum erat ad Sacerdotem ſummum, eiuſq; ſtandum iudicio; ita vt puniretur, qui nollet ſtare ipſius dictis. Deuter. 17. Si itaque ob iudicium אורים, Vrim, ſeu propter illuminationes, ſecularem Principem in temporarijs voluit Deus in Veteri lege pendere in omnibus à ſacerdote; quis negabit in Noua lege maiorem eſſe dependentiam Principum ſecularium à ſacerdotio, cum Nouę legis ſacerdotio maior ſine dubio illuminatio data ſit, & perfectio? & propterea maiore punitione digni ſint, qui decretis ſacerdotis Nouæ legis ſtare noluerint, quam illi, qui Veteris legis Sacerdoti ſtare nolebant.

* * *

PLV-

PLVRIBVS PROBATVR CLAVIVM *nomine, ſeu ligandi, & ſoluendi poteſtate comprehendi ſupremam quandam in omnibus facultatem, ſeu Regni, ſeu Sacerdotij. Cap. XV.*

VIDEAMVS quo ſenſu accipiatur clauis in diuiuis litteris: optima enim interpretatio eſt (vt præmiſimus) ex Auguſtino, ſi vnum locum Scripturæ per alium magis clarum exponamus.

9 Accipitur Clauis pro poteſtate Sacerdotali, & in hoc ſenſu hic accipi concedunt omnes, cum dicitur: *Tibi dabo claues regni cælorum:* Accipitur quoque *clauis* pro interpretatione Scripturarum Lucæ 12. *Væ vobis,* ait Chriſtus, *legisperitis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ.* ita exponunt Origenes, Hilarius, Ambroſius, Beda, Theophyl. & alij, & hanc deberi Pontifici conſtat ex dictis, ſed præterea accipitur pro regia poteſtate, ita Apocal. 3. *Hæc dicit Sanctus, & verus; qui habet clauem Dauid, qui claudit, & nemo aperit, qui aperit, & nemo claudit.* ita de ſuprema quadam in omnibus poteſtate, & Regia expreſſe explicat S. Irenæus lib. 4. contra hæreſ. cap. 37. & Ambroſius de regia, & claui ſcientiæ in comm. & vna ſimul Andræas Cæſaræ Cappad. Epiſc. Tichonius, Beda: ſed Hilarius potius de claui ſcientiæ, itemque Primaſius, Rupertus, Anſbertus, Anſelmus, Ricardus. Haymo vero, & D. Thom. ſeu alius auctor illorum fuerit commentariorũ de poteſtate Sacerdotali, & claui ſcientiæ, ſed non excluditur ab hiſce altera expoſitio, cum vna non tollat alteram: nam primo non tam voluiſſe videntur hi Patres ſignificari ea, quæ ad

Orig. Peri. lib. 4. c. 2. Hil. in præfat. in pſal. Ambroſ. Beda, Theophyl. in comm. in Lucam.

Digitized by Google

intelligẽtiam diuinarum Scripturarũ pertinent, quam omnia, quæ de humanitate Chriſti in diuinis literis habentur completa à Chriſto filio Dauid ſecundum carnem; quare Hilarius, *Clauem*, ait, *Dauid habet, qui ipſe per hæc vi quadam ſignacula, quæ de corporalitate eius, paſſione, & morte, & reſurrectione, & gloria, & regno, &c.* ſimilia Haymo, Ricardus, Primaſius, & alij. Secundo, quia plures ex citatis altero loco Ioannis explicant ex cap. 1. vbi eſt mentio de clauibus, & certum ibi eſt includi dignitatem regiã, & ipſi ita explicant, vt mox dicetur: itaque clauium nomine accipitur poteſtas regia, & certe cum poteſtas Dauid Regia fuerit, ſi poteſtatem Dauid Chriſtus accepit, & Regiam etiam accepit; cum vero Chriſtus per viſibiles miniſtros regat Eccleſiã, & reliquerit loco ſui ſupremũ Eccleſiæ totius caput Petrum, penes ipſum reliquit Thronum Dauidicum, velut dicebatur ſupra ex Patribus, & docet etiã non minus dignitate, quam doctrina, & vitæ integritate Illuſtriſſimus TOLETVS.

Hilar. loco citato.

Toletus in com. in Lucam.

Secundus locus habetur cap. 1. eiuſdem Apocal. vbi Chriſtus ita loquitur. *Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuus in ſecula ſeculorum, et habeo claues mortis, et inferni*, Andreas: *Quia mortis quoque, & inferni claues, hoc eſt abſolutam in animæ, & corporis mortem poteſtatem habeo*. ſic ille. & eodẽ modo explicant Arethas, Rupertus, & Anſbertus, qui expreſſe accepiſſe Eccleſiam, & Petrum has claues affirmat; & Beda docens honorem ſacerdotalem, & iudiciariam poteſtatẽ Eccleſiæ datã. & Cyprianus Martyr volens vniuerſalem quandam per hæc verba poteſtatẽ Chriſtum accepiſſe poſt reſurrectionem. & ita debere dici ratio demonſtrat; etenim antea dixerat Ioannes Chriſtum eſſe principẽ Regum terræ, & lauiſſe nos ſanguine ſuo, per quæ intellexit Regiam dignitatẽ verbis

Andr. in cō.

Areth. Rupert. Anſb. in commentarijs.

Cypr. de teſtimon ſcrip. ad Quirin.

Digitized by Google

bis illis: *Princeps Regum terræ*. ſacerdotalem vero dum ſubiungit: *Lauiſſe nos ſanguine ſuo*. in Ara ſcilicet Crucis, ita vt morte ſua acquiſiſſe omne dominiũ videatur ſignificare, veluti exponebat Cyprianus. quod ſi de æterna damnatione exponit Ambroſius, Haymo, Primaſius, Ricar. & Anſel. non negant hi non poſse etiam tẽporalium, ſeu corporis abſolutã poteſtatem intelligi.

Cypr. de teſtim. diui. Script.

Tertius locus habetur Eſa. 22. *In illa die*, ait Vates, *vocabo ſeruum meum Eliacim filium Elchiæ, induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manu eius, & erit quaſi pater habitantibus Hieruſalem, & domui Iuda: & dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat, & figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ domus eius*. Hæc Eſaias. Ex cuius verbis colligitur poteſtas Sacerdotalis, & Regia; ſacerdotalis verbis illis, tunica tua, Hebraice tunica Chetonet כתנת; hæc autem teſte Hieronymo, eſt veſtis ſacerdotalis. Regia vero aliis, *Dabo clauem Dauid*. Clauis enim Dauid, ſeu poteſtas, (idẽ enim eſt) regia fuit non ſacerdotalis. Dauid enim Rex fuit, nõ ſacerdos. videtur autem Vates more ſuo prædicere fore, vt Chriſtus ex familia, ſeu tribu Dauid reſtauret ſolium regium Dauid, quod captiuitate Babylonica erat proſtratum, ita prædicit cap. 9. & cap. 16. Confirmatur hoc primo ex Chaldaica paraphraſi, quæ ita vertit: *Dabo clauem domus ſanctuarij, & dominium domus Dauid in manu eius*. per *clauem domus ſanctuarij*, poteſtas ſacerdotalis, *per dominium domus Dauid*, regia. accipi enim hic apparet domum Dauid pro familia Dauid, ita vt prædicatur Chriſtus futurus ex Dauide ſecundum carnẽ. & in hoc ſenſu frequentiſſime domus pro familia accipitur in diuinis litteris. Secũdo confirmatur ex Septuaginta Interpretum trãslatione.

Hierony. in epiſt. ad Fabiol.

Digitized by Google

Vade, aiunt Septuaginta, *ad Paſtophorium ad Sobnam* Erat paſtophorium locus in templo, in quo (auctore Hieronymo, Cyrillo, & aliis) præpoſitus templi habitabat; quare cum vaticinatur Eſaias futurum, vt poteſtas Sobnæ detur Eliacim, iam prædicitur ſacerdotium dandum Eliacim, & infra: *Claudet*, aiunt Septuaginta, *& non erit aperiens, & dabo gloriam Dauid ei, & imperabit.* quid ſibi volunt Septuaginta addentes ad maiorem explicationē, *Dabo gloriam Dauid*, niſi regnum ipſius? ſic itaque Patres exponunt, Procopius, qui quaſi in vnum librum Patrum expoſitiones collegit: *Chriſto Regi, & Pontifici non fuit contradicens; non enim profecit inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei, & ſi Iſrael illi contradixit obediuere gentes, vnde ipſe ait: Libera me de contradictionibus populi, & conſtitues me in caput gentium*, En vt dicat futurum, *caput*, Procopius, in quo reuera ſit regia, & ſacerdotalis dignitas: non ergo per vnam ſimplicem ſpiritualem poteſtatem eſt monarcha Chriſtus. Simili modo Cyril. qui cum dixiſſet, Chriſtum futurum Pontificem, iuxta ordinem Melchiſedech: *Cum eſſet*, ait, *homo factus, vocatus eſt etiam noſter Pontifex, & Dauid gloriam accipere dictus eſt, id eſt, potentiam et regnū in Iſrael.* & poſt pauca: *Exhibito igitur omnium noſtrum domino* (En poteſtas Regia.) *& Pontifice Chriſto*, & cetera, aſſerens futurum caput Chriſtum in Gentibus eodem modo, quo Procopius. Theodoretus, *Simul*, ait, *his verbis Pontificia dignitas, & regalis datur Chriſto.* Sic ille, quem citat, & ſequitur Leo Caſtrenſis in eruditis commentarijs in Eſaiam. Hieronymus autem potius poteſtatem quandam vniuerſalem videtur exponere acquiſitā meritis mortis; at apparet nō diſſentire a ceteris Patribus. Concludendum itaq; eſt, cum Chriſtus numero plurali dixerit: *Claues*, non clauem *Regni cælorum*, non cæli acce-

Hier. & Cyrill. in com.

Procop. in com.

Cyrillus in comment.

Scripſiſſe Theodoret. commen. in Eſaiam ipſe de ſe teſtatur c. 22. in Hierem.

accepiſſe reuera Petrũ clauem regni,& ſacerdotij,cum vbique in diuinis litteris nomine Clauium accipiatur regia, & ſacerdotalis dignitas; quare Petrus erit pater vniuerſalis in Eccleſia,& refugium omnium iniuſte op preſſorum,& veluti paxillus in loco fideli,id eſt in loco ſtabili, vt vertit Vatablus,vt admoueri nequeat. dictũ eſt enim:*Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*. & non ſit, qui contradicat, ob ſupremam poteſtatem in omnibus. Confirmatur hæc expoſitio.

Primo, ex verbis generalibus, quæ ſequũtur,quæ ad omnia ſe extendũt,*Quodcũque*,ait Chriſtus, *ligaueris*, &c. Secundo, quia ſic exponit Cyrillus locum hunc Eſaiæ de ſacerdotibus,ita in Epiſtola ad Maximianum cum eiecto Neſtorio ipſe Maximianus ſubſtitutus eſt in locum Neſtorij;extat epiſtola hæc in Concilio Epheſino inſerta.Tertio confirmatur:Etenim Clauem Dauid datam Pontifici communis conſenſus fidelium atteſtatur:nam ſoliti erant Pontifices, clauibus, ſeu claui pendenti ex humero exprimi, quod ſequẽs numiſma oſtendit cum inſcriptione tamquam omnium domino Leoni Papæ.

Accepimus ab Illuſtr. Card.Baro. Annal. to. 6.an. Chriſti 461.



Viden vt clauis Dauid pendeat ex humero S.Petri. ſi ergo claui Dauid ſignificatur Regia etiam poteſtas, cur

Digitized by Google

cur & illa non eſt data à Chriſto? mirum enim cum hic Eccleſia ſignificetur nomine Regni cælorũ, vt dictum eſt ex Auguſt. Hugone, S. Thoma, & numero multitudinis Chriſtus dederit claues, quomodo non dederit regni etiam in Eccleſia, cum Eccleſia regno conſtet, & ſacerdotio: mirum, quomodo concedant iſti accepiſſe Petrum claues ſacerdotij, & ſcientiæ, & negent regni, cum abſolute Chriſtus Rex, & Sacerdos generali loquutione dederit claues, quibus ſe extenderet ad omnia, ſubiungens: *Quæcunque ligaueris*, &c. ergo ſicuti miniſtram poteſtatem Petrus accepit ſupremam ſacrorum, ita vt ſit ſummus Sacerdos, ita & regni, vt ſit reuera ſupremus Rex, ſeu ſupremus Monarcha loco Chriſti in tota Eccleſia conſtante regno, & ſacerdotio. Sed ad alia, quæ ſuperſunt verba: *Et quodcunque ligaueris ſuper terram*, &c.

10 Licet ſingulari numero dicatur: *Quodcumque*: perinde eſt ac ſi diceretur, quæcumque; quare quæcũq; legũt ex Græcis Orig. Cyrillus, ex Latinis Cyprianus, Auguſt. & ſummis Põtificibus Iulius primus, Adrianus primus: porro maxima generalia ſunt verba hæc, & ad omnia ſe extendentia. ergo cum dicatur, *Quodcumque ligaueris ſuper terram*, & regna, & res terrenæ eorum ſint, quæ ſunt in terris, comprehendentur poteſtate ligandi, & ſub regno Petri erunt. oſtenſum eſt enim præcedentibus verbis, clauium nomine regnũ etiam comprehendi, quare omnium accepit Petrus poteſtatem.

Orig. homi. 6. in Matt. Cyrill. Cathe 18. Cypr. ep. 27. & 75. Aug. tract. in Ioan. Ennod. in lib. pro defen. Synodi Roma. ſub Symma. Iulius Euſeb. Thig. Adrian. ep. ad Taraſ. Patriar. Cõſtant.

11 Cõcedamus oppoſitæ ſentẽtiæ auctoribus clauiũ nomine ſpiritualiũ ſolũ accipi poteſtatẽ: at ſi hiſce clauibus dicitur poſſe ligari omnia, quæ in terris ſunt, & regna accepta directe, vel indirecte earum rerum ſunt, quæ in terris ſunt, ſubijcientur clauibus Petri, etiam vi compulſiua in foro exteriore, cũ in illo data ſit etiã facultas ligandi poteſtate.

Tan-

12 Tandem vſque ad eum terminum ſe extendet Petri poteſtas ad temporalia, & finem poteſtatis tẽporalis, quatenus tẽporalia ordinata ſint ad Eccleſiã: ergo cũ omni ex parte ordinata ſint ad illam, iã ſubiicientur Eccleſiæ omni ex parte. Antecedens patet ex ratione 12. allata lib. 1. & ratione 2. vbi diximus, eiuſdẽ facultatis eſſe finem, & ea, quæ ordinata ſunt ad eum finem. & præterea ex Chryſoſt. qui omnia docet propter Eccleſiam facta, *Propter Eccleſiam*, ait, *extentum cælum, diffuſum mare, extentus aer, terra fundata eſt, &c.* Clemens Alexandrinus: *Ad vniuerſi ſalutem à Deo, qui eſt vniuerſorum Dominus, omnia ſunt ordinata, & vniuerſim, & ſingillatim.* Iſidorus Peluſiota: *Ex ſacerdotio, & regno rerum adminiſtratio conflata eſt: quamuis enim permagna vtriuſque differentia ſit: illud enim velut anima, & hoc velut corpus; ad vnum tamen, & eundem finem, hoc eſt ad ſalutem humanam.* certe a cæli latione, & lumine omnia reguntur (teſte Philoſopho) inferiora. probat vero S. Thomas pluribus certum numerum electorum eſſe finem motus cæli, omnia itaque propter electos, & hiſce oſtenſum ſit abſolute Petrum accepiſſe poteſtatem regni: & præterea alio capite ex totali ordine rerum temporalium ad ſpiritualia ſupremam ipſi conuenire Monarchiam.

Chryſoſt. to. 2. in ſer. de Pentecoſt.
Clem. lib. 7. ſtrom.
Iſid. lib. 3. epiſt. 49. ad Iſidorum.
D. Thom. in q. diſp. de poten. Dei q. 5. ar. 5.

SVMMORVM PONTIFICVM, ET Conciliorum Auctoritatibus eadem Monarchia comprobatur. Cap. XVI.

RELIGIO nobis eſt quidquam ſine maiorum noſtrorum auctoritate aſſerere, quare licet in reliquis partibus ſimus auctoritatibus monarchiam probaturi, tamẽ cum permultæ illæ ſint aliquorum verba attulimus poſt ſacrarum litterarum explicationem,

Digitized by Google

nem, reliquas tantum citantes. & primo rē oſtendamus
Greg. lib. 3. regiſt. ep. 41
ex ſummis Pontificibus. GREGORIVS Magnus, cum citaſſet verba hæc, quibus Petro promiſſus eſt à Chriſto principatus Apoſtolicus, ſcribens ad Magnificum Africæ, ait: *Hi autem, qui dubitationis veſtræ participes ſunt, ſi ad me venire voluerint, nullam in me quaſi ex poteſtate prodeuntem violentiam pertimeſcant: nam nos licet in omnibus cauſis; in ijs tamen præcipue, quæ Dei ſunt, ratione magis ſtringere homines, quam poteſtate feſtinamus*: Nulla Gregorij foret diſtinctio verbis illis: *In ijs tamen præcipue, quæ Dei ſunt*; niſi habuiſſet etiā in temporalibus cauſis poteſtatem. ergo in reliquis dicens ſe habere, in tēporalibus intellexit: ſubdit autem, *Se magis velle aſtringere ratione, quam poteſtate.* S. Petrum in hac re imitatus, qui (eodē teſte Gregorio) querelæ fideliū (cū ex Dei præcepto ingreſſus eſſet ad Cornelium, eumque ad fidem adduxiſſet) non tam ex poteſtate ſibi à Deo data, quam ex ratione voluit reſpondere. itaque iure diuino erit per principatum Apoſtolicum data poteſtas in ſecularibus cauſis: nam (vti dictum eſt) Gregorius cum citaſſet verba Chriſti, ſtatim ex illis deducit, ſe in reliquis cauſis habere poteſtatē.

Greg. lib. 1. ep. 24. lib. 9. epiſt. 39. ad Theotiſ patrit.

Greg. lib. 8. epiſt. 21.
GREGORIVS Septimus: *Quæcunque ligaueris &c. Nunquid ſunt hic Reges excepti, aut non ſunt de ouibus, quas filius Dei B. Petro commiſit? quis rogo in hac vniuerſali conceſſione ligandi, atque ſoluendi à poteſtate Petri ſe excluſum eſſe exiſtimat, niſi forte infelix ille, qui iugum Domini portare nolens diaboli ſe ſubijcit oneri, & in numero ouium Chriſti eſſe recuſat, cui tamen ad miſeram libertatem minime proficit, quod poteſtatem Petri diuinitus ſibi cōceſſam a ſuprema ceruice excutit, quoniam quanto eam puiſque per elationē ferre abnegat, tanto durius ad damnationem ſuam portat*. & poſt pauca; *Habet Eccleſia Romana poteſtatem ſingulari priuile-*

gio conceſſam aperire, & claudere ianuas regni cæleſtis, cui ergo aperiendi claudendique cæli data poteſtas eſt, de terra iudicare non licet? abſit, non retinetis, quod ait beatiſsimus Paulus: Neſcitis, quia Angelos iudicabimus? quanto magis ſæcularia? hæc Gregorius. quo probet ſe potuiſſe excommunicare, & deponere Henricum Imperatorẽ. Sentiunt vna cum relatis plures alij ſummi Pontifices NICOLAVS II. in epiſtola ad Mediolanenſes per Petrum Damianum Card. miſſa, qui affirmat, *Cæleſtis, & terreni regni iura commiſſa*. eadem paulo ante docuit S. Leo Nonus, cuius verba retulimus lib. 5. cap. 2. qui *Diuinitus datum*, dicit, *terreſtre, & cæleſte regnum, vt ſit in Eccleſia regale ſacerdotium*. quamuis ſpeciali ratione regnum cæleſte, vt appareat diſtinctim velle intelligere accepiſſe regnum terreſtre, & abſolute; non conſecutiue, & per accidens ad vnam, & ſimplicẽ ſpiritualem poteſtatem. ex his deſumpſiſſe conſtat IOANNEM XXII. in extrauag. Ne ſede vac. imperij aliquid innouetur. & INNOC. III. idẽ ſentit, qui vult eſſe veluti in capite regiam dignitatẽ in ſacerdote Nouæ legis, ſeu Pontifice, ſecundum ordinem Melchiſedech, qui fuit Rex, & Sacerdos. ſed longe ante hos in omnibus cauſis vniuerſalem poteſtatem Petro per allata verba promiſſam docent LEO Magnus homilia de Transfi. ALEXANDER Primus in epiſt. ad omnes orthodoxos. ANACLETVS, CLEMENS Romanus. Pergamus ad Concilia. CONCILIVM Romanũ quintum ſub Symmacho, ſeu Ennodius, cuius liber pro defenſione ſedis Apoſtolicæ ibi inſertus eſt, & auctoritate Concilij, & S. Symmachi comprobatus, cum dixiſſet queſtiones Sedis Apoſtolicę ſolum Dei arbitrio eſſe reſeruatas, & præ cæteris ſuo reſeruaſſe cauſas illius Deũ ſibi iudicandas: *Dices forſitan*, ait Concilium, *omnium animarum talis erit in illa diſceptatione conditio; replicabo*

Innocen. in com. in pſa. Miſerere.

Anacl. in epiſt. ad omnes orthod. Clemens citatus lib. 2. cap. 2.

Concilia.

confeſſione B. *Petrum Principem Apoſtolorum cæli*, *& terræ remunerauit poteſtate dicens*: *Tu es Petrus*, *& ſuper hanc petram*, &c. clara hæc mihi videntur, *Cæli & terræ remunerauit poteſtate*. Dices voluiſſe Concilium alludere ad id quod ſequitur, *quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis.* Poteſtatem nimirum ligandi, & ſoluendi, vt reſpexerit ad ea verba, *in cælis*, *& in terris.* Sit ita ſane, ſed quid tandem? iam oſtenſum eſt poteſtate ligandi, & ſoluendi includi etiam rerum terreſtrium poteſtatem. deinde aliquid diſtinctum voluerunt Epiſcopi à rebus cæleſtibus per illud verbum, *terræ*, ſignificare, cum res cæleſtes per verbum, *cæli*, ſignificaſſent: at quidnã illud erit, niſi quod nomen ipſum, *terræ*, ſignificat? omnes autem audito hoc nomine, *terræ*, terreſtria, veluti diſtincta à cæleſtibus concipiunt; ſicuti audito, *cæli*, nomine cæleſtia veluti diſtincta à terreſtribus concipiunt; velle itaque aliter dicere, eſt vim inferre communi expoſitioni, & ſignificationi, quam omnes intelligunt nomine *cæli*, *& terræ*. ſi ergo terræ, prout eſt diſtincta à cælo accepit poteſtatem, non per accidens ad ſpiritualem, & conſecutiue, ſed abſolute accepit. Tertio probatur, quia id veriſimile eſt, voluiſſe hos Epiſcopos, cum paulo ante ſedes Apoſtolica auctoritate S. Petri, vt ex hiſtoricis retulimus lib. 1. propter inertiã depoſuerit Hildericũ, & Pipinũ Caroli Magni patrẽ Regem Francorũ creaſſet, qui non erat ex proſapia Hilderici. Quarto probatur: quia antea Epiſcopi, cũ citaſſent ea verba Pſal. 44. *Vnxit te Deus Deus tuus*, docuerant Chriſtum Regem fuiſſe: *Alij*, aiunt, *Reges, qui typum illius prætulerunt, & regendo conſortes dicti ſunt, oleo corruptibili ſunt inucti, hic vero filius Dei à Deo patre oleo exultationis, hoc eſt*, *Reſurrectionis*, *Aſcenſionis*, *dominationiſque* (en Regia poteſtas) *eſt delibutus*, *quia Chriſtus natura vnctus, nos per gratiam, quia in illo pleniter fuit diuinitas*. Vide,

quomodò à diuinitate regiã dominationem Chriſtum habere dicat Synodus: ergo cum paulo poſt dicat: *Cæli, & terræ remunerauit poteſtate*: regiam etiam veluti diſtinctam à ſacerdotali poteſtatẽ intelligit, & propterea abſolutam, non per accidẽs ſolummodo. hæc in Synodali epiſtola Epiſcopi Germaniæ, Galliæ, & Aquitanię ad Præſules Hiſpaniæ. eadẽ ſuprema in omnibus poteſtas promiſſione principatus Apoſtolici, Petro collata habetur ex Concil. Pariſien. ſub Ludouico Imp. lib. 3. c. 8. Aquiſgranen. par. 2. c. 5. verba afferemus lib. 8.

OSTENDITVR IDEM VOLVISSE Patres, Theologos, & Canoniſtas.
Cap. XVII.

Primaſius. PRIMASIVS Epiſcopus Vticenſis in Africa in commen. in Apoc. in ea verba: *Dignus eſt Agnus eſt accipere poteſtatẽ, & diuitias*, &c. *Licet iſta*, ait, *iure capiti noſtro competant Chriſto, poſſũt tamẽ et de eius Eccleſia non inconuenienter intelligi, ita dumtaxat, vt quædam ſoli competant capiti, quædam etiã corpori; dignus eſt agnus, qui occiſus eſt accipere diuitias, etc. ipſe enim eſt theſaurus bonorũ omnium, & ſapientia Dei: ipſam namq; fecit cunctis Gentibus dominari, dicẽs: Mihi alienigenæ ſubditi ſunt. & : Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. & : Tibi dabo claues regni cælorum. & tranſit in caput dicens: Et omnem creaturam, quæ eſt in cælo, & in terra, & ſub terra, & in mari, & quæcumque ſunt in eis. nec hoc dubium ſit,* (nota hæc) *accepiſſe Eccleſiam, ac petere, cum qua reſurrexit, ſi durum eſt habere membra, quod habet caput; nec illud iniuſtum poteſt videri, quod dicit Eccleſiam dignam ſe omni creatura, quia etſi vnumquodque membrum religioſa humilitate his ſe indignum iudicat, totum tamen corpus particeps eſſe dicamus capitis ſui, de quo legimus, Omnia nobis cũ illo donauit.* Hæc ille. Ergo Petrus Vicarium caput totius Eccleſiæ particeps erit iſtius poteſtatis circa omnẽ creaturam, & omnia temporalia, quæ cadunt in humanũ vſum, & pro-

propterea de iure, & poteſtate etiam infideles Eccleſiæ capiti ſubiacebunt. & lib. 3. cap. 12. in ea verba: *Audiui vocem, &c. Euidenter oſtenditur, in quo nos cælo intelligere iſta conueniat; in Eccleſia namq; factã nouimus uictoria Chriſti ſalutẽ, per quã cognitam accepit etiã poteſtatẽ ligãdi ſoluta, & ſoluendi ligata, cũ in vno Petro generali ſignificatione omnes audiuit: Quæ ligaueris ſuper terram, ligata erunt & in cælis, & quæ ſolueris, ſoluta. De hac Dominus dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, et in terra: non quã ſemper ipſe habuit, ſed quã in Eccleſia ex tempore, quo ipſe voluit tamquã caput in membris habere cæpit.* An non igitur ligãdi poteſtate comprehendũtur omnes? non poſſunt itaq; ſi loquamur de iure infideles excludi, de facto tamen non ſunt membra Eccleſiæ, cum careant fide, ideo nec pœnis ſpiritualibus puniuntur: *Quid enim mihi de ijs, qui foris ſunt iudicare?* ſed pœnis temporalibus vt dicebatur cap. 2. lib. 1. ex Alenſi, D. Thoma, & cæteris.

BEDA in Apocal. in cap. 11. in ea verba: *Habet poteſtatem claudere cælum. Data eſt Eccleſiæ in Chriſto omnis poteſtas in Cælo, & in terra, clauibus ei ligandi, atque ſoluendi dimiſſis; ſed & ſpiritualiter cælum clauditur, ne imbrem pluat, ne ſuper terram ſterilem de Eccleſia benedictio deſcendat.* Conſtat verbis illis: *Data eſt mihi omnis poteſtas* &c. omnes res temporales comprehendi, vt dixi lib. de dominio Chriſti, & ex parte lib. 1. cap. 23. & lib. 3. c. 14. Conſtat ergo, ſi data eſt talis poteſtas facultate ligãdi, etiam in temporalibus poteſtate abſoluta, non per accidens & conſecutiue. Eadem ANSBERTVS in cap. 1. in Apocal. vbi citatis verbis, quibus a Chriſto promittitur principatus Apoſtolicus: *Hanc*, ait, *poteſtatem ipſum membrorum caput in membris accepit in tempore, cuius poteſtas cum Patre manet ſine tempore. ait enim: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra; tamquam diceret: Homo factus in hominibus à Patre accepi, quod ipſe cum Patre mihi, & membris meis dedi. quod vtrumque Pſalmiſta, & Apoſtolus docent, cum vnus horum dicit: Accepit*

Beda. Anſbertus.

propterea de iure, & poteſtate etiam infideles Eccleſiæ capiti ſubiacebunt. & lib. 3. cap. 12. in ea verba: *Audiui vocem, &c. Euidenter oſtenditur, in quo nos cælo intelligere iſta conueniat; in Eccleſia namq; factã nouimus uictoria Chriſti ſalutẽ, per quã cognitam accepit etiã poteſtatẽ ligãdi ſoluta, & ſoluendi ligata, cũ in vno Petro generali ſignificatione omnes audiuit: Quæ ligaueris ſuper terram, ligata erunt & in cælis, & quæ ſolueris, ſoluta. De hac Dominus dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, et in terra: non quã ſemper ipſe habuit, ſed quã in Eccleſia ex tempore, quo ipſe voluit tamquã caput in membris habere cæpit.* An non igitur ligãdi poteſtate comprehendũtur omnes? non poſſunt itaq; ſi loquamur de iure infideles excludi, de facto tamen non ſunt membra Eccleſiæ, cum careant fide, ideo nec pœnis ſpiritualibus puniuntur: *Quid enim mihi de ijs, qui foris ſunt iudicare?* ſed pœnis temporalibus vt dicebatur cap. 2. lib. 1. ex Alenſi, D. Thoma, & cæteris.

BEDA in Apocal. in cap. 11. in ea verba: *Habet poteſtatem claudere cælum. Data eſt Eccleſiæ in Chriſto omnis poteſtas in Cælo, & in terra, clauibus ei ligandi, atque ſoluendi dimiſſis; ſed & ſpiritualiter cælum clauditur, ne imbrem pluat, ne ſuper terram ſterilem de Eccleſia benedictio deſcendat.* Conſtat verbis illis: *Data eſt mihi omnis poteſtas* &c. omnes res temporales comprehendi, vt dixi lib. de dominio Chriſti, & ex parte lib. 1. cap. 23. & lib. 3. c. 14. Conſtat ergo, ſi data eſt talis poteſtas facultate ligãdi, etiam in temporalibus poteſtate abſoluta, non per accidens & conſecutiue. Eadem ANSBERTVS in cap. 1. in Apocal. vbi citatis verbis, quibus a Chriſto promittitur principatus Apoſtolicus: *Hanc*, ait, *poteſtatem ipſum membrorum caput in membris accepit in tempore, cuius poteſtas cum Patre manet ſine tempore. ait enim: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra; tamquam diceret: Homo factus in hominibus à Patre accepi, quod ipſe cum Patre mihi, & membris meis dedi. quod vtrumque Pſalmiſta, & Apoſtolus docent, cum vnus horum dicit: Accepit*

Beda.

Anſbertus.

cepit dona in hominibus. alter vero ait: Dedit dona hominibus. hæc cum iſte dicat, nonne abſolutam etiam terreſtrium facultatem intelligit? Sic etiam EPHREM SYRVS Sanctiſſimus Monachus: *Cæleſtium, & terreſtrium datam poteſtatem* exponit. ARETHAS tributam clauem, & thronum Dauid, vt ſpirituali, & carnali Iſraeli dominetur; & generalem quandam accepiſſe Petrũ poteſtatẽ in rebus omnibus ceteri Græci, & Latini Patres affirmant, ENNODIVS, MAXIMVS Taurinenſis, PACIANVS Epiſcopus Barcinonenſis, HILARIVS, PETRVS Damianus, HAYMO, RVPERTVS, HVGO Victorinus, PETRVS Bleſenſis. Ex Græcis CYRILLVS Hieroſolymitanus, CHRYSOSTOMVS, NISSENVS, ANTIOCHVS in laura Monachus. Loca, & verba horum Patrum adduximus in eorum teſtimonijs parte 2.

Ex Theologis, datam in omnibus temporalibus poteſtatem allatis verbis affirmãt S. THOMAS opuſ. 20. lib. 3. c. 10. EGIDIVS de poteſt. Eccleſiaſt. par. 1. c. 4. MAYRO in quodl. q. 11. IOANNES Bacconit. q. 11. in prolog. 4. Sent. HENRICVS quodl. 6. q. 23. & alij.

Ex Canoniſtis INNOCENTIVS de foro competenti cap. licet. & ibidem PANORMITANVS, HOSTIENSIS cap. Per venerabilem, qui filij legitimi, ARCHID. 11. q. 1. c. relatum. TVRRECREMATA diſt. 96. c. cum ad verum. & hos apparet ſenſiſſe eſſe penes Pontificem rerum temporalium poteſtatem habitu, & exercendam per Eccleſiam in quibuſdam caſibus, vel ad nutum eius per laicos; & propterea non ſolum per accidens in Pontifice eſſe talem poteſtatem, ſed ſecundum ſe, quod & nos dicimus, & patet ex prima, ſecunda, & tertia, & nona ratione, ex Pontificibus, Concilijs, & Patribus, ac Theologis.

NON-

NONNVLLIS RESPONDETVR *obiectionibus.* *Cap. XVIII.*

SOLVENDAE reſtant aliquot obiectiones. Ioannes Pariſienſis in tractatu de poteſtate Regia, & Papali reſpondet ad hunc locum, dicens, tantum intelligi de poteſtate ſpirituali in foro interiore claue non errante, & ſententia iuſta. & citat Chryſoſtomum, Hieronymum, Rabanum, qui de foro,& hac poteſtate ligandi exponunt. Sed nos concedimus non poſſe negari poteſtatem ligandi in foro interiori, ſed etiam dicimus externam circa peccata contineri, vt pęna excommunicationis hiſce verbis habeatur, & hoc non poſſe negari; & (vt omittamus Patres, Auguſtinũ,& ceteros,qui adduci poſſent) ſatis confutari poteſt Ioannes contineri abſolute allatis verbis iuriſdictionem temporalem in exteriori foro coactiuam; etenim prima, ſecunda, tertia, quarta, & nona ratio præ ceteris hoc probant: illis enim probatum eſt, regnum tributum prout eſt diſtinctum à ſacerdotio; Certum eſt autem regno contineri vim abſolutam coactiuam in foro exteriore circa temporalia. Secundo oſtendunt ceteræ rationes,quibus probatum eſt vel omni ex parte ſubiecta eſſe temporalia,vel commiſſa eſſe tanquam acceſſoria, & eminentiori modo, quam fuerit in Synagoga, in qua certum eſt quoad vim, & imperium etiam coercendi iuditium fuiſſe ſupremum rerum temporalium,eamq; abſolute fuiſſe, nõ conſecutiue,vt late oſtendimus lib 5 c.2.& 13.& propterea talem etiã eſſe in Eccleſia poteſtatem. Tertio probatur ex Põtificibus adductis,nam Greg.I.& VII. loquuntur de temporalibus in foro exteriore: ſic Ioan.XXII. ſtatuens, Ne ſede

Obiect. Ioã. Pariſien.

Reſp. ad obiect.

vacan-

Eſaia acciderunt, vt non id diſcutiamus in præſentia; ſit regula conſueta ſcripturæ, vt ex parte aliqua reuera, & per hiſtoriam acciderint; quæ tamen cum ex parte tantum euenerint, omni ex parte completa ſunt in Chriſto: quare Patres locum Eſaiæ ad Chriſtum referunt communi conſenſu, veluti Cyrillus, Hieronymus, Theodoretus, Procopius, & alij. imò D. Ioannes in Apocalypſi, reſpexit enim ſine dubio ad hunc locum Eſaiæ, cum Chriſtum clauem Dauid habere dixit. *Cyrill. & cæteri in Comment.*

Quod verò obijciebatur intelligi al latus locus de ſola dignitate ſacerdotali excluſa regia, non bene dicitur, cũ intelligatur de regia quoq; dignitate iuxta ſacerdotiũ Chriſti ſecundum ordinem Melchiſedech, qui fuit Rex & Sacerdos; nec ibi domus Dauid accipi videtur pro templo, ſed potius pro familia, vt apud eundem Eſaiã alibi conſtat; ita cap. 7. *Nunciauerunt domui Dauid*, & ibidem paulo infra: *Audite ergo domus Dauid*, & Hierem. 21. *Domus Dauid, hęc dicit Dominus.* ſic alibi ſæpè; tum quia templum non tam Dauid, quàm Salomonis domus dici poteſt, cum Salomon ædificarit, & magnificentiſſimè templum exornarit. Accedit quod cum certum ſit hunc locum intelligi revera de Chriſto, iam apparet, includi dignitatem regiam; etenim alibi quoque vbi de huiuſmodi, vel reprobatione Synagogæ, vel erectione Eccleſiæ per Chriſtum agitur, vtraque dignitas coniungitur, plura loca ſupra attulimus cap. 2. ſed præterea hoc videre eſt Ezechielis cap. 21. vbi hæc leguntur: *Tu autem prophane impie* Dux *Iſrael*, *cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita, hæc dicit* Dominus Deus, *aufer cidarim, tolle coronam*, & poſt pauca. *Non fiet, donec veniat cuius eſt iuditium, & tradam ei:* hic etenim prædicitur fore vt excidãt, & deponantur Iudæi à regno; & ſacerdotio, & Chriſtus veniat Rex, & Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech; vt alias ex

Patribus oſtendam. Zachariæ 10. *Super Paſtores iratus eſt furor meus, & ſuper hircos viſitabo, quia viſitauit Dominus exercituum gregem tuum domum Iuda, & poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello, ex ipſo angulus, & ex ipſo paxillus.* hiſce enim verbis videtur ſignificari à Zacharia regnum expreſſum per angulum, & ſacerdotium ſimul per paxillum. ita exponunt Remigius, Rupertus, Beda, Caldeus Interpres, qui Regem Chriſtum vertit, à qua expoſitione non eſt alienus Hieronymus in Comment. in Zachariam.

Remigius. Beda, Rup. Caldeus interpres, Hieron. in com.

Epilog prædictorum & concluſio illorum.

Multa itaque, quæ diximus, paucis colligentes aſſerendum eſt, datam Petro regiam, & ſacerdotalem dignitatem; ſeu mauis dicere ſacerdotium Melchiſedech, quod cōſtat regia, & ſacerdotali dignitate; ſeu supremā in cunctis loco, & vice Chriſti in Eccleſia miniſtrā poteſtatem, hæc enim omnia ſenſu eadem ſunt: promiſſa autem fuere tribus vicibus, alijs tamen verbis idem ſignificantibus: Primò verbis illis: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*; Secundò alijs ſequentibus: *& tibi dabo claues regni Cælorum*; Tertiò, & vltimo his quæ modo explicauimus, *quodcunque ligaueris*. verbis autem illis, *& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, non eſt eadem iterata promiſſio, ſed quædam conditio promiſſionis expreſſa, nimirum perpetua ſucceſſio Sedis Pontificiæ, vt nunquam emoriatur, nunquam excidat ſedes Petri, ſed ędificetur in ſæculum ſæculi. ſic eidem Petro alias tribus vicibus dictum eſt: *Paſce oues meas*, tribus vicibus dictum, *macta, & manduca*, vt certa, & firma res redderetur, iuxta regulam diuinarum litterarum ſupra adnotatam. ita in communi ſermone quo reddamus aliquem certum, cum aliquid pollicemur, ſolemus eandē rē repetere, vt re vera nos facturos quod dicimus, demonſtremus, contra fore vt adimpleat aliquis, quæ pollicitus eſt, affirmare ſolemus, quia

ſæpè

Digitized by Google

ſępè ea ſit in eodem ſermonis contextu pollicitus.

Illud etiam hic adiungi poteſt, tribus quoque vicibus repetitas huiuſmodi à Chriſto promiſſiones, quo perfecta, & multiplex Petri poteſtas oſtenderetur, ternario enim numero perfectio quædam (veluti eſt apud Philoſophum) denotatur: quod etiam ex phraſi diuinarum litterarum apparet, in quibus multitudo quædam ternario numero ſingillatim exprimitur. Matth. 13. *Quem acceptum Mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus: tria,* inquit Chryſoſtomus, *pro multis hic poſuit,* ita Paulus, *Ter Dominum rogaui, vt diſcederet à me*, ideſt multis vicibus, Eccleſ. 4. *funiculus triplex difficile rumpitur*, ideſt multiplex, & fortis, & plura ſunt huiuſmodi in diuinis litteris. & hoc commune eſt, cum cæteris linguis Plato lib. 10. de Republica, de Poetis ſermonē habens: *Et opera eorum videntes non ſentiunt ea tertio gradu abeſſe*. ita Homerus ſermonem Nerei repetit Illiados libro octauo ad amplificationem illius per ſonæ. & Virgilius Aeneidos 6.

Obſeruatio cur ter Chriſtus pollicitus principatum Apoſtolicum.

1. cæli init.

Chryſoſ. in comm. 2. ad Chor. 12.

Idem *Ter ſocios pura circumtulit vnda.*
& 2. lib. *Ter conatus ibi collo dare brachia circum.*
Ter fruſtra comprehenſa manus effugit imago

Igitur trina repetitione denotatur perfecta, & multiplex Petri poteſtas, vt hinc apertè etiam colligatur, nō modo ſpiritualium, ſed temporalium datam eſſe à Chriſto ſupremam Petro poteſtatem.

F I N I S.

Digitized by Google

DE TEMPORALI ECCLESIAE MONARCHIA, ET IVRISDICTIONE

Liber Tertius.

IN QVO EX EODEM NOVO TESTAMENTO aliæ auctoritates afferuntur.

VNA CVM PRINCIPATV APOSTOLICO ſupremum regimen in omnibus à Chriſto Petro traditum oſtenditur.

Cap. I.

QVAE Chriſtus Petro pollicitus eſt apud Matth. c. 16. re præſtitit poſt reſurrectionem apud Ioannem cap. vltimo, vt plures Patres adnotarũt. Verba autem Chriſti hæc ſunt: *Cũ ergo prandiſſet, dicit Simoni Petro Ieſus, Simon Ioannis diligis me plus his? dicit ei, etiam Domine tu ſcis, quia amo te; dicit ei, paſce agnos meos; dicit ei iterum, Simon Ioannis*

nis

nis diligis me? ait illi, etiam Domine tu ſcis, quia amo te, dicit ei, paſce agnos meos; dicit ei tertiò, Simon Ioan. amas me, cõtriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, amas me? Domine, tu omnia ſcis, tu ſcis quia amo te; dicit ei, paſce oues meas. hæc apud Ioannem. Bene eſt, vt quando Ioannes grecè ſcripſit, græce illum loquentem audiamus, non parum enim ad rem noſtram facit Græca lectio; græcè itaque ſic Ioannes ὅτε οὖν ἠρίστησαν λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ ἰησοῦς Σίμων ἰωνᾶ ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; λέγει αὐτῷ ναί κύριε σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε λέγει αὐτῷ βόσκε τὰ ἀρνία μου λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον Σίμων ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με: λέγει αὐτῷ ναὶ κύριε σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον Σίμων ἰωνᾶ, φιλεῖς με, ἐλυπήθη ὁ Πέτρος ὅτι εἶπεν αὐτῷ τὸ τρίτον φιλεῖς με καὶ εἶπεν αὐτῷ, κύριε σὺ πάντα οἶδας· σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς βόσκε τὰ πρόβατά μου. ita græcè. conferri Petro allatis verbis ſupremam in ſpiritualibus, & in temporalibus poteſtatem apparet multis rationibus.

PRIMVM. Argument.

1. Conueniunt ſancti Patres loco ſui à Chriſto citatis verbis relictum eſſe Vicarium Petrum; qua itaque ratione cum Chriſtus fuerit ſupremus, vi etiam coactiua, omnium Princeps, & ſine vlla limitatione abſolutè dixerit Petro tribus vicibus, rege oues meas ſeu, loco mei tibi regimen trado, non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus vi coactiua non dedit curam, & poteſtatem ſupremam?

SECVND. Argument.

2. Inſpiciamus quæſo, quo ſenſu in ſacris litteris accipiantur ea verba ποίμαινε, & βόσκε, & apertè conſtabit datum regimen in omnibus ſupremum, quoad vim etiam coactiuam. Accipi verbum ποιμαίνω pro regimine tàm in ſpiritualibus, quàm temporalibus, conſtat ex Septuaginta Interpretum tranſlatione, & ex ipſo Ioanne, qui græcè ſcripſit Pſalmo ſecundo, vbi à

... vate ...

vate Dauid ſignificatur ſupremum Chriſti dominium verbis illis: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ: Reges eos in virga ferrea*, &c. verbum *Reges*, quo ſine dubio vis coactiua ſignificatur, Septuaginta tranſtulere ποιμανεῖς Pſalmo vigeſimoſecundo. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*. Pſalmo ſeptuageſimonono, *Qui regis Iſrael intende, qui deducis velut ouem Ioſeph*; quibus in locis ſine vlla dubitatione ſignificatur Dei dominium in omnibus, habetur verbum ποιμαίνω. Pſalmo ſeptuageſimoſeptimo, vbi fit ſermo de Dauide Rege: *Suſtulit eum de grege ouium, & de poſt fœtantes accepit eum paſcere Iacob ſeruum ſuum:* certum eſt autem Dauidem accepiſſe regimen etiam coactiuum. 2. Reg. 5. 1. Paralipomenon capite vndecimo: *Tu paſces populum meum*, idem verbum habetur: & pro ſupremo coactiuo dominio in omnibus accepit Ioannes capite ſecundo Apocalypſ. *Peperit*, inquit, *filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.* Capite duodecimo: *Ex ore eius procedebat gladius acutus, vt in ipſo percutiat gentes, & ipſe reget eos in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei Omnipotentis, & habet in veſtimento, & fæmore ſuo ſcriptum, Rex Regum, & Dominus Dominantium*. in his locis legitur verbum ποιμαίνω, & in vltimo exprimitur ſupremum Chriſti in omnibus tribus dominium ſecundum humanam naturam denotatam per veſtimentum, & femur, vt docent Gregorius, & cum eo Paterius, Ricardus de ſancto Victore, Primaſius, Haymo, Anſbertus, & alij plures. Michææ cap. 5. *Suſcitabimus ſuper eum ſeptem Paſtores, & octo Primates homines, & paſcent terram Aſſur in gladio, & terram Nembrot in lanceis*, & hic habetur iuxta

Greg. hom. 13. in Ezec. Pater in collect. locorũ D. Gregor. Ricard Primaſ. Aymo Anſbert in com. in hũc locum.

iuxta translationem Septuaginta, idem verbum ποιμαίνω, & ſignificatur ſine dubio verbo, paſco, poteſtas coactiua.

Imò apud ipſos ſcriptores Ethnicos reperies in hac ſignificatione, quod Sanctus Cyrillus Alexandrinus, libro ſecundo Commentariorum in Geneſim verba faciens de Abel paſtore ouium adnotauit: *Perinde enim*, ait Cyrillus, *atque homines reg. ret, rem ipſam ſumma cum ſapientia exercebat, ob quam etiam cauſam Præſules quoque gentium, Ciuitatum, Populorumque tam Scriptura ſacra, quàm gentiles ipſi Paſtores ſoliti ſunt appellare:* & inuenies non ſemel Regem Agamennonem apud Homerum, ποίμενα λαῶν, ideſt, paſtorem populorum vocatum. Quod dixi de verbo ποιμαίνω, idem conſtat de altero βόσκω, ita Ezechielis 34. vbi minatur Deus paſtoribus, qui paſcebant ſeu in temporalibus, ſeu in ſpiritualibus: Septuaginta Interp. nunc vſi ſunt verbo ποιμαίνω, nunc βόσκω.

Iam verò, quo rem propoſitam concludamus, verbū (paſco) generale eſt, & accipitur pro regimine coactiuo tàm in ſpiritualibus, quàm temporalibus; cum itaque Chriſtus Rex, & Sacerdos, abſolute & ſine limitatione per verba ποιμαίνω, & βόσκω regimen dederit ſuarum ouium, non debemus nos reſtringere ſolum ad ſpiritualia, & excludere temporalia, quoad vim regitiuam, & non coactiuam.

Accedunt ad hoc argumentum plures Patres, qui ita verbum, paſco, exponunt, vt paſcendas etiam in temporalibus oues Petro Chriſtum commiſiſſe affirment. ita CASSIODORVS in Epiſtola ad Ioannem Papam, aſſerens Romano Pontifici diuinitus

Caſſiod. lib. 2. Ethic. 11.

uinitus

uinitus Chriſtianæ plebis commiſſam cuſtodiam, vt paſcat in ſpiritualibus, & temporalibus, cum homo conſtet anima, & corpore; quaſi velit Caſſiodorus, totum hominem regendum Petro traditum, non partem illius tantum; propterea diuinitus datam curam animi, & corporis, ſeu in ſpiritualibus, & temporalibus. Gregorius etiam Papa, cum docuiſſet eſſe in Eccleſia iudiciariam poteſtatem rerum temporalium, licet Eccleſiaſtici debeant potius, inſtar Moyſis, alijs demandare rerum temporalium curam, quo melius Eccleſiæ Prælati ſpiritualibus vacent, aſſerit; pro loci, & temporis opportunitate externa, & temporalia à paſtoribus prouidenda eſſe, iuxta illud Petri: *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem. Paſcere autem oues* ait Alcuinus *eſt credentes in Chriſto, ne à fide deficiant, confortare; terrena ſubſidia, ſi neceſſe ſit, ſubditis prouidere, & exempla virtutum cum verbo prædicationis impendere; Aduerſarijs obſiſtere; ſubditos corrigere.* ſic ille, & Beatus Laurentius Iuſtinianus Venetiarum Patriarcha: *Paſtor,* inquit, *vt ſui mercedem non amittat laboris, Deum ex toto corde diligat; atque pro ipſius amore ouibus ſibi creditis ſolicitè miniſtrare non deſinat: paſcat illas verbo, paſcat exemplo, paſcat terrena ſubſtantia. ſic Dominus Ieſus* Petro *mandauit, dicens:* Petre *amas me, paſce oues meas: hæc profectò trina repetiuit interrogatione, vt ex trina confeſſione* Petri *ter ab eo factam aboleret negationis culpam. voluit præterea ipſe Dominus & magiſter ex huiuſmodi repetitione paſcendi, inſinuare paſtoribus, quatenus ouibus ſub regimine ſuo conſtitutis deberent corporibus morituris alimoniam temporalem; animabus ſemper victuris doctrinam ſpiritualem, atque eorum moribus exemplo ſuo bene viuendi diſciplinam præbere moralem: porro, qui talibus pabulis paſcit gregem Dominicum, bonus eſt paſtor, & charitatis dono repletus.* ita Venetiarum Patriarcha. Innoc. III. eodem modo exponit, B. Antonin. Archiep. Floren. B. Thom. & alij

Greg. 2. parte paſtoral. cap. 7.

2. Pet. c. 5.

Alcu: in cathena aurea apud D. Thom.

Iuſt. de inſtit. & regimine Præl.

Innoc. 3. ſer 1. dñ. 2. poſt paſcha.

Anton 1. p. hiſt. tit. 5. c. 4. § 1.

B. Thom. in opuſ. de perfect. ſpirit.

et alij. et ad hanc expoſitionem accedere videtur D. Ambroſius, qui ideo de dilectione factam interrogationem et reſponſionem à Petro ait, quo amor in Deum et mentis et corporis oſtenderetur. Et Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludouico Pio Imperatore c. 123.

Ambroſius. in fine com mẽ. in Luc.

Solerter Prælatis ſatagendum eſt, vt eos quibus præſunt, verbis, et exemplis ad benè viuendum informent? fixoque corde tenendum, ne eos quaſi proprios, ſed vt Domini ſui gregem tractare meminerint, iuxta illud, quod Petro dicitur, ſi diligis me, paſce oues meas, meas inquit, non tuas: & hoc ideo dicimus, quia ſunt nonnulli, qui oues Chriſti non amore Chriſti, ſed ſua, vel gloriæ, vel dominationis, vel quæſtus gratia paſcunt; ſed & hoc vigilanter perpendere debent, quod eodem paſtio gregis dominici non vniformi, ſed multimoda eſt ſolicitudine gerenda, ſcilicet quia & terrena ſubſidia diligenter illis præbere, & exempla virtutis ſimul cum verbo prædicationis debent ſolicite impendere; qua propter ſtudeat vnuſquiſque Prælatus, vt familiæ Chriſti annonam ſpiritualem, carnalemque fideliter ſubminiſtret, vt effici mereatur ille Euangelicus ſeruus, de quo dicit; fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram. hæc ibi.

Conc. Aqu.

Matt. 24.

Concilium Toletanum eodem fere modo, eius paulo poſt verba afferemus. Sicuti ergo, quo rationem concludamus, quia demandata Petro cura eſt in ſpiritualibus hiſce verbis: *Paſce oues meas:* accepit rerum ſpiritualium coactiuam poteſtatem, ita quia demandata cura eſt, quo paſcat etiam in temporalibus, coactiuam poteſtatem etiam rerum temporalium Petrus accepit: ideo conſtitutus dicitur à Concilio ſuper familiam, vt paſcat tritici menſura etiam in temporalibus. rectè enim Gregorius Magnus: *Non ſibi* ait *credat* nempe Epiſcopus, *ſolam lectionem, & orationem ſufficere, vt remotus ſtudeat ſedere; & de manu minime fructificare, ſed largam manum habeat, neceſſitatem patientibus concurrat, alienam inopiam ſuam credat, quia ſi hoc non habet, ſolum Epiſcopi nomen tenet.* ita Gregorius: et habetur 86. c. fratrem

Conc. Tol.

Greg. Mag.

iam

iam quod diximus ex verbo paſco, idem ſuo modo dici poteſt ex nomine Paſtoris.

3 Petrus illis verbis. *Paſce oues meas, paſce agnos meos,* à Chriſto ſummus Paſtor ſingulari priuilegio eſt conſtitutus, vt Arnobius, Cyprianus, Bernardus, Aponius, et cæteri Patres adnotarunt: paſtoris autem nomen etiam Regibus conuenit, qui poteſtate coactiua vtuntur, ita apud Eſaiam Cyrus paſtor vocatur, ita 5. Reg. c. 22. Achab denotatur, et apud Ezechielem paſtorum nomine vaticinatur Deus ruinam in Reges, et Sacerdotes, ſeu regni et Sacerdotij, vt inter cæteros adnotauit in eum locum, Hieronymus, et Theodoretus; et fore deinde, vt ſit in Eccleſia paſtor vnus; et Chriſtus futurum aſſerit, vt ſub vno paſtore, et vnico ouili ſint oues, et egrediantur, et ingrediantur, & paſcua inueniant: quod iuxta hebraicam phraſim idem eſt, ac ſi diceretur, in omnibus paſcentur: et in hoc ſenſu expoſuiſſe videtur Cyrillus, cum paſcendas ait oues per internos actus, vt inducantur ad diuinum cultum, et per externos, vt ſubleuetur proximorum inopia, à qua expoſitione non videntur illi alieni, qui interiora, & exteriora opera intelligunt. clarius Chryſoſtomus: *Vſu* inquit *euenit Apoſtolis, qui audacter ingreſſi ſunt, & egreſſi tanquam totius orbis effecti domini, & nullus eos eijcere valuit,* hæc in comment. Chryſ. ſi itaque prędicitur in Eccleſia Chriſtus ſummus Paſtor in omnibus; cum Petrus Vicarius loco Chriſti ſine limitatione ſit relictus Paſtor; ſupremum poteſtate etiam coactiua regimen accepiſſe in ſpiritualibus & temporalibus dicendus eſt.

TERTI. Argum.

Arnob. in comm. in pſ. 138.
Cypr. de vnit. Eccl.
Bern. lib. 2. de conſid.
Apon. in cõmen. in Cant.
Eſa. 1.
Ezec. 34.
Hieron. in commen.
Theod in Ezechielẽ in c. 34.
Ioan. c. 10.
Cyrill. in cõmen. in Ioã. in eum locũ Ioannis.
Chryſoſt. in cõ. hom. 59.

4 Expendimus verba ποιμαίνω, & βόσκω: Expendamus iam *Agnos meos, et oues meas*: quæ verba antequam expendamus, aduertendum eſt diuerſam in hiſce verbis eſſe lectionem, nam in Latina noſtra verſione, pri-

Quart. Argum.

Hieron. in Verſione D. Ioannis. Aug. tract. 123. in Ioã. Bern. lib. 1. de conſid. Baſil. regul 70. cap. 19. moral. Cyrill. Theoph. Euthym in comm. in Ioan.

mo, & ſecundo loco habetur: *Paſce agnos meos*, tertio vero loco: *Paſce oues meas*, & ita in multis manuſcriptis latinis Bibliis noſtræ Bibliothecæ legitur, & legunt Hieronymus, Auguſtinus, Bernardus, ex Græcis Baſilius Magnus; attamen permulta manuſcripta Græca primo loco ἀρνὶ habent, ſecundo vero, & tertio προβάτα, & ſic legunt, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius. accedere videtur ad hanc lectionem verſio Syriaca, nam ſecundo loco habet *oues*, tertio *ouiculas*: hebraica רחל, & רחלים Rachel, & Rachelim, ideſt, ouem & oues.

Putant aliqui legendum ſecundo loco non προβάτα, ſed προβάτια, quod nomen diminutiuum eſt; cum vero idem ſit ouicula, & agnus, ideo Latinus interpres vertit agnos. fauere videri poſſet Ambroſius, qui capite vltimo comment. in Lucam, ſecundo loco legit ouiculas, quomodo etiam legit Lucifer Carelitanus de non parcendo delinquentibus in Deum. verum ſaluo ſemper in omnibus meliori iudicio, potius putarim interpretem ſollicitum fuiſſe de ſenſu, quam de verbis; etenim ſi in græco codice habebatur προβάτια, & voluiſſet verbum verbo reddere, non vertiſſet interpres agnos; mutaretur enim ſexus, diminutiuum enim ab oue fæmina ouicula eſt, ſicuti diminutiuum agnellus ab agno mare; quare verti debuiſſet: paſce ouiculas, non, paſce agnos: deinde quia video interpretem Syriacum, & hebręum ſenſum ſpectaſſe, cum alter ſecundo loco vertat oues, tertio vero ouiculas, alter vero nempe hebræus ouem, & oues. Accedit quia, ſecundo, & tertio loco oues habent quatuor Manuſcripta græca noſtræ Bibliothecę, ex quibus duo ſunt antiquiſſima, & ita habent typis excuſſi græci libri, & Biblia Complutenſis. & citati Patres Cyrillus, Euthymius, Theophylactus, ita etiam vertit Pagninus. ſic etiam ſenſum magis ſpectaſſe, quam verba conſtat Ambroſium:

Cyrill. Euthym. Theophil. in Ioã.

nam

nam lib. 5. de fide ad Gratianum ipſo initio ita legit: *Petrus ipſius Domini ad paſcendum gregem electus iudicio, qui tertio meretur audire, paſce agniculos meos, paſce agnos meos, paſce ouiculas meas, itaque paſcendo*, &c. & loco ſupra citato in calce commentariorum in Lucam: *Illud quoque diligentius intuendum, cur cum dominus dixerit: Diligis me, ille reſponderit: Tu ſcis domine, quia amo te, in quo mihi videtur dilectio habere animi charitatem amor quemdam eſtum conceptum corporis ac mentis ardore, & Petrum opinor non ſolum animi, ſed etiam corporis circa Dei cultum ſignare fragrantiam, denique tertio Dominus non iam, diligis me, ſed amas me, interrogauit, & iam non agnos, vt primo quodam lacte paſcendos, nec ouiculas, vt ſecundo, ſed oues paſce iubetur perfectiores, vt perfectior gubernaret*, &c. Auguſtinus ſerm. 24. de ſanctis. *Dicebat dominus Ieſus* Petro *dicenti: Amo te, paſce agnos meos, paſce ouiculas meas*, & ſerm. 108. *Attendite fratres mei: Paſce inquit ouiculas meas, paſce agnos meos, paſce oues meas;* Maximus etiam Taurinenſis hom. in natali Apoſtolorum legit *oues & ouiculas.* Chryſoſtomus in commentarijs in epiſtol. ad Corint. *Si me amas*, inquit, *o Petre his plus, meas mihi oues paſce*: ſic ille; atqui in priore interrogatione cum Chriſtus dixit: diligis me plus his? dicit ei, paſce agnos meos. ſic etiam Apoſtoli, & Euangeliſtæ alia lingua citantes teſtimonia ex diuinis litteris, non ſemel ſenſum magis, quàm verba citant, quod adnotauit Epiphanius, Hieronymus, & alij. ita interpres Latinus, vt ſupra vidimus tranſtulit in priore ad Corint. cap. 6. frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles; in græcis exemplaribus ita legitur: ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων, ſi verbum verbo reddamus; ſic vertere debemus: frater cum fratre iudicatur, & hoc apud infideles: ita ad illa Chriſti verba: *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio*: Patres addunt ad eorũ explicationem, *Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa*, volentes exprimere non eſſe iram ex ſe peccatum, quoties ſuſcepta eſt ex

Chr. ep. ad Chor. primo hom. 32.

Epiph. hæreſi 73.

Hieron. ep. 101. ad Damaſ.

Matt. c. 5.

Iren. lib. 4. cap 27. Hilarius in comm. Cypr. de teſtim. ſcript. ad Quir. num. 8. Baſil. hom. contra iraſcentes. Chryſ. hom. 16. in Mat. Niſſ. ſer. de Beatit. in illam Beati mundo corde. Theod. lib. 9. de leg. Hieron. in commen. Auguſt. de conflictu vitiorum. c. 9. Cyrill. lib. 6. in Ioan. c. 12.

eſt ex cauſa aliqua rationali. ita Irenæus, Hilarius, Cyprianus, Baſilius, Chryſoſtomus, Nyſſenus, Theodoretus; cum tamen auferenda ea verba dicat Hieronymus, & ſine illis legat Auguſtinus, Cyrillus, & alij. Redeamus iam ad noſtra, quid eſt quod toties dicit Chriſtus: *Rege oues meas, rege agnos meos,* niſi quia nemine excepto, cuiuſuis conditionis homines, regendi Petro, eamque coercitiuam, niſi obtemperare vellent in ædificationem Eccleſiæ ſupremam demandauit curam, adeo vt ipſi Reges, & Imperatores eſſe debeant Chriſti oues, & conſequenter regendæ loco Chriſti à Petro, & eius ſucceſſoribus. Neque dicas in ſpiritualibus, non in temporalibus, eſſet enim dicere Reges eſſe & non eſſe Chriſti, & Petri oues; Reges enim per poteſtatem directe, quam habent in rebus temporalibus, ſunt Reges; ſi itaque non ſunt oues in temporalibus, iam Reges, vt reges non ſunt iure, & poteſtate Petri, aut Chriſti oues; at hoc pacto eſt velle alienare à Chriſti ouili, & eius meritis, ac ſeparare ab vnione huius ouilis, & corporis myſtici, cui iure reges debent eſſe coniuncti Deus enim Chriſti meritis (vt dicebamus lib. 2.) omni ex parte cuiuſcunque conditionis homines ordinauit per Eccleſiam ad vitam æternam.

Obiectio *Reiectio.*

QVINTVM *Argum.*

5 Cur Chriſtus appoſuit pronomen: Meum, & abſolute tribus vicibus repetit agnos meos, oues meas? eſto quidē, vt oues Chriſti honoris gratia paſcantur, ipſi enim debent paſci, & in temporalibus, & in ſpiritualibus: at certe ſunt Chriſti in ſpiritualibus & temporalibus oues, & agni; id nos integro libro probabimus, cum Chriſtum ſecundum humanam naturam ſupremum rerum omnium dominium habere oſtendemus; cur itaque cum ter dicat Chriſtus: rege agnos meos, vel oues meas, reuera non accepit Petrus rerum temporalium dominium? nam eſto quod omnes homines,

quoad

quoad actum ſeu in temporalibus, ſeu in ſpiritualibus oues non ſint Christi, & Petri, at poteſtate ſunt, & de iure; etenim non eſt quis actu membrum Eccleſiæ niſi per fidem, poteſtas tamen eſt penes Pontificem puniendi illos, qui ſe alienarunt à fide, & auferendi terras,& regiones, quas infideles occupauerunt,expulſis fidelibus, & iniuſte eas detinent; itemque niſi infideles recipere velint Euangelium ſufficienter promulgatum, aut ſi opprimerent fideles, aut niſi viuant iuxta lumen rationis; denique ait D. Thomas: *Poteſt iuſtè per ſententiam, & ordinationem Eccleſiæ auctoritatem Dei habentis, tale ius dominij, vel prælationis tolli, quia infideles merito ſuæ infidelitatis merentur poteſtatem amittere ſuper fideles.* ſic D. Thomas, de qua late in diſputatione de dominio Eccleſiæ ſuper infideles.

Obiectioni tacita reſpond.

D. Thomas 2.2. q. 10. ar. 10.

6 Plures Patres ita argumentantur: Christus non diſtinguens inter has; & illas oues, ſed ſine diſtinctione dicens, *paſce oues meas*, omnium ouium dedit regimen: at nos etiam pari ratione argumentamur, Sine diſtinctione tribus vicibus Christus dixit, rege, non diſtinguens inter hoc, & illud regimen, ſine diſtinctione dixit,rege agnos meos, vel oues meas, non diſtinguens regendos ſuos agnos, quantum ad hoc, aut quantum ad illud; cum agni ſint ipſius in ſpiritualibus, & temporalibus;bene ergo concluditur Petrũ accepiſſe regimen loco Christi in omnibus, ſeu ſpiritualibus, ſeu temporalibus etiam poteſtate coactiua, qua vti Pontifex poſſit, vt puniat reas, & infectas oues,niſi curam recipere velint paſtoris.

SEXTVM Argum.

7 Optimo ſane regimine inſtituiſſe Christum Eccleſiam, quam maximo amore eſt proſequutus, vt arbitror,fatentur omnes; cur ergo cum regimen Eccleſiæ loco ſui dedit Petro,non dedit regimen in illis, quæ vel neceſſaria, vel vtilia ſunt ad rerum ſpirituali ũ progreſſum

SEPTIM. Argum.

ſum, qualia ſunt temporalia, quibus eget militans Eccleſia, vel expediebant ad eius decentem ſtatum, & vtilitatem? quomodo nos dicimus Petrum, & eius ſucceſſores habere poteſtatem in rebus temporalibus; etenim non dicimus habere ad oſtentationem, & iactantiam, ſic enim nec ipſi Reges habent. Ita Deus in Veteri lege, in qua maxime promittebantur temporalia, præcepit, vt ſi quando conſtitueretur Rex, ne Rex ille multiplicaret ſibi equos, nec haberet auri, & argenti immenſa pondera, & cætera, quæ habentur Deuteronomij 17. itaque ſubordinando, & non auferendo cæterorum dominium, non ad iactantiam, & oſtentationem, ſed ad decentem ſtatum & vtilitatem rerum ſpiritualium, & Eccleſiæ, dicimus Chriſtum regimen dediſſe Petro, cum dixit: *rege oues meas*, etiam in rebus temporalibus; & hoc modo, ſicut tribuitur hæc poteſtas Pontifici, ita hoc modo ipſe vti poteſt, vt tanquam paſtor Chriſto oues paſcat ſecundum charitatis ordinem, & Dei dilectionem, de qua fit à Chriſto interrogatio, & hoc modo quæret bonum, & vtilitatem ſubditorum, non ſuam more tyrannico, ſeu mercennario. hæc enim eſt differentia tyranni, & Regis, *Tyrannus enim ad nullam communem* (ſunt hæc verba Ariſtotelis) *reſpicit vtilitatem, niſi gratia proprij commodi, eſt autem obiectum tyranni, quod placet; Regis, quod honeſtum eſt*, ita Ariſt. 4. politic. c. 10. quod etiam docet lib. 8. moral. Nicom. c. 10. & optime adnotauit D. Thomas in opuſculo de regimine principum, & docet Baſilius in principio Prouerbiorum, & alij Patres, veluti lib. 1. cap. 5. illatione 6. oſtendimus.

D. Thomas opuſc. 20. de regim. princip. lib. 1.

QVAE

QVÆ SVPERIORI CAPITE dicta ſunt, Pontificum, & Patrum teſtimonijs confirmantur. Cap. II.

ADDVCAMVS Pontificum, Conciliorum, Patrum Græcorum, & Latinorum teſtimonia, qui etiam de temporali Iuriſdictione locum allatum ex Ioanne exponunt, & Reges, & cuiuſuis conditionis homines Petri regimine comprehendi volunt. *Octaui Argum.*

8 DAMASVS in epiſtola ad Proſperum Numidiæ primæ ſedis Epiſcopum, & cæteros Epiſcopos: *Tantuſque vos Beati Petri Apoſtolorum Principis amor incendit, vt in ouili ipſius, cui omnes creaturæ ſunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita, atque prohibita præſumentes, ſanctis veſtris ſtudijs ſummo redintegrare cum deſiderio feſtinetis.* *DAMAS. in epiſt. ad Proſper.*

GREGORIVS MAGNVS lib. 4. regiſt. epiſt. 95. quæ eſt ad Gualfarium magiſtrum militum, alloquens hominem, eadem docet quæ Damaſus: *Tantuſq;* inquit *vos B. Petri Apoſtolorum Principis amor accenderit, vt ouile ipſius, cui à Domino omnes creaturæ ſunt traditæ, nimio redintegrare cum deſiderio cupiatis.* ita Damaſus, & Gregorius ad locum Ioannis citatum alludentes, qua itaque ratione Reges, & omnes non ſunt Petro ſubiecti? Quod ſi dicas accipi ab his Pontificibus creaturas pro hominibus, modo, quo Gregorius alibi exponit illud Euangelij: *Prædicate Euangelium omni creaturæ:* ſit ita prorſus, at certe Reges includuntur nomine creaturę, & eorum poteſtas directe in temporalibus, quam ſi tollas, Regem exuas, vti Rex eſt ſua dignitate neceſſe eſt, & propterea cum includantur nomine creaturæ Reges, etiam poteſtas directe temporalium includitur, per quam Reges ſunt Reges, quod ſupra adnotauimus. *GREG. P.* *Greg. homi. in Euang. 29.*

Hhh IOAN-

Ioan. 2. IOANNES Secundus in epiſt. ad Iuſtinianum Imperatorem: *Inter claras ſapientiæ manſuetudinis veſtræ laudes chriſtianiſſime Principum, puriore luce tanquam aliquod ſydus irradiat, quod amore fidei, quod charitatis ſtudio edocti Eccleſiaſticis diſciplinis Romanæ ſedis reuerentiam conſeruatis, & ei cuncta ſubijcitis, & ad eius deducitis vnitatem, ad cuius auctorem, hoc eſt Apoſtolorum primum Domino loquente præceptum eſt; paſce oues meas, quam eſſe vere omnium Eccleſiarum caput, & Patrum regulæ, & principum ſtatuta declarant, & pietatis veſtræ reuerendiſſimi teſtantur affatus, patet igitur in vobis impletum fore, quod Scripturæ loquuntur, per me Reges regnant, & potentes ſcribunt iuſtitiam.* ita Ioannes, qui vult Imp. ſubieciſſe omnia Romanæ Eccleſiæ, & ad eius vnitatem referre. Neque putes hoc tantum obſequij cauſa factum, & non potius quia debitum ſit de iure, apparet enim Ioannem intelligere de ſubiectione tanquam iure debita, vt tanquam membrum ſubiectum eſſe debeat capiti ad vnum finem, ideo ait: *Ad eius vnitatem deducitis*: ideo *Caput eſſe* Romanam Eccleſiam aſſerit; ideo citat illud ex Prouerbijs: *Potentes ſcribunt iuſtitiam*, quaſi iure iuſtitiæ debitum ſit illud in rebus omnibus obſequium.

Greg. 7. GREGORIVS SEPTIMVS lib. 4. regiſtri epiſt. 2. *Legant quid Beatus Petrus in ordinatione S. Clemētis populo Chriſtiano præcepit de eo, quem ſcirent non habere gratiam Pontificis; addiſcant cur Apoſtolus dicat, Habētes in promptu vlciſci omnem inobedientiam, & de quibus dicit, cum huiuſmodi nec cibum ſumere; conſiderent cur Zacharias Papa Regem Francorum depoſuit, & omnes Francigenas à vinculo iuramenti, quod ſibi fecerant, abſoluerit: in regiſtro Beati Gregorij addiſcant, quia in priuilegijs, quæ quibuſdam Eccleſiis fecit, Reges, & Duces contra ſua dicta venientes non ſolum excommunicauit, ſed etiam vt dignitate careant, iudicauit; nec prætermittant, quod B. Ambroſius non ſolum Regem, ſed etiam reuera Imperatorem Theodoſium moribus & poteſtate non tantum excommunicauit, ſed etiam ne præſumeretur in loco ſacerdotum in Eccleſia manere interdixit; ſed forte hoc volunt prædicti viri ſolùm intelligere quod*

quando

quando Deus Eccleſiam ſuam ter Beato Petro commiſit dicens, paſce oues meas, Reges excepit: cur non attendunt, vel potius erubeſcendo confitentur, quia vbi Deus B. Petro principaliter dedit poteſtatem ligandi, & ſoluendi in cælo, & in terra, nullum excepit, nihil ab eius poteſtate ſubtraxit, nam qui ſe negat poſſe Eccleſiæ vinculo alligari, reſtat vt neget non poſſe ab eius poteſtate abſolui; & qui hoc impudenter negat, ſe à Chriſto omnino ſequeſtrat. Quod ſi ſancta ſedes Apoſtolica diuinitus ſibi collata principali poteſtate, ſpiritualia decernens dijudicat, cur non & ſecularia, reges quidem, & principes huius ſæculi, qui honorem ſuum, & lucra temporalia iuſtitiæ Dei præponunt, eiuſque honorem negligendo proprium quærunt, cuius ſint membra, cuiue adhæreant, veſtra non ignorat charitas; nam ſicut illi, qui omni ſuæ voluntati Deum præponunt, eiuſque præcepto pluſquam hominibus obediunt, membra ſunt Chriſti, ita, & illi de quibus ſupra diximus, membra ſunt Antichriſti; ſi ergo ſpirituales viri cum oportet, iudicantur, cur non ſeculares? amplius de ſuis prauis artibus conſtringentur? ita Gregorius, pluribus probans, iure diuino habere Eccleſiam iudicandi ſæcularia, & homines ſeculares vi etiam coactiua aſtringendi, vt apparet, & ad id probandum adducit locum Ioannis volens comprehendi Reges quoad ſuam dignitatem nomine ouium.

IOANNES OCTAVVS epiſt. 192. Michaeli Regi Bulgarorum: *Non modica nos triſtitia, o fili cariſſime, repleuiſti, quia ſedem Beati Petri cæleſtis Regni clauigeri, qui tibi cum manifeſta viſione apparuit, & opportunum auxilium præbuit, reliquiſti, cum ipſa Sedes caput & magiſtra ſit omnium Eccleſiarum Dei, ad cuius auctorem B. Petrum à Domino dictum eſt, paſce oues meas, & cui traditæ ſunt claues regni cælorum, & quæcunque ligauerit ſuper terram, ligata maneant in cælis, & quæcunque ſoluerit ſuper terram, ſint ſoluta & in cælis. Reuertere iam fili amantiſſime ad ſanctam matrem tuam Romanam Eccleſiam, quæ te religioſo vtero genuit, & per quam totius religionis, & iuſtitiæ formam Sancto Prædeceſſore noſtro Nicolao Præſule mittente ſuſcepiſti, & quæ omnium gentium retinet principatum, & ad quam* IOANN. Octau.

totius mundi quaſi ad vnam matrem, & vnum caput conueniunt nationes.

Et epiſt. 199. ad Imperatores Baſilium, Conſtantium, & Alexandrum eadem ferè docet, quæ Ioannes Secundus.

Inter claras ſapientiæ, & manſuetudinis veſtræ laudes o Chriſtianiſſimi Principes aliquod cum puriore luce ſummæ deuotionis lumen longe, lateque reſplendet, quod amore fidei, quod charitatis ſtudio diſciplinis Eccleſiaſticis edocti Romanæ Sedi reuerentiam more prædeceſſorum veſtrorum pijſſimorum Imperatorum conſeruatis, & eius cuncta ſubijcitis auctoritati, ad cuius auctorem Apoſtolorum omnium Principem Domino loquente præceptum eſt, paſce oues meas, quam eſſe vere omnium Eccleſiarum Dei caput, &c. cum dicat Ioannes *retinere omnium gentium principatum*, itemque *Omnia ſubijcitis auctoritati illius, cui dictũ eſt, paſce oues meas*, iam conſtat diuino iure Eccleſiã eſſe principem gentiũ, & ei omnia eſſe ſubiecta, & vtique in temporalibus: alloquitur enim Imperatores, qui Principes erant in rebus temporalibus, aſſerens ſubijcere *cuncta eius auctoritati*, & ne putares eſſe reuerentiæ ſolum cauſa, & non eſſe impertitam à Chriſto talẽ auctoritatem: ſtatim à quonam ſit illa auctoritas ſubiungit, Pontifex ab eo à quo dictum eſt: *paſce oues meas*, apertè oſtendens auctoritati Romanę Eccleſiæ cuncta diuinitus eſſe ſubiecta.

INNOC. 3. INNOCENTIVS Tertius ſermone primo de S. Silueſtro: *Ad Hieremiam ſacerdotem de ſacerdotibus Anatoth ipſe Dominus ait, conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas, deſtruas, ædifices, & plantes: Petro vero fuit dictum à Domino, & in Petro ſucceſſoribus Petri, Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis; nihil excepit, qui dixit quodcunque, propter quod alibi dixit, paſce oues meas, non diſtinguens inter has oues, & illas, vt oſtenderet ad oues ſuas minime pertinere, qui Petrum recuſat habere Paſtorem. Ei quoque ſingulariter dixit: Tu vocaberis Cephas, quod exponitur, caput, in quo ſenſuum pleni-*

plenitudo conſiſtit, quia cum cæteri vocati ſint in partem ſolicitudinis, ſolum Petrus in plenitudinem poteſtatis. ſic Innocentius intelligens per plenitudinem poteſtatis rerum etiam temporalium facultatem, iuxta quod antea dixerat, Petrum inſtar Hieremię eſſe conſtitutum ſuper gentes, & regna, & penes Pontificem regiam, & ſacerdotalem poteſtatem reſidere.

9 CONCILIVM Toletanum decimum. *Quis putas fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore opportuno, beatus ille ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit ſic facientē: amē dico vobis, quoniā ſuper omnia bona ſua cōſtituet eum; nam & Petro dixit, Simon Petre diligis me, paſce oues meas, vnde & Apoſtoli in vnum commorantes poſſeſſiones proprias, & ſubſtantias vendebant, & non quidem credentium animas quærebant, ſed magis vnicuique, prout opus erat, diuidebant.* ita Concilium explicans verbū, Paſco, etiam de rebus temporalibus, vt ſecundum Eccleſiæ neceſſitatem diuidantur temporales ſubſtantiæ, ſicut fiebat in primordijs naſcentis Eccleſiæ, & ſit ſuper omnia bona conſtitutus Petrus tanquam fidelis ſeruus verbis illis: paſce oues meas. CONCIL. NONVM *Argum.* CONCIL. *Tolet. c. 1.*

CONCILIVM AQVISGRANENSE eadem ferè habet cum Toletano, citauimus illud ſuperiore capite. CONCIL. *Aquiſg.*

CONCILIVM FLORENTINVM in litteris vnionis, afferemus eius verba lib. 7. in claſſe Conciliorum 3. CONCIL. *Flor.*

Citemus iam Patres, qui ſupremam quandam datam Petro allatis verbis in omnibus poteſtatem voluiſſe videntur. PATRES *Græci.* *Decimum Argum.*

10 CHRYSOSTOMVS: *Ne credāt te fratres gratiam & clauium auctoritatem amiſiſſe, quia amas me coram ipſis, id tibi iam confirmo, quod meum eſt plenum.* ita Chryſoſtomus, ex cuius ſententia cum conſtet Chriſtum ſecundum humanam naturam habuiſſe ſupremum rerum tempo- CHR. apud D. Thom. in opuſ. contra errores græcorum.

temporalium dominium, ſi quod ſuum erat Petro, tradidit, & rerum etiam temporalium poteſtatem.

Et homilia 87. in commentariis in Ioannem: *Quod ſi quis percontetur, quomodo Iacobus ſedem Hieroſolymis acceperit? reſponderim, hunc totius orbis magiſtrum præpoſuiſſe.* Loquitur Chryſoſtomus de Petro: cum explicaſſet ea verba: *Paſce oues meas*, & poſt pauca: *Nam cum magna Chriſtus Petro communicaſſet, orbis terrarum curam demandaſſet, martyrium prædixiſſet*, quibus verbis Chryſoſtomus generalem quandam auctoritatem in omnibus oſtendit per ſupremum magiſterium, & ſupremam orbis curam. Simili modo loquuntur cum Chryſoſtomo DAMASCENVS, THEOPHYL. EVTHYM. magiſterium, vel præfecturam orbis aſſerentes Petro à Chriſto eſſe commiſſam.

DAMAS. in vita Barlaam, & Ioſaph. Theophyla. Euthymius in com. ORIGEN. cap. 6. epiſt. ad Rom.

Primum mandatum, ait ORIGENES *in Euangelijs ſuper cætera omnia de charitate mandatur, & Petro cum ſumma rerum de paſcendis ouibus traderetur, & ſuper ipſum velut ſuper terram fundaretur Eccleſia, nullius confeſſio virtutis alterius ab eo, niſi charitatis exigitur*. ſic Origenes.

APONIVS

APONIVS lib. 2. comment. in Cantica: *Dicit Deus per Ezechielem prophetam: Væ paſtoribus, qui paſcunt ſemetipſos, qui turpia lucra, & vanagloriæ laudem ſectando.*

A principe bono paſtore recedentes conuerſi ſunt in vaniloquium, & de fundata domo fidei ſuper petram, egreſſi fecerunt ſibi tabernacula, quæ non erubeſcunt ſinguli ſuo nomine Eccleſias appellare; & in tot partes ſcindunt vnum gregem Chriſti, quot in toto orbe ſchiſmata; & hæreſes nominantur; & in tot membra vnum paſtorem diuidere moliuntur, quantæ diabolicæ doctrinæ, & quot hæreticorum auctores ſurrexerunt, cum Dominus noſter Chriſtus dixerit, vnus grex, & vnus paſtor, & dixerit, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, quia agnos de grege Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſuæ vocis doctrina ſeducunt, intelligit Aponius Petrum paſtorem eſſe ſupremum in omnibus, nam paulo ante citata verba Reges vocari paſtores aſſeruerat, ſupra vero Petrum mundi Vicarium à Chriſto Principe paſtorum

Digitized by Google

ſtorum relictum eſſe verbis illis: *Petre amas me; paſce oues meas*,è quibus liquet voluiſſe intelligere,ſicuti alias latius oſtendemus, ſupremum vnum paſtorem in omnibus Petrum eſſe. quod etiam adductis verbis ſenſiſſe ORIGENEM conſtat, quem ſi quis vellet explicare, vt intelligat ſummam rerum de paſcendis ouibus datam Petro in ſpiritualibus, non in temporalibus,limitat eius verba, quæ cum ſine limitatione dicantur ab Origene, ſine limitatione debent accipi, & propterea per ea verba,quibus ait ſummam rerum de paſcendis ouibus datam Petro, ſuprema quædam poteſtas in regendis ouibus debet intelligi, ſeu in ſpiritualibus, ſeu in temporalibus.

PATRES Latini. Vndecimũ Argum.

ARNOB. in com. in pſ. 138.

11 *Nullus* ait ARNOBIVS *Apoſtolorũ nomen paſtoris accepit,ſolus enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicebat.Ego ſum paſtor bonus,me inquit ſequuntur oues meæ;hoc ergo nomen ſanctum, & ipſius nominis poteſtatem poſt reſurrectionem ſuam* Petro *pœnitenti conceſſit, & negatus negatori ſuo hanc, quam ſolus habuit,poteſtatem*. ita Arnobius;qui aliquid præ cæteris vult eſſe datum Petro, & nomen paſtoris,& poteſtatem,quam ſolus Chriſtus habuit;habuit autem Chriſtus nomen paſtoris quoad facultatem tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus etiam ex ipſius Arnobij ſententia, vt lib. de dominio Chriſti in temporalibus oſtendemus. BERNARDVS etiam eadem voluiſſe videtur cum Arnobio lib.2. de conſideratione ad Eugenium Papam commendatas aſſerens indiſcretè oues omnes Petro in vno grege, & vno paſtore. apparet autem ita voluiſſe eſſe paſtorem; vt habuerit etiam in temporalibus poteſtatem, quam non ſemel in eo opere ad Eugenium affirmat Bernardus. ſic alij Patres generalem quandam & ſupremam poteſtatem Petro tributam illis verbis, *paſce oues meas*, dicunt; ita CYPRIANVS de vnitate Eccleſię qui primatum inter Apoſtolos hiſce verbis datum autumat,vt vnus grex, &

BERNAR.

CYPRIA.

vna

temporalium dominium, ſi quod ſuum erat Petro, tradidit, & rerum etiam temporalium poteſtatem.

Et homilia 87. in commentariis in Ioannem: *Quod ſi quis percontetur, quomodo Iacobus ſedem Hieroſolymis acceperit? reſponderim, hunc totius orbis magiſtrum præpoſuiſſe.* Loquitur Chryſoſtomus de Petro: cum explicaſſet ea verba: *Paſce oues meas*, & poſt pauca: *Nam cum magna Chriſtus Petro communicaſſet, orbis terrarum curam demandaſſet, martyrium prædixiſſet*, quibus verbis Chryſoſtomus generalem quandam auctoritatem in omnibus oſtendit per ſupremum magiſterium, & ſupremam orbis curam. Similì modo loquuntur cum Chryſoſtomo DAMASCENVS, THEOPHYL. EVTHYM. magiſterium, vel præfecturam orbis aſſerentes Petro à Chriſto eſſe commiſſam.

DAMAS. in vita Barlaam, & Ioſaph. Theophyla. Euthymius in com. ORIGEN. cap. 6. epiſt. ad Rom.

Primum mandatum, ait ORIGENES *in Euangeliis ſuper cætera omnia de charitate mandatur, & Petro cum ſumma rerum de paſcendis ouibus traderetur, & ſuper ipſum velut ſuper terram fundaretur Eccleſia, nullius confeſſio virtutis alterius ab eo, niſi charitatis exigitur*. ſic Origenes.

APONIVS

APONIVS lib. 2. comment. in Cantica: *Dicit Deus per Ezechielem prophetam: Væ paſtoribus, qui paſcunt ſemetipſos, qui turpia lucra, & vanagloriæ laudem ſectando.*

A principe bono paſtore recedentes conuerſi ſunt in vaniloquium, & de fundata domo fidei ſuper petram, egreſſi fecerunt ſibi tabernacula, quæ non erubeſcunt ſinguli ſuo nomine Eccleſias appellare, & in tot partes ſcindunt vnum gregem Chriſti, quot in toto orbe ſchiſmata; & hæreſes nominantur; & in tot membra vnum paſtorem diuidere moliuntur, quantæ diabolicæ doctrinæ, & quot hæreticorum auctores ſurrexerunt, cum Dominus noſter Chriſtus dixerit, vnus grex, & vnus paſtor, & dixerit, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, quia agnos de grege Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſuæ vocis doctrina ſeducunt, intelligit Aponius Petrum paſtorem eſſe ſupremum in omnibus, nam paulo ante citata verba Reges vocari paſtores aſſeruerat, ſupra vero Petrum mundi Vicarium à Chriſto Principe paſtorum

ſtorum

ſtorum relictum eſſe verbis illis: *Petre amas me; paſce oues meas*, è quibus liquet voluiſſe intelligere, ſicuti alias latius oſtendemus, ſupremum vnum paſtorem in omnibus Petrum eſſe. quod etiam adductis verbis ſenſiſſe ORIGENEM conſtat, quem ſi quis vellet explicare, vt intelligat ſummam rerum de paſcendis ouibus datam Petro in ſpiritualibus, non in temporalibus, limitat eius verba, quæ cum ſine limitatione dicantur ab Origene, ſine limitatione debent accipi, & propterea per ea verba, quibus ait ſummam rerum de paſcendis ouibus datam Petro, ſuprema quædam poteſtas in regendis ouibus debet intelligi, ſeu in ſpiritualibus, ſeu in temporalibus.

PATRES Latini.

11 *Nullus* ait ARNOBIVS *Apoſtolorũ nomen paſtoris accepit, ſolus enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicebat. Ego ſum paſtor bonus, me inquit ſequuntur oues meæ; hoc ergo nomen ſanctum, & ipſius nominis poteſtatem poſt reſurrectionem ſuam Petro pœnitenti conceſſit, & negatus negatori ſuo hanc, quam ſolus habuit, poteſtatem*. ita Arnobius; qui aliquid præ cæteris vult eſſe datum Petro, & nomen paſtoris, & poteſtatem, quam ſolus Chriſtus habuit; habuit autem Chriſtus nomen paſtoris quoad facultatem tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus etiam ex ipſius Arnobij ſententia, vt lib. de dominio Chriſti in temporalibus oſtendemus. BERNARDVS etiam eadem voluiſſe videtur cum Arnobio lib. 2. de conſideratione ad Eugenium Papam commendatas aſſerens indiſcretè oues omnes Petro in vno grege, & vno paſtore. apparet autem ita voluiſſe eſſe paſtorem; vt habuerit etiam in temporalibus poteſtatem, quam non ſemel in eo opere ad Eugenium affirmat Bernardus. ſic alij Patres generalem quandam & ſupremam poteſtatem Petro tributam illis verbis, *paſce oues meas*, dicunt; ita CYPRIANVS de vnitate Eccleſię qui primatum inter Apoſtolos hiſce verbis datum autumat, vt vnus grex, &

Vndecimũ Argum.

ARNOB. in com. in pſ. 138.

BERNAR.

CYPRIA.

vna

vna cathedra in Petro monſtretur; & videtur etiam temporalia comprehendere. cum enim multa in eo opuſculo de vnitate Eccleſiæ dixiſſet, in calce dandas ait decimas, & nos hanc vnitatem ſcindere; cum in naſcentis Eccleſiæ exordio poſſeſſiones eſſent communes, & cor vnum, & anima vna. *Poſt lacrymas* (ait AMBROSIVS) *paſtor aſſumptus eſt, vt alios regendos accepit*, & alibi *iubetur plebem regere*. AVGVSTINVS commendatas oues affirmat à Chriſto in ſua abſentia. CASSIODORVS diuinitus traditam cuſtodiam animi, & corporis.

AMBROS. *ſer. 48. & in pſ. 50.*
AVGVST. *ſer. de paſt. ſerm. 62. de verbis Domini.*
CASSIODOD. *lib. 2. ep. 11.*

Argum cōmunis conſenſus Eccleſiæ.

12 Immo, niſi fallor, hic eſt cōmunis Eccleſię cōſenſus; hęc enim canuntur ab ECCLESIA die feſto S. Petri: *Tu es paſtor ouium Princeps Apoſtolorum, tibi tradidit Deus omnia regna mundi*. certè mundi regna temporalia ſunt, quod ſi regna ſolum intelligerentur ſpiritualia, nec etiam temporalia, non diceretur ſine diſcrimine, omnia. ſi igitur ita Petrus eſt paſtor ouium conſtitutus, vt ei tradita ſint omnia regna mundi, iam accepit rerum etiam temporalium facultatem; & ad hanc etiam expoſitionem inclinare videntur illi Patres, qui verbum paſco de rebus etiam temporalibus exponunt, quos retulimus ſuperiori capite. & certè illud conſtat, etiam ſi hiſce verbis ſpiritualium datam poteſtatem Patres aſſerunt, haud tamen illos negare datam temporalium, eamque ad decentem ſtatum, & vtilitatem rerum ſpiritualium exercendam. quod itaque à Patribus aſſeratur verbis hiſce, *Paſce oues meas*, dari poteſtatem ſpiritualium, non negatur propterea dari etiam temporalium; cum vnum alterum non excludat, qua in re decepti illi vidētur ex ingenij imbecillitate, qui ita argumentantur: Affirmant Patres datam ſpiritualium poteſtatem, non temporalium, non itaque accepit Petrus temporalium poteſtatem. Dicimus enim

Infirma quorundā obiectio eiuſque reiect.

primo

primo plures Patres, & Pontifices datam rerum tẽpora lium poteſtatẽ affirmare. deinde ſi ſpiritualiũ datã dicunt, non negare tẽporalium, immo poſſet dici ſub ſpiritualiũ poteſtate datã eſſe rerum tẽporalium: nam acceſſoria eſt illa poteſtas, & cui committitur principale, committitur & acceſſoriũ; & ideo ſub principali acceſſoriã cõtineri in diuinis litteris adnotauimus li.2.c.11.

Ex his duo c olliguntur. Primo, eſſe abſolute in Eccleſia tẽporariam poteſtatẽ: nã vice ſui Chriſtus Rex, ſacerdos reliquit Petrũ, vt in temporalibus, & ſpiritua libus paſceret. ita explicãt Concil. Aquiſgranen. & Toletanum, Caſſiod. Gregorius, Alcuinus, B. Laurentius, Innocen. B. Antoninus, D. Thom. accedunt, qui dicunt eſſe Petrũ paſtorẽ ſuper vnum gregẽ, vel totam Eccleſiam, ita Conci. Florentinũ, Ambroſ. Arnobius, Bernar. Cyprian. nam (vt dicebatur lib. 1.c.2.) Eccleſia duplici conſtat regimine, & corporis, & animæ, ſeu ſacerdotio, & regno; iam ſicuti vnus eſt grex abſolute, & vna Eccleſia, ita certe vnus paſtor, & vnum caput abſolute: idem habetur ex Origene, & Chryſoſt. Secundo colligitur Eccleſiæ poteſtas ſuper infideles, quo puniri valeant, niſi in ſuo regimine curent, vt ſubditi viuant ſecundum rectam rationem, & merito huius infidelitatis, quæ eſt non puræ negationis, ſed prauæ diſpoſitionis priuari dominio poſſe; quomodo intelligit D. Thomas, vt docuimus lib.1. c.2. & c. 22. Conſtat noſtra illatio primo, quia abſolute (vti diximus) ſucceſsit Petrus Chriſto in ſacerdotio, & regno in toto orbe, quare duplici hoc capite iure ſunt ſubiecti, & puniri poſſunt; niſi ſubeſſe velint recte ſecundum lumẽ rationis Pontifici imperanti; ideo dari ab Eccleſia gladium Imperatori contra infideles, alias ex Nicolao Magno diximus, *Lib.1.c.2.* & Alexandrum ſextum partitum eſſe orbem totum Caſtellanis, & Luſitanis, vt alij Orientales infidelium barbarorum terras; alij Occidentales occuparent.

IVS QVODDAM SVPREMVM *determinandi de rebus omnibus datum Eccleſiæ in Repub. Chriſtiana ex cap. 18. Matth. pluribus rationibus demonſtratur. Cap. III.*

CHRISTVS ius quoddam ſupremũ reliquiſſe Eccleſiæ determinandi de rebus omnibus ſic videtur aſſerere apud Matt. *Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolũ, ſi te audierit, lucratus eris fratrẽ tuum; ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus. Amen dico vobis: Quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo.* Hæc Chriſtus. Ex cuius verbis colligemus temporalẽ iuriſdictionem, poſtea Obiectionibus reſpondebimus. Eſt itaq; prima ratio: Eouſq; ſe extendit ex Chriſti inſtitutione Eccleſiaſtica coercitiua poteſtas abſolute, quouſque offenſæ proximorum circa res temporales ſe extendunt: ſed huiuſmodi offenſæ ſe extendunt circa res omnes tẽporales; ergo & abſoluta poteſtas, &c. Maior propoſitio nota eſt; nã Chriſtus dicit, poſſe nos recurrere poſt correctionem ad Eccleſiam generatim loquendo de omnibus offenſis, verbis illis: *Si peccauerit in te frater tuus*; id eſt, offenderit, ita enim accipitur hic verbum, *Peccare*, vt poſtea dicam; quare cum ſermonẽ nõ reſtringat circa offenſas, abſolute debet de omnibus offenſis intelligi: ideo Hieronym. in comm. *In qualibet cauſa nos læſerint.* Minor probatur ipſa experiẽtia, quæ quã multa peccentur in proximos noſtros circa rem familia-

miliarẽ, & ea, quæ ſpectânt ad corpus in omni re teſtatur pluribus rixis,& litibus, quibus plena ſunt tribunalia ; ergo abſolute eſt in Eccleſia iudiciũ rerum tẽporalium,vt niſi ſtare velint iudicio Eccleſiæ, poſſint delinquentes puniri, prout Chriſtus verbis illis ſequentibus ſignificat maxime generalibus: *Amen dico vobis:Quæcumque alligaueritis*. ibi enim cum Diſcipulis, & Apoſtolis loquitur, *Eccleſiæ* nomine antea expreſſis, vt infra dicam.

Secũda ratio: Qualis eſt correctio circa delicta proximorum noſtrorum, talis eſt coercitiua poteſtas Eccleſiæ circa illos: ſed de lætalibus peccatis omnibus debet fieri fraterna correctio etiam temporalibus: ergo coercitiua poteſtas erit de rebus omnibus tẽporalibus. Maior patet: etenim poſt vnam,vel alteram correctionem vult Chriſtus, niſi reſipiſcat delinquens, deferendum ad Eccleſiæ tribunal, ita vt deinde, niſi audiat Eccleſiam,puniatur,vt dixi verbis illis: *Amen dico vobis: Quæcunque alligaueritis*,&c. Min. oſtenditur: nam correctio ex ſua natura debet ſemper fieri,& quod nõ fiat, vel differatur pro loci,& perſonæ,& temporis opportunitate per accidens eſt; quare præcepto nos aſtringi ad correctionem fraternã verbis allatis colligũt Baſilius, Origenes,Chryſoſt.Hieron.Aug. Ambroſ. Beda, Anſel & alij Patres in citatum locum Matth.vel Lucæ 17. quibus cum ſentiunt Theologi.Confirmatur hęc rationã,vt alias dixi ex DD.Paulo, & Petro,ideo gladiũ habet,ſeu poteſtatem princeps ſecularis,quo bonos tueatur, & malos puniat; at eandem hic tribuit Eccleſiæ Chriſtus, vt recurramus ad illam in omnibus offenſis, vt defendantur boni, & mali puniantur.

Baſil.in reg. breu. ad q. 47. Orig. hõ. 3. in Leuit. Chryſoſt. homil. 60. & ſeq. in Mat. Hieron. lib. 2. in cap. 3. prouerb. Auguſt. lib. de corrept. & gratia, & ſerm. 16. de verbis domini Ambroſ. in Pſ. 128. enar. 5 Beda, Anſel. et cæteri in comm. Theol. lib. 4 diſ. 19.

Tertia ratio habetur ex modo, quo Chriſtus docet correctionẽ faciendã, & eſt talis ibi eſt poteſtas in foro cõtentioſo tẽporaliũ omniũ, vbi eſt facultas conuincẽ-

di quẽlibet reum per teſtes, & puniẽdi circa res omnes tẽporales: talis facultas ex Chriſti inſtitutione eſt apud Eccleſiæ Præſules: ſuprema igitur apud Eccleſiæ præſules &c. Maior nota eſt. Probatur Min. etenim propterea Chriſtus duos, vel tres teſtes adhibendos iubet, quo delinquẽs, qui priuatim correctus emẽdari noluit, emẽdetur præſentia aliquorum, vt niſi deinde reſipiſcat, qui præſentes fuerunt, poſſint eſſe teſtes in iuditio Eccleſiaſtico, vt illis reus cõuictus puniri poſsit. ita Cyrillus, ſeu potius Orig. li. 3. in Leuit. initio Chryſoſt. Theophyl. Hieronym. Beda, Anſel. Auguſt. Baſil. D. Thom. Albertus, Ricard. & alij Patres, & Theologi: quod etiã apparet verbis illis: *Adhibe tecum unum, uel duos teſtes, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum:* nam referuntur Deut. 19: vbi ſermo eſt de iudicijs: *Nõ ſtabit*, ait Moſes, *teſtis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, ſed in ore duorum, aut triũ teſtium ſtabit omne verbum. Si ſteterit teſtis mendax contra hominẽ accuſans eum præuaricationis, ſtabunt ambo, quorum cauſa eſt ante Dominum, in cõſpectu ſacerdotum, & iudicum, qui fuerint in diebus illis.* eadẽ habentur c. 17. eiuſdẽ Deut. & de iudicio etiã rerum temporaliũ, quod fieri debet a Sacerdotibus, eſt ſermo. eadẽ verba adducit Paulus generatim loquens de omni delicto, agẽs de poteſtate iudiciaria primæ ad Cor. c. 12. & 13. vniuerſalem quandam Apoſtolicam in omnes, & in omnibus poteſtatem oſtendens.

Chryſoſt. Hieron. Beda Anſel in commen. in Matt. Greg. ſer. 16. de verb. Dom. Baſil in reſp. 261. D. Thom. et alij Theol. lib. 4. diſ. 19.

Quarta Ratio: Niſi foret poteſtas puniẽdi penes Eccleſiam de omnibus delictis, & peccatis, neque etiã pari modo poteſtas abſoluendi: ſed ſequela falſa eſt. ergo eſt poteſtas puniẽdi reos circa omnia delicta. Probatur illa ſequela: nam niſi admittere in Chriſto velimus magnam æquiuocationem, ita apparet dicendum; etenim pari modo loquitur Chriſtus: *Quæcumque*, ait, *ligaueri*

tis.

Digitized by Google

ris.Itē: *Quæcumque ſolueritis*: ergo ſi poteſtas eſt in Ecclesia abſoluendi non derogãdo alterius iuri ab omnibus delictis, quibus noſtros proximos offendimus, erit & ligandi, ſeu puniendi. Neq; enim, (vt oſtendã paulo infra) poteſt dici tãtum in foro pœnitentię habere Eccleſiam poteſtatem ligandi, & abſoluendi, cum hic ſermo etiam fiat de foro externo, & iudiciali: vnde Patres & Theologi poteſtatem excommunicandi deducunt. colligitur hoc argumentum ex Gregorio VII. cuius verba ſupra cap. 2. retulimus.

EADEM SVPREMA POTESTAS ex Patribus, Concilijs, Theologis, ac Canoniſtis confirmatur. Cap. IIII.

NE videamur noſtro marte potius hæc aſſerere, audiamus Patres, qui hanc in foro externo punitiuam poteſtatem circa omnia delicta ex hoc loco Matth. colligunt. Narrat Theodor. quomodo Theodoſius Imperat. ira accēſus propter cędē perpetratam a Theſſalonicēſibus permiſerit, vt cædes fieret de ipſis Theſſalonicenſibus, vnde tali permiſsione ſontes, & inſontes Theſſalonicenſes necati ſint. quod cum cognouiſſet AMBROSIVS, & tale ſcelus Imperatori exprobraſſet, & vetaſſet, cũ veniſſet Mediolanũ, ne introiret in Eccleſiam: *Recede*, ait Ambroſius, *& ne conere nouo ſcelere ſcelus antea editum augere; ſed capeſſe uinculum, quo vt ligeris Dominus omnium ſententiã dat; quod quidem vinculum, & vim habet morbum animi depellendi, & te ad ſanitatem reſtituẽdi.* Huic *orationi obſequutus Imper. (nam diuinis educatus eloquijs accurate norat, tum quæ eſſent offitia Sacerdotum, tum quæ* Regum *pro pria) cum gemitu, & lacbrymis ad Palatium reuertitur.* *Theod. Eccleſ. Hiſt. li. 5. c. 17.*

& infra

& infra ſermonem habẽs Imper. cum Ruffino magiſtro Aulæ ſuæ: *Mihi vero non modo ad illum locum*, templũ, *verum ad ipſum cælum acceſſus præcluſus eſt; nam uenit mihi in mentem ſententia à Domino prolata, quę palam dicit: Quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cęlo*. cum vero deprecaretur Ambroſius Ruffinus vt venientẽ poſt ſe Imperat. reciperet in templum, *& vincula ſolueret; at Ambroſius aduẽtum dixit, eſſe tyrannicum, eumque ipſum contra Deum inſanire, & illius leges proterere. tum Imperator: Nõ obſtinato animo leges ſancitas impugno, neque ſacra veſtibula per nefas introire cupio, ſed oro, vt mihi ſoluas vincula*. & paulo poſt: *Quæ medicamenta*, ait Ambroſius, *ad uulnera tam difficilia curatu ſanãda adhibuiſti? Tuum eſt, inquit Imper medicamenta oſtendere, eaque temperare, et uulnera, quę ęgrius curantur, obligare; meum autem, quę ſunt adhibita accipere. Tum D. Ambroſius, Quoniam, inquit, iracundiæ permiſiſti iudicium, & non rectæ rationi, ſed animo irato obſequutus ſententiã pronuntiaſti, conſcribe legem, qua deinceps ſententiæ per iracundiam pronuntiatæ irritæ ſint, et nullius momenti; cognitioneſque cauſarum de cæde, & publicatione bonorum ad triginta dies ſcriptis proditæ maneant, vt recta ratione de illis iudicium des, atque diebus illis confectis, qui decreta illa ſcripſerint, mandata tua tibi oſtendant*. & paucis interiectis: *Iubet ex templo Imper. legem conſcribere, ſuaque ſubſcriptione firmauit*. Hactenus Theodoretus.

Quibus patet, eſſe Epiſcopi in peccatis Politicis in foro exteriori poteſtate ligãdi punire laicos ſuprema poteſtate: nam cædes illa Theſſalonicenſium erat peccatum politicum, & tamen ne dum Ambroſius, ſed ipſe Imperator, fatetur diuina poteſtate fieri ab Epiſcopo, immo amplius eſſe Epiſcopi, quod & fatetur THEODOSIVS, legem temporalẽ præſcribere ad maiorem

cautelam

cautelā mali deuitandi:nam multi antea non expectato triginta dierum ſpatio recte ferebant ſententiam, præſertim tanto interuallo non interiecto. immo eſt etiam hac ſententia THEODORETI: nam præclarum facinus ab Ambroſio editum mirifice laudat; illum diuino zelo accenſum, & diuum appellans, vt eſt videre apud ipſum Theodoretum. CHRYSOSTOMVS lib.3.de ſacerdotio: *Habent quidem & terreſtres principes vinculi poteſtatem, verum corporum ſolum; id autem quod dico ſacerdotum vinculum, ipſam etiā animam contingit, atque uſque ad cælos peruadit*. & infra: *Quænam obſecro hac vna maior eſſe queat? Pater omnifariam poteſtatem filio dedit, cæterum video ipſam eandem omnifariam a filio illis datam; nam quaſi iam in cælum tranſlati, ac ſupra humanam naturam poſiti, atque noſtris ab affectibus exempti, ſic iſti ad principatum iſtum perducti ſunt.* Cū dicat principes habere, *vinculum corporum ſolum, ſacerdotū vero poteſtas ipſam etiā animam pertingat*; iā innuit, non debere negari ſacerdotio etiam externum vinculum puniendi pœnis externis: & cum addit, *Omnifariam accepiſſe poteſtatem Apoſtolos, quam Deus filio dedit*: an non etiam in terrenis dedit? cum conſtet Chriſto ſecundum humanam naturam datā eſſe rerum omnium terreſtrium, ex Chryſoſtomi ſententia, facultatē. & homil. 70. ad populum Antiochenum in prauis potius moribus corrigendis ſe poſſe vti poteſtate puniendi docet, adducens hæc verba, circa illos, qui præficas conducebant mulieres, quæ ad luctum prouocabant: *Vos*, ait, *Eccleſiaſticis cogentes legibus*. & iterum: *Eos ab Eccleſia multum temporis arcebo*. & pari modo de generali poteſtate puniēdi in omni delicto explicat in commentarijs in Matth. & præterea Baſilius in reſpon. ad interro. 26. ORIGEN. lib. 3. in Leuit. THEOPHYLACTVS & alij Græci. ex Latinis GREGORIVS Se-

primus

ptimus in excommunicatione Henrici Imperatoris alloquens Epiſcopos: *Agite nunc quæſo Patres ſanctiſſimi, vt omnis mundus intelligat, & cognoſcat, quia ſi poteſtis in cælo ligare, & ſoluere, poteſtis in terra Imperia, Regna, Principatus, Ducatus, Marchias, Comitatus, & omnium hominum poſſeſſiones pro meritis tollere vnicuique, & concedere; vos enim Patriarchatus, & Primatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus frequenter tuliſtis prauis, & indignis, & religioſis viris dediſtis; ſi enim ſpiritualia iudicatis, quid de ſecularibus uos poſſe credendũ eſt?* an nõ eſt abſoluta iudicãdi in Eccleſia poteſtas, nõ indirecte ſolum, & conſecutiue, ex hiſce Greg. verbis? Sed ne otio lectoris abutamur de generali vi punitiua in externo etiam foro circa omnia delicta exponũt CLEMENS Romanus, HIERONYMVS, ANSELMVS, AVGVSTINVS, BRVNO. & alij, qui adhibendos teſtes dicunt, vt illis conuinci poſſit reus in iudicio Eccleſiaſtico, & eodem modo de ſuprema in omnibus poteſtate exponunt Concilium MELDENSE ſub Sergio Papa II. in præfat. COLONIENSE celebratum noſtra tempeſtate c. 15. Theologi lib. 4. ſent. diſt. 19. D. THOMAS, ALBERTVS, RICARDVS, & cæteri: ſed præcipue DVRANDVS iuriſdictionem temporalem Eccleſiæ ſic colligit ſequentibus verbis: *Si autem,* ait, *Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus, id eſt, excommunicatus; & conſtat, quod loquitur de iuriſdictione* Eccleſiæ, *quã habent Prælati: nã ibi ſubditur. Amen dico vobis, quæcumque, &c. igitur ſine ulla dubitatione ad Eccleſiam pertinet iure à Deo ſibi collato iudicare de peccato quocumque: vnde* B. *Paulus excõmunicauit fornicarium notorium, vt legitur* 1. *ad Cor.* 5. *cũ igitur peccata contingant circa actiones hominum, & circa contractus eorum, de omnibus his pertinet ad Eccleſiam iudicare, maxime ſi inueniatur actio per modum iniu-*

Clemens ci tatus lib. 2. cap. 2. Hier. Anſe. in commẽt. Auguſt. vbi ſupra cita. Bruno de poteſt. nen. cap. 7. Durand. in opuſc. de orig. iuriſd.

iniuriæ, vel cuiuſcumque alterius peccati; tam inter Clericos, quam inter Clericum, & laicum, quicumq; eorum ſit actor, vel reus.

BERTRANDVS Cardinalis citatis allatis verbis: *Ecce*, inquit, *quam expreſſe vult, quod in omni, in quo eſt peccatum vnius aduerſus alterum, ſi ille, qui deliquit, monitus caritatiue nõ emendauerit, debeat negotium ad Eccleſiæ iudicium deferri.* & infra: *Amen dico vobis, &c. vnde ly, quæcumq; vniuerſaliter dictum, ſicut ly, omnia; vnde ſicut Apoſtolus arguebat, & ponebatur ſupra, quod ſi ſubiecit ei omnia, nihil dimiſit non ſubiectum; ita & poſſum arguere, ſi quæcunque ſoluerit Eccleſia, ſint ſoluta, & quæcunque ligauerit Eccleſia, ſint ligata; nihil eſt, in quo Eccleſia non poſſit ſoluere, & ligare; vel vt accipiam logice, nihil eſt ligatum per Eccleſiam non ligatum in cælo, & tenet iſtud argumentum per quandam logicalem regulam, quod contraria per negationem poſtpoſitam æquipolleant: omne autem, & nihil; quæcunque, & nulla ſunt contraria, & ſic, nihil non, valet omnia, & nulla nõ valet quæcunque.* Hæc Cardinalis Epiſcopus Eduenſis. *Bertr. contra in epiſ. Petri de Lagn.*

CANONISTAE etiã concedunt poteſtatem ratione peccati cum Innocentio in cap. nouit de Iudic. itaq; eſt abſolute ſupremũ tribunal diuino iure in Eccleſia, quo boni protegantur, mali puniantur. Dixi abſolute, nam abſolute concludunt argumenta allata: abſolute enim, & ſimpliciter in omnibus offenſis poſſe nos recurrere docet Chriſtus; abſolute eſt facienda correctio, niſi forte ex circumſtantia differenda ſit, vel non facienda, quia emendatio nõ ſperatur, quod eſt vitio delinquentis; abſolute habet Eccleſia poteſtatẽ abſoluendi ab omni peccato: ergo argumenta ex hiſce deducta concludunt abſolute eſſe vim coactiuam in Eccleſia puniendi omnia delicta. Quod etiam habetur ex Græcis, & Latinis Patribus, Conciliis, Theologis, Canoniſtis.

Digitized by Google

OBIECTA NONNVLLA ADDVCVNTVR & confutantur. Cap. V.

Ocham lib. 2. tract. 2. partis 3. dial. c. 16.

OCHAM in ſuis Dialogis conatur reſpondere ad hunc Matthæi locum, itaque reſpondet primo: *Locus*, inquit, *Matthæi intelligitur, quando Princeps ſecularis negligens fuerit, tunc enim habet poteſtatem iudex Eccleſiaſticus*. Secundo: *Aliter*, inquit, *illis verbis non tribuitur aliqua poteſtas iudicibus Eccleſiaſticis, plus quam iudicibus ſecularibus: nam ibi non accipitur, Eccleſia, pro viris Eccleſiaſticis, qui Clerici appellantur, ſed pro congregatione fidelium, quæ laicos, & clericos comprehendit*: Tertio ait: *Tantum indicari ordinem, quo peccatores debeant corrigi, non tamen puniri, quia non maior tribuitur Eccleſiæ poteſtas, quam fratri corrigenti, & teſtibus, quare debet Eccleſia procedere, vt teſtes, corrigendo, & vltimo loco haberi debet delinquens tamquam ethnicus, & publicanus, idq; propter amorem iuſtitiæ, & propter bonum commune, vt boni inter malos quietè viuant*. Hæc Ocham. Quæ ex dictis facile eſt refellere: nam oſtenſum eſt, eſſe poteſtatem abſolute, ita vt Eccleſia poſſit iudicare, ſi vellet, omnes accedentes, niſi impedimento forent ſpiritualium, & maiorum progreſſui, & conſeruationi, & hoc non eſt defectu poteſtatis; ſed ſicuti minora ſunt recto ordine propter ſuperiora, ita debet minorũ vſus relinqui propter maiorum vſum; itaq; quorumcũq; hominum lites poſſet iudicare ſine præiudicio ſecularis fori: quod aduertit Durandus loco citato, Turrecremata, & alij, ita vt eſſet liberum laicis accedere ad tribunal Eccleſiaſticum, vel laicum. Confirmatur hoc, quia ita factum eſt, poſtquam Impp. facti ſunt Chriſtiani per longum

tempus ex inſtitutione Apoſtolica, vt dixi lib. 2. ex c. 6.primæ ad Cor.quare coniunxit locum hunc Baſilius cum illo Pauli explicans, ita tamen, vt ſuprema foret poteſtas Eccleſiaſtica, & veluti talis leges præſcribat ſeculari,& vti poſſit modo,quo c.2.lib.1.explicauimus; non ſolum, vt ait Ocham, cum negligens ſit princeps ſecularis, ſed ad progreſſum etiam rerum ſpiritualium vſque ad moralem terminum.

Ad ſecundam reſponſionem errat Ocham: nam ibi, *Eccleſia*,accipitur pro Epiſcopo, & viris Eccleſiaſticis, ita accipiunt plures ſummi Pōtifices, Clemens Romanus,Gregorius Magnus, Nicolaus Magnus, Innocentius III.& plura Concilia,& Patres,Cōcilia citata Meldenſe,& Colonien.& præterea Conſtantien.Tiburien. Senonen. noſtra tēpeſtate celebratum. Chryſoſtomus, Euthym.Anſel.Cyprianus,qui de Præſulibus Eccleſię explicant; & de viris Eccleſiaſticis intelligi, habetur etiam ex Auguſtino,Paciano Epiſc.Barcinonen.Hilar. Hieron.Beda,Theophy.& cæteris, & expreſſe ex Theologis diſt.19.lib.4.Canoniſtis in cap.nouit,de iudic.& patet manifeſta ratione; nam verba illa: *Quæcunque ligaueritis*, certum eſt de Apoſtolis,quibus cum Chriſtus loquebatur,intelligi, & certum eſt illa habere connexionem cum præcedentibus, quare neceſſario debent viri Eccleſiaſtici nomine, *Eccleſiæ*, intelligi.

Clem.lib.2. conſt. c.37. & 38. Gre. in ep.ad Io. Archi Conſtan. & in reſcripto ad Felicē.Sici. epiſc. & ep. ad Felicem Epiſc Meſſanæ. Nicol. ep.8.ad Mich.Imp. Innoc.in c. nouit. concil. Cōſtan. ſeſſ. 37. Tiburiē ſe ſub Arn. c.4.Senonē. in præfa.& decreto 1. Chryſo. Euthy. Anſel in cō.Cypr. epiſt.55. ad Cornel. & ep.76. Aug. con.ep. Parme.lib.3.c. c.2. Pacian. epiſt. 5. ad Sympro. Hilar. Hiero. Beda, Theophy.in com.

Ad tertiam reſponſionē, ſi velit Ocham non continuo procedendum vi punitiua, & excommunicatione, tranſeat: nam ſæpe admoneri ſolitos delinquētes,antequam punirentur,teſtatur Auguſt.in epiſt.54.ad Macedonium, & Chriſtus indicat; nā dicit prius reum vitandum tāquam ethnicū,& publicanum, quibus cū non erat cōſuetudō apud Hebræos,vnde vitio dabatur Chriſto,quod cum publicanis manducaret. deinde ſubiūgitur: *Amen dico vobis*; quare præcedit, vt vitemus conſue-

tudinē illius, qui Eccleſiam nō audierit,ſeu obedierit; ſumitur enim illic, vt ſæpe alias verbū,audire, loco obedire;ſubſequitur pœna infligenda ab Eccleſia poteſtate ligandi maiore,vel minore pro qualitate contumaciæ, & delicti,verbis vniuerſalibus expreſſa, quod dixerim, quia nō ſemper infligebatur pœna excōicationis:ſed re uera Ocham vult non intelligi vim vllā coactiuā,quod eſt contra SS.Patrū,Conciliorum, & Pontificū expoſitionē; & textum ipſum,cū ſtatim Chriſtus cum Apoſtolis loquens dicat: *Amen dico vobis:Quæcumque*,&c. & expreſſe eſt contra cómunem conſenſum Theologorū, qui ex hoc loco Matt.vim coercitiuā,& excōicandi colligūt, ut Alēſis, D.Tho.& Bonau.Scotus,Alber.Ricar. Durand.Marſil.Baccon.Argētina, Mayr. & alij. Adde quod Prælatus cū diſcrimine aſtringitur præcepto correctionis à priuatis: nam priuati lege charitatis,Prælatus ex officio lege iuſtitię, vt punire poſſit: qua in re peccauit Heli,qui corripuit quidē filios, ſed minus puniuit;vt adnotarūt Leo Magnus,Baſil.Cæſareus Epiſc. Arelat.Damian.Iſid.Peluſiota, Ambr. quare niſi velit ſubditus emendari,coercitiua vi poteſt Epiſcopus vti. hæc ad Ocham.Sequitur alia reſponſio Gabrielis:*Conuenit*, ait,*iudicium Eccleſiæ de omni peccato mortali iudicare,ſed in foro conſciētiæ,ſeu pænitentiali,non autem in foro contentioſo de peccato ſeculari,ſeu in rebus temporalibus,niſi in caſu quo peccans eſſe de iuriſdictione tēporali Eccleſiæ;aut quo poteſtas ſecularis eſſet negligens in corrigendo;aut dū peccatum quidē notum eſt,perſona vero incognita;quomodo aliquis excōicatur, qui cōmiſit hoc factum,licet fur ignoretur;vel in alijs caſibus,qui ad hos reducuntur.* ſic ille:ſed male. Nā oſtenſum eſt,non intelligi ſolum in foro interiori,ſed etiā exteriore,vt ex Patribus,Cōciliis,Pontificibus,& Theologis diximus, & patet manifeſte ex dictis ſupra;cum debeat cōuinci per

Alē.4. par. ſum. q. 21. memb. 2. a. 4. in ſolut. D.Thom.4. ſen.d.18. q. 2. a.1.Bon. ib.ar.1.q 3. in reſp. ad arg. Scotus & alij eod. lib. & diſt. Leo epi. 22. Baſi. ad interr. 47. Caſar.homi.8. Dami ep.2. ad Nico.Papā.Iſid.lib. 1.epiſ. 570. ad Cyrill. Ambroſ. Gabr. lect. 70.in cano. Miſſa, & acceptit ab Ocham 3. p. dial. tra.2. lib. 2. c. 13.

teſtes

Digitized by Google

teſtes delinquens, & ſic damnari iudicio Eccleſiaſtico: certe iam damnatus eſt peccatorum internis nexibus non obtemperãs Eccleſiæ; ergo cũ dixit Chriſtus Apoſtolis: *Amen dico vobis: Quæcumque ligaueritis*, &c. externa etiã vincula expreſſit per pœnas externas infligẽdas maiores, vel minores verbis illis, vt dixi, vniuerſalibus, *quæcumque*, prout expedire iudicabit Prælatus ad emendationem delinquentis, vel terrorem aliorum, ne & ipſi peccent. Sed quid multa? hæc ipſa verba Matth. exponit Gabr. de excõicatione 4. ſen. q. 2. ar. 2. vnà cum aliis Theol. & loquitur generatim de omnibus peccatis exemplum afferens ex Paulo, qui tradidit hominẽ Corinthum fornicarium Sathanæ. Per hæc patet reſponſio ad caſus, quos affert. Ad primũ, cum poteſtas abſoluta ſit in Eccleſia rerum temporalium, poſſent iudicari omnium accedentium laicorũ lites, quare diu exercuit Eccleſia iure diuino hanc poteſtatem, eamq; Auguſt. Ambr. & ceteri exercuere: ſed quo poſsint melius vacare rebus maioris momenti relinquunt laicis, itaque non ſolum iudicare poſſet eos, qui immediate ſunt & ſolum ſubiecti Eccleſiæ, ſed cæteros, quoties expediret ad progreſſum, & vtilitatẽ rerum ſpiritualium, cum Eccleſia tamquam domina ſuprema habeat ſub ſe ceteros tamquam inferiores dominos. Ad alterum caſum, quo dicebatur, poſſe ſe Eccleſiam intromittere, quoties eſt negligens ſecularis; iam dictum eſt de hac re, cũ reſpõderemus ad Ocham. Adde quod cũ paſtor proprius debeat nominatim cognoſcere ſuas oues, oportet, vt moralem quandam diligentiam adhibeat, quo cognoſcat ipſe, quænam oues ſint infectæ, quare tereri lege debiti iuſtitiæ dicit S. Thom. prælatum ad inquiſitionẽ de peccatis ſuarum ouiũ, quo corrigat, & ideo vbi peccatum publicum foret, & ceteris noceret, punire; cũ correctio ſpectet ad Prælatum ex offitio, non lege ſolum *D.Thom. 2. 2. q. 33. art. 2. in reſp. ad 4.*

Charita-

Charitatis, vt dicebatur ſupra. Ad vltimum caſum::
Iam ſi per teſtes conuincebatur reus, peccatum erat manifeſtum; & ideo cum conſequenter dicatur: *Amen dico vobis: Quæcumque*, erat cognitum delictũ, & delinquẽs; quomodo ergo dicit Gabriel, cum perſona ignoratur, poſſe ſolum punire Eccleſiam? quare retulimus ſupra
lib. 2. c. 2. ex conſtitutionibus Apoſtolicis ſolere illos, qui nollẽt ſtatutis Eccleſiaſticis acquieſcere, puniri: & ne putares id factum, quia nondum forent Principes ſeculares Chriſtiani, audi quid Auguſtinus dicat de hac re, Chri-
epiſt. 54. ſtianis iam Imperatoribus, in epiſt. ſupra citata ad Macedonium: *Nolentes autem reddere quos nouimus abſtuliſſe, & vnde reddant, habent, arguimus, increpamus, & deteſtamur; quoſdam clam, quoſdam palam, ſicut diuerſitas perſonarum diuerſam videtur poſſe recipere medicinam, nec in aliorum perniciem ad maiorem inſaniã concitari; aliquando etiam ſi res magis curanda non impedit, ſacri altaris communione priuamus.* Sic Auguſtinus. Itaque ſolutiones Ocham, & Gabrielis nullius ſunt momenti. Afferamus adhuc vnam, vel alteram obiectionẽ. Prima Obiectio; Vt cõcedamus eſſe penes Eccleſiã vim coercitiuã in rebus temporalibus, erit illa quidem, ſed tantũ ratione peccati, de hac enim videtur locus Matthæi intelligi. Reſpondeo ita eſſe, vt dixi lib. 1. cap. 2. nam licet Eccleſia habeat poteſtatem regendi, non debet punire, niſi cum quis ſubeſſe noluerit, ac propterea deliquerit; cæterum quiuis poterat recurrere ad Eccleſiam in omni re, qua ſe læſum eſſe putabat. Sic enim accipiuntur verba illa: *Si peccauerit in te*, id eſt, vt dicebat Hieronymus, *ſi in qualibet cauſa læſerit.* ita Geneſ. 42. *Numquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum?* & c. 40. *Accidit vt peccarẽt duo Eunuchi, Pincerna Regis Aegypti, & Piſtor Domino ſuo.* & licet in litibus ſoleat eſſe plerumque ex altera parte, apud quam non
eſt

eſt ius, iniquitas, poteſt eſſe, vt ſine perturbatione animi vnuſquiſque ius apud ſe eſſe iudicet, & ita eadem animi tranquillitate ad Eccleſiæ recurrat iudicium, quo ius fiat.

Secunda obiectio: Chriſtus per modum imperandi dicit: *Dic Eccleſiæ*: at iſto modo non poteſt adiri tribunal principis ſæcularis, cum adeundum Eccleſiaſticum aſſeratur. Reſpondeo: Non omnia, quæ per modum imperij dicuntur in diuinis litteris, præceptum eo modo dicendi continere; & quo relinquam interdum per modum imperandi fieri vaticinium, quod paſſim videre eſt in Pſalmis, in præſentia tantum poteſtas adeundi tribunal Eccleſiæ ſignificatur, vt voluerit Chriſtus oſtendere eſſe in Eccleſia tribunal, quo ius ſuum cuique tribui poſſit; patet hoc, quia poſſem equidem offenſus in re aliqua illam iniuriam, vel rem propriam, quam quiſquam vſurpauit, relinquere, quo lites vitarem; quare Chriſtus conceſſit poſſe adiri tribunal Eccleſiæ, ita accipiuntur ea verba Geneſis 1. *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terrã.* Certe non tã actu dominati ſunt primi parentes vniuerſis animantibus, quam poteſtate accipientes in illa dominium; ita in re noſtra propoſita. quare non derogatur poteſtati ſeculari in hoc ſenſu; & hæc ſatis.

TEM-

Digitized by Google

intelligebant diſcipuli, quid diceret ſicut & Euangeliſta teſtatur, dicens: Quando autem ſurrexit Ieſus, crediderunt verbo eius, & Scripturæ: & iterum alibi: Nondum enim ſciebant Scripturam, quod oportebat illum a mortuis reſurgere. Hactenus verba Chryſoſtomi. non videtur recedere ab hac expoſitione Athanaſius, ſeu alius Auctor inter opera Athanaſij in reſponſione ad q. 26. Anaſtaſius Epiſcopus Nicenus in quæſtionibus in ſacram Scripturam quæſt. 71. Titus in commentariis in Lucam, & Theophylactus, qui deinde ita explicat quid ſibi Chriſtus velit per ea verba (ſatis eſt) *Sicuti,* ait, *etiã nos, quando cum quodam conuerſantes videmus eum non intellexiſſe, quod diximus, dicimus bene, quamuis non ſit bonum, ſed ne conturbemus, remittimus. facit autem hoc Dominus, quando videt diſcipulos, non intelligere dictum, tranſit, & euentui rerum permittit explicare dictorum intelligentiam.* Sic Theophylactus, ſimilia Euthymius; itaque Græci, Chryſoſto. Athanaſius, Anaſtaſius, Theophylactus, & Euthym. figuratis verbis maxima imminere pericula dicunt Chriſtum voluiſſe ſignificare.

Quarta expoſitio affirmat, iuſſiſſe Chriſtum parari gladium, accipi peram; non tamen iuſſos Apoſtolos cædere, & occidere; ideo reprehenſus fuerit Petrus; hoc autem feciſſe hi dicunt Chriſtum, vt notũ fieret, ſe præuidiſſe pericula, & inſidias Iudæorum, quæ inſtabant, & habuiſſe ſe, & ſuos poteſtatem defendendi armis, tamen noluiſſe, quia ſponte pati volebat, quæ eſt Auguſtini, & aliorum ſententia, vt poſtea dicam.

Quinta expoſitio conuenit ex parte cum ſuperiori, & potius videtur quædam illius explicatio, aliquid adiungens ad ſententiam Auguſtini: volunt enim hi Patres ſignificari duobus gladiis non modo temporalem Eccleſiæ poteſtatem, qua ipſa Eccleſia defendi poſſit, ſed etiam ſpiritualem; vt alter gladius ſpiritualem, alter verò temporalem ſignificet facultatem,

quæ eſt plurium Patrum, Theologorum, & Canoniſtarum, & Pontificum ſententia, & conuenit (vt dixi) cum quarta expoſitione, adiungens potius aliquid amplius ad illam, quam ab ea diſcrepans, & in eã debere ire plures Græcos conſtat, vt ex eorum dictis poſtea oſtendã.

Primum argum. ex auctor. Patrũ.

1. Probatur itaque ex hoc loco Lucæ, temporalis Eccleſiæ iuriſdictio auctoritate Patrum, qui reuera vt verba ſonant, exponunt, Chriſtum iuſſiſſe arma parari, quod fecit Chriſtus, vt oſtenderet habere ſe, & ſuos poteſtatem defendendi armis; liquet autem per Apoſtolos Eccleſiam repræſentari, quibus ſi oſtenſum fuerit iuſſiſſe Chriſtum arma ferre, ad ſui defenſionem, iam probatum erit licere, & eſſe in Eccleſia iure diuino non modo poteſtatem defendendi ſe armis ſpiritualibus; ſed etiam temporalibus. Sic itaque explicat Auguſtinus libro 22. contra Fauſtum Manichæum cap. 70.

Auguſtinus

Hinc, ait Auguſtinus, *illud Petri nimirum indicium magnæ ferocitatis, cum euaginato gladio volens defendere Dominum aurem percuſſi abſcidit, quod factum Dominus ſatis minaciter cobibuit, dicens: Reconde gladium; qui enim gladio vſus fuerit, gladio cadet; ille autem vtitur gladio, qui nulla ſuperiore, ac legitima poteſtate, vel iubente, vel concedente in ſanguinem alicuius armatur: nam vtique Dominus iuſſerat, vt ferrũ diſcipuli eius ferrent, ſed non iuſſerat, vt ferirent. quid ergo incongruum. Si Petrus poſt hoc peccatũ factus eſt paſtor Eccleſiæ; ſicut Moyſes poſt percuſſum Aegyptiũ factus eſt Rector illius Synagogæ? vterq; enim non deteſtabili animoſitate, ſed emẽdabili animoſitate iuſtitiæ regulã exceſſit; vterq; odio improbitatis alienæ, ſed ille fraterno, iſte Dominico licet adhuc carnali; tamẽ amore peccauit. reſecandum hoc vitium, & eradicandum; ſed tamen tam magnum cor tamquam terra frugibus, ita ſerendis virtutibus excolendum.* Sic Auguſtinus: ex cuius verbis patet, quod dicebamus. nam conſtat voluiſſe apud Chriſtum eſſe auctoritatem tamquam in ſuperiore iubendi, vt ferrent arma Apoſtoli, erat itaque penes Chriſtum non ſolum

ſui

ſui defendendi cauſa, cum iure naturali ſit licitum ſe defendere, ſed veluti penes caput auctoritas imperandi, quo ferrent arma ad defenſionem Eccleſiæ, & ſuam. & dicit Auguſtinus, reuera imperaſſe, vt ferrent, non tamen, vt ferirent; quare re uera erat talis poteſtas in Chriſto tamquam ſuperiore. quod vero ſit penes Petrum: ſic apparet, quia imperatum eſſe a Chriſto ait Diſcipulis, vt emerent gladium, nimirum ad Chriſti, & cæterorum Diſcipulorum defenſionem.

Deinde, quia ait Auguſtinus Petrum poſt percuſſionem factum fuiſſe paſtorem Eccleſiæ, ſicuti poſt percuſſum Aegyptium Moyſes factus eſt Rector Synagogæ; conſtat vero Moyſem fuiſſe in temporalibus quoque principem, ideo pari etiam ratione factus erit etiam Petrus paſtor Eccleſiæ in temporalibus. Nec enim poteſt fieri ea limitatio, vt dicatur Auguſtinus in ſpiritualibus ſolum intelligere, cum abſolute dicat factum paſtorem Eccleſiæ, ſicuti Synagogæ Moyſes: tum quia demādatam eſſe tamquam a ſuperiore a Chriſto lationem armorum apparet Auguſtinum voluiſſe, quod certe non diceretur, niſi tranſmiſſa eſſet poteſtas temporalium a Chriſto: nam licebat Petro, & cæteris diſcipulis, etiam ſi Chriſtus non imperaſſet, ſe defendere; eſt enim defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ de iure naturæ.

Idem AVGVSTINVS eodem lib. cap. 77. cum docuiſſet recte bella geri, cum fiunt auctoritate Principis ob publicam pacem; & hoc tam in Veteri teſtamento, quam in Nouo per Chriſtianos Imperatores, licet multi in Nouo potius pati, & ſubire martyrium voluerint. hæc habet: *Si autem*, inquit Auguſtinus, *hoc mirum* (Loquitur cōtra Manichæos, dicētes nō debere bella fieri) *iſtis vanis videtur, quod aliud tunc Deus præcepit diſpenſatoribus veteris teſtamenti, vbi noui gratia reuelabatur, aliud*

prædicatoribus Noui teſtamēti, vbi veteris obſcuritas reuelabatur, attendant ipſum Dominum Chriſtum mutantem, quæ dixerat, & aliud dicentem; Quando miſi vos inquit ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? at illi dixerunt, nihil. dicit ergo eis, ſed nūc qui habet ſacculū, tollat ſimiliter et perā, et qui non habet, vēdat tunicā ſuam & emat gladiū. iſti certe ſi iſta diuerſa in teſtamentis ſingulis inuenerunt, veteri, & nouo etiam hoc clamarent, duo ſibi teſtamenta eſſe contraria, quid ergo nunc reſpondebunt? cum idem ipſe dicit, antea miſi vos ſine ſacculo, pera, calceamētis, & nihil vobis defuit; nunc autem, qui habet tunicam vendat, & emat gladium; iam ne intelligunt quemadmodum nulla inconſcientia præcipientis, ſed ratione diſpenſationis pro temporum diuerſitate, præcepta, vel conſilia, vel permiſſa mutentur? nam ſi dicunt, certi myſterij gratia hoc de tollendo ſacculo, & pera, & emendo gladium locutum fuiſſe, cur non admittunt certi myſterij gratia eundem Deum, nunc prophetas gerere bella iuſſiſſe, nunc Apoſtolis probibuiſſe? neque in eo quod ex Euangelio commemoraui, verba tantum Domini fuerunt, ſed obtemperantium quoque diſcipulorum facta ſequuta ſunt; nam & tunc ſine ſacculo, & pera iuerunt, & nihil eis defuit. ſicut eius interrogatio, & eorum reſponſio declarat, & tunc dixerunt ei, cum de gladio emendo iuſſiſſet: Ecce ſunt hic duo gladij; & ille reſpondit: Sufficit. hinc & Petrus armatus inuentus eſt, cum aurem perſecutoris abſcidit, vbi ſpontanea eius coercetur audacia, quia non vt iuſſus fuerat ferrum tollere, ita iuſſus fuerat ferire. latebat certe Domini voluntas, cur arma portare præcepiſſet, quibus eis vti voluiſſet: verumtamen ad illum cum ratione; ad iſtos autem ſine tractatione præcepta facere pertinebat. calumnioſa ergo imperitia Moyſes reprehenditur, quod bella geſſerit. Hactenus Auguſtinus. Ex cuius dictis colligitur temporalis Eccleſiæ iuriſdictio: vult enim probare Auguſtinus recte ab Imperatoribus Chriſtianis, in Noua lege bella moueri, quod negabant Manichæi; recte Moyſen in veteri lege bella geſſiſſe. hi vero bellabant pro Dei populo, & cauſa publica, auctoritate legitima, & publica; quare niſi penes Petrum fuiſſet poteſtas a Chriſto ſupremo capite demandata

mandata

mandata, & communicata pro defenſione Chriſti, & cauſa publica diſcipulorum nihil probaret adductus ex Luca ab Auguſtino locus; etenim vt ſe defenderent Apoſtoli priuata auctoritate iure naturali poterant, vt ſupra dicebamus, idcirco ait iuſſum Petrum, & iuſſos diſcipulos ferrum tollere, licet quia ſponte ferire auſus eſt Petrus, propterea fuerit reprehenſus.

Et Tomo 4. quæſt. 104. *Illud autem quod ante euntibus in via diſcipulis mandaſſe videtur, vt nihil tollerent in via, pacis eſt cauſa, & gratia virtutum, & affabilitas doctrinæ; quid enim opus erat tollere aliquid in via, quibus ſignorum cauſa omnia offerenda erant? at vbi tempus, quo ſe pati permiſit, aduenit, propter quod rixa magis, quam bellum imminebat, armatos iubet eſſe diſcipulos, non vt repugnaret, qui pati volebat; ſed vt dixi, vt præſcium ſe huius rei, & in poteſtate habere poſſeſſionem ſuam oſtenderet: humiliaret autem ſe humanæ ſalutis cauſa.* Sic Auguſtinus. qui pro temporis diuerſitate aſſerit iuſſiſſe armatos eſſe diſcipulos, quo oſtenderet in poteſtate habere paſſionem ſuam, poteſtate vtique a patre accepta rerum omniũ, quamuis maluerit pati ſalutis noſtræ cauſa. Sic itaque Petrus accepit veluti caput, & perſona publica poteſtatem in rebus etiam temporalibus, qua poſſit tueri Eccleſiam armis etiam temporalibus, pro loci, & temporis opportunitate, vt armentur Principes iubere, veluti Chriſtus iuſſit, vt armati eſſent diſcipuli. Quare idem AVGVSTINVS tomo 10. ſermone 107. hæc habet: *Iniicit manus turba, nectuntur vincula, detinetur iuſtitia, & traditur ab iniuſtitia; percuſſit ergo Petrus aurem pueri Principis. quare Petrus? quia ipſe accepit regni cælorum claues, & ſoluendi, ligandique ipſe adeptus eſt poteſtatem.* Sic AVGVSTINVS. cuius ſi verba ſuperioribus locis allata conſiderentur, & hæc modo dicta, apparet voluiſſe AVGVSTINVM diuinitus Petrum accepiſſe poteſtatem ferendi arma, dum ait, ideo percuſſiſſe,

Aug. in q. ex vtroque mixtim.

Digitized by Google

quia accepit ligandi, & ſoluendi poteſtatem, quamquam in eo paululum deliquiſſe dignoſcitur, quia non ſicuti acceperat poteſtatem, ita eſt vſus: volebat enim Chriſtus pati noſtræ ſalutis cauſa, & non armis ſe defendere, vt ipſe AVGVSTINVS ſe explicat. in eandem cum Auguſtino ſententiam iſſe videtur D. HIERONYMVS, cuius verba lib. 9. cap. 2. afferentur; nec apparet ab hac expoſitione BEDA eſſe alienus in comment. in Lucam, vbi hæc habet: *Duo gladij ſufficiunt ad teſtimonium ſponte paſſi Saluatoris, vnus, qui Apoſtolis audaciã pro Domino certandi, & Domino virtutem medicandi doceret ineſſe; alter, qui nequaquam uagina exemptus oſtenderet, eos nec totum, quod potuere, pro eius facere defenſione permiſſos*. Hæc BEDA, qui cum dicat, nec totum, quod potuere, pro eius defenſione facere permiſſos; vtiq; intelligit fuiſſe iure poteſtatem defendendi Chriſtum penes Apoſtolos, nec permiſiſſe Chriſtũ, quia ſponte pati volebat: & in hanc ſententiam plures ire videntur, vt poſtea referam ex AMBROSIO. ſed de temporali iuriſdictione aperte explicat S. BERNARDVS lib. 4. de Conſideratione, ad Eugenium Papam: *Quid tu vſurpare gladium tentas, quem iuſſus ponere in vaginam? quem tamen, qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis ſic: Conuerte gladium tuum in vaginam. tuus ergo, & ipſe tuo forſitan nutu, etſi non tua manu euaginandus, alioquin etſi nullo modo ad te pertineret, & ei dicentibus Apoſtolis, Ecce gladij duo hic, non reſpondiſſet Dominus, ſatis eſt, ſed nimis eſt. vterque ergo Eccleſiæ, & ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis: ſed is quidem pro Eccleſia; ille vero & ab Eccleſia exercendus eſt; ille ſacerdotis, is militis manu, ſed ſane ad nutum Sacerdotis, & iuſſum Imperatoris*. Ita Bernardus, qui eadem alibi repetit.

Hieronym. *Beda.* *Ambroſius.* *Bernardus.*

S. Hildeb. epiſt. 40. S. HILDEBERTVS Cænomanenſis Epiſcopus: *Duos in Cœna fuiſſe gladios, hoc quoque legit, & intelligit; vnus quidem Petrus in Malchum vibrauit, dum Malchus*

in

in Chriſtum manus extenderet: alter vero eductus fuiſſe non legitur; apte profecto inuentus eſt vterq; apud diſcipulos Chriſti: membrum enim Chriſti Rex, membrum Chriſti Sacerdos, ſcienti loquor, noſti gladium Regis, noſti gladium Sacerdotis; gladius Regis cenſura Curiæ; gladius ſacerdotis Eccleſiaſtica rigor diſciplinæ: hoc Euangeliſtam figuraſſe legiſti dicentem, Domine, ecce duo gladij hic. Sic Hildebertus. eadem ante Bernardum PETRVS DAMIANVS, cuius verba referemus libro 9. in ipſius teſtimoniis.

S. ANSELMVS: *Nota*, ait, *duos eſſe gladios in Eccleſia, alter materialis, alter ſpiritualis: ſed ſpiritualis non niſi volentes; materialis etiam cogit nolentes; plures enim gladio, quam ſtola coguntur in Eccleſia; ſunt & miniſtri ſæculares, a quibus temporalia, & ſpirituales, a quibus debent tractari ſpiritualia. datur ergo materialis gladius carnalibus; ſpiritualis autem miniſtris ſpiritualibus; quod quia Petrus, qui figuram ſpiritualis gerit, materialem gladium quodammodo exercuit, dum auriculam ſerui amputauit, a Domino increpari meruit, vnde ſubdit: Conuerte gladium tuum in locum ſuum, quaſi dicat, ceſſet vindicta, & exhibeatur patientia, vt patientiam noſtros doceamus, non vindictam; omnis enim, qui acceperit gladiũ, gladio peribit. turba aduerſus Dominũ gladiis armata proceſſerat, & ipſe recondi gladium præcepit; ſignificans quia eos non humano, ſed oris ſui gladio eſſet perempturus.* Sic Anſelmus, aſſerens vtrumque gladium eſſe in Eccleſia, & pro Eccleſia indicat exerceri debere, cum ait (plures enim gladio, quam ſtola coguntur in Eccleſia) quibus vult eſſe propter Eccleſiam, quamuis dicat exercendum à ſæcularibus, non negans auctoritatem eſſe penes Sacerdotes, ad quorum nutum debeat exerceri. *S. Anſel. in commen. in Matth. in c. 27.*

VGO Abbas S. Victoris: *Sunt etiam duo gladij, quos in Chriſti paſſione ad defenſionem Petrus parauit, vnus ſcilicet corporalis, qui ſecundum legem Veterem pœnam peccantibus irrogat, alius vero, qui ſecundum Nouam legem ſpiritualiter culpas feriens, homines ſanat*, & cætera. & lib. 4. miſcell. 2. tit. 16. eadem fere *Vgo Miſcel. lib. tit. 49.*

fere docet, & vtroſque gladios relictos Paſtoribus & Prælatis Eccleſiæ affirmat.

Anton. hiſt. par. 1. tit. 1. §. 3. S. ANTONINVS: *Habuiſtis,* inquit, *abundanter neceſſaria me præſente, deinceps autem, quia perſecutionem patiemini, non dabuntur vobis iſta, & ideo concedo vobis, vt pro neceſſitate de his vobis prouideatis; non ſolum de victualibus ad viuendum, ſed de armis ad defendendum, cum oportet. Dixerunt autem diſcipuli: Domine, ecce duo gladij hic, vnus ſcilicet, qui incidat aurem ſerui, & appareat virtus Domini in ſanando; alter qui non euaginetur, vt oſtendatur non fuiſſe factam omnem defenſionem, quæ poterat, pro Domino. Dixit ergo Ieſus: Satis eſt. habet Eccleſia vtrumq; gladium.* Hæc Antoninus. qui non diſſimili modo cum Beda explicat.

Cõcil. Late. ſeſſ. 11. Conueniunt cum hac expoſitione Pontifices BONIFACIVS Octauus in Extrauaganti, Vnam ſanctam, de maioritate, & obedientia, quam Extrauagantem confirmauit, & approbauit CONCILIVM Lateranenſe ſub Leone X. Eodem modo Lucam explicat

Greg. Non. GREGORIVS Nonus in epiſtola ad Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum. afferemus horum Pontificum verba aliàs commodius: nunc videamus, an eodem modo exponant Theologi, & alij Doctores.

THEOLOGORVM, ET DOCTORVM auctoritate; multis præterea rationibus eadem temporalis Iuriſdictio ex adducto Lucæ loco concluditur. Cap. VII.

NON modo Patres, & Pontifices adductum ex D. Luca locum de temporali iuriſdictione exponunt, ſed multi etiam Theologi, & Doctores.

ALENSIS 3. parte ſummæ Q. 33. membro 2. art. 4. in reſponſionibus ad argumenta: *Ad*

Aliud

Digitized by Google

Aliud, quod obijcit de Imperatore, quod ordinatur a Papa, dicendum, quod verum eſt, quod recipit poteſtatem a Papa ad puniendum maleficos, executionem autem poteſtatis accipit a lege, a Deo ergo per Papam recipit auctoritatem, vt ſit miniſter legis, & iuſtitiæ diuinæ. Vnde Auguſt. in quæſtionibus Leuitici; Cum homo iuſte occiditur, lex occidit, non tu (dicit Iudici ſæculari) ſi autem obijciatur, quod ille facit cuius auctoritate fit, vnde Papa, & Epiſcopi, qui habent Præpoſitos Iudices *ſanguinis, videntur occidere. dicendum quod eſt auctoritas iubendi, & eſt auctoritas innuendi; in auctoritate iubendi ſequitur, ille facit, cuius auctoritate fit, in auctoritate vero innuẽdi non ſequitur. Eſt autem auctoritas iubendi, occidere maleficos penes Imperatores; auctoritas vero innuendi penes Papam, & ſacerdotes. eſt autem iſta innuitio, diuinæ legis (vt dictum eſt) prædicatio, & vt Principes legi diuinæ obediant exhortatio; vnde Bernardus in 4. lib. de conſideratione ad Eugenium oſtendit, qualiter vterque gladius eſt Eccleſiæ, materialis, & ſpiritualis, ſed quod gladius materialis pertineat ad eam quantum ad nutum, non quantum ad iuſſum, & ad vſum, & verba ſunt, Qui gladium materialem tuum negat, non ſatis mihi videtur oſtendere &c.* Eandem Bernardi expoſitionem habet Alenſis in eadem 3. parte q. 45. membro 3. ar. 2. §. 2. & alibi reperit, & probat Bernardi expoſitionem.

RICARDVS de Media villa lib. 4. ſent. diſt. 37. *Vtrumque* inquit *gladium habet Eccleſia, ſed ſicut dicit Bernardus, vbi prius, materialis eſt exercendus pro Eccleſia militis manu, ad nutum Sacerdotis, & iuſſum Imperatoris, ſpiritualis autem eſt ab Eccleſia exercendus.* eadem cum D. Bernardo docet S. BONAVENTVRA ibid. d. 37. **Ricardus** **Bonauent.**

EGIDIVS Romanus parte prima de poteſtate Eccleſiaſt. cap. 3. *Quæ autem ſunt, a Deo ordinata ſunt; ſi ergo ſunt, duo gladij vnus ſpiritualis, & alter temporalis vt poteſt patere ex ſententia Euãgelij: ecce gladij duo hic, vbi ſtatim ſubiungit Dominus, ſatis eſt, ideſt hi duo gladij ſufficiunt in Eccleſia; oportet autem hos duos gladios, ideſt has duas auctoritates, & poteſtates a Deo eſſe, quia vt dictum eſt, non eſt poteſtas niſi a Deo, ſimiliter oportet hæc ordinata eſſe, quia*

vt tangebamus, quæ ſunt a Deo, oportet ordinata eſſe: non eſſent autē ordinata, niſi vnus gladius reduceretur per aliū, & niſi vnus eſſet ſub alio, quia vt dictum eſt per Dionyſium, hoc requirit lex diuinitus. quæ eadem verba ab ipſo Egidio deſumpſiſſe apparet Bonifacium in extrauagāti, Vnam ſanctam, cum Egidius ipſi Bonifacio dicarit lib. de poteſtate Eccleſiaſtica..

Bertrand. Cardinalis

BERTRANDVS Cardinalis, & Epiſcopus Eduenſis contra ineptias Petri de Cugneriis: *Textum Lucæ, quem Dominus Petrus allegabat pro ſe, volo eum percutere baculo ſuo; dicebat enim (& in hoc bene) quod per duos gladios intelligebantur duæ poteſtates, videlicet temporalis, & ſpiritualis, ſed penes quos voluit eſſe iſtos duos gladios? certum eſt, quod penes Petrum, & alios Apoſtolos: Petro autem ſucceſſit Dominus Papa, Apoſtolis autem ſuccedūt alij Epiſcopi: ſicut Diſcipulis Curati, vt apparet in gloſſa Lucæ 10. ex quo arguo ſic, Per duos gladios intelliguntur prædictæ duæ poteſtates, ſed Chriſtus voluit eſſe illos duos penes Eccleſiam, ergo & vtramque poteſtatem. ſed dices, quod Chriſtus reprehendit Petrum, quia percuſſit gladio temporali, amputando auriculam, dicens ei: Conuerte gladium tuum, &c. ſed hoc non valet. Chriſtus enim non dixit Petro, quod expelleret a ſe talem gladium, ſed reponeret in vaginam penes ſe ſeruandum in vagina, vt daret intelligi, quod talis poteſtas etſi ſit penes Eccleſiam, tamen eius exercitium quantum ad cauſam ſanguinis in noua lege, vult eſſe in manu iudicis laicalis, ſecundum nutum vero & imperium penes ſacerdotem.* Hæc Cardinalis, & Epiſcopus Eduenſis.

Mayron.

FRANCISCVS MAYRON in quodlibetis q. 11. *Dicente Domino, qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium, dixerunt Apoſtoli, Ecce duo gladij hic, & iſti duo gladij accipiuntur a Doctoribus communiter pro iuriſdictione duplici, ſcilicet ſpirituali, & temporali, quam Apoſtoli emerunt vendentes tunicas ſuorum corporum, & emerunt gentium fidem. dicunt tamen aliqui, quod ſecundum dicta B. Dionyſii myſtica Theologia non eſt argumentabilis, & quia illa expoſitio eſt myſtica, ideo non habet fidem. iſtud tamen dictum non eſt reale, quia vbi expoſitio non poteſt dari*

iuxta

iuxta litteram in ſuperficie, tunc illa expoſitio, quæ videtur eſſe myſtica eſt litteralis; & ſic eſt in propoſito: hæc ille,& in hanc expoſitionē iſſe,illi vidētur, qui duplicē gladium habere Eccleſiā dicunt; alludūt enim cū ſupradictis ad Lucæ locum;ita HENRICVS Gandauenſis, ANTISIODORENSIS, PETRVS Tartaretus, ALBERTVS Crantius citatus lib. 1. c. 21. ſic etiam cū Auguſtino vel Bernardo explicant D. Lucam DIONYSIVS Carthuſianus, VGO Cardinalis, LYRANVS, IOANNES a Turrecremata, THOMAS Morus illuſtris noſtro tēpore Martyr, NICOLAVS Sanderus, AMBROSIVS Chaterinus, CAIETANVS, & alij quorum verba adduximus lib. 12. in claſſibus Theologorum.

Henricus Antiſiodor. Petrus Tartaret. Dionyſius. Vgo. Turrecr. Thomas Morus. Sanderus.

3 Conueniunt cū Theologis CANONISTAE, ita ABBAS Panormitanus in cap. nouit de iuditijs: *Chriſtus* ait *vtramq; poteſtatē in hoc ſæculo exercuit, quando voluit, vnde flagello facto de funiculis eiecit vendentes, & ementes de templo, chatedras vendentium columbas euertit, & menſas nummulariorum, vt habetur Matth. 21. Marci 11. & 19. c. ex multis: vnde in Pſal. Deus iudicium tuum regi da &c. & hanc ſimplicem poteſtatem in Petrum tranſtulit dicendo, paſce oues meas, non diſtinguēs in modo paſcendi, immo cum Petrus diceret ecce duo gladij: Chriſtus reſpondit, ſatis eſt, non dixit, nimis eſt, item cum vellet vti gladio prohibuit dicens, mitte gladium tuum in vaginam; non dixit abijce gladium, ſed tantum prohibuit executionem, omnia enim illa ſunt penſanda, cum Chriſtus fere ſemper loqueretur figuratiue*. hactenus Panormitanus,& vna cum illo pari modo explicāt INNOCENTIVS, HOSTIENSIS, IOANNES Andreas, ARCHIDIACONVS, & cæteri,ſicut oſtendimus lib. 13. in teſtimonijs Canoniſtarū.

Tertium argum. ex Auctoritate Canoniſt.

4 Sed agamus iam rationibus. Plura ſunt,quæ perſuadēt reuera Chriſtū voluiſſe emi & parari gladium, quo oſtenderet habere ſe, & ſuos publicam poteſtatem defendendi, & in primis verba illa, quę antecedunt:

Quartum Argum.

Digitized by Google

Nunc qui habet ſaceulum, tollat ſimiliter & peram, & qui non habet, vendat tunicam ſuam. hæc enim verba prout ſonant, non ſolum explicantur ab illis Patribus, quos retulimus in 5. & 4. expoſitione, ſed ab ipſis Græcis, quos citauimus in 3. ita Chryſoſtomus: *Manifeſtum inquit eſt Petrum habuiſſe ſandalia, vnde Angelus cum eum dormientem excitauit & e carcere educeret, ait, caliga te ſandalibus tuis, & circumda veſtimentum tuum, & ſequere me: & Paulus Timotheo ſeribit, penulam, quam reliqui Troade apud Carpum cum venies affer, & libros, præſertim membranas. quid dicis Paule? Chriſtus iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius ſandalia?* & infra *Quæritur, quare Chriſtus contraria præceperit; nam interdum dicit: Ne poſſideatis peram: interdum autem: Qui non habet marſupium, tollat & peram, quare hoc fecit? ſane hoc admodum digne fecit pro ſua ſapientia, curaque quam pro Diſcipulis gerebat; ab initio enim vocationis hoc faciebat, vt diſcipuli periculum virtutis ſuæ facerent, et poſt hoc in orbem terrarum exituri hoc exemplo animati ſe magis fiderent. verum vbi iam potentiam ſuam agnoſcere cæperunt, voluit vt & ipſi domi ſpecimẽ aliquod præberent, permiſitque ipſos ſuas ferre tentationes, ne ſcilicet perpetuo otioſi reſiderẽt.* & in commentariis in Matth. homil. 85. *illi dixerunt duos ſe gladios habere, ad quod Chriſtus, ſatis eſſe reſpondit, cur igitur hoc permiſit, vt facilius crederent, quia traderetur, propterea dixit eis, emite gladios, non vt percutiant animat, ſed vt prædicationem hac re ante oculos ponerent., quare autem & peram addidit? vt eos erudiret ſtudere, ac vigilare multum, quoniam proprio vſui ſtudio ſint; nam in principio quidem quaſi rudes, ac teneros virtute ſua fouebat, nunc autem quaſi e nido pullos educens ſuis etiam pennis vti hortatur.* ſic Chryſoſtomus. Volens reuera, vt vterentur quaſi ſuis pera, & cæteris, & cum Chryſoſtomo etiam pari modo exponit Oecumenius in commentarijs in Acta Apoſtolorum cap. 18. Theophylactus: Euthym.

Chryſoſt. in ea verba Pauli, Saluta Priſcam & Paulam Tom. 4.

Oecumen. Theoph. in commen. in Lucam.

Ex his autem deducitur argumentum ad litteram, Chriſtus loquitur de ſacculo, & pera, vt conceſſum ſit ad humana confugere ſubſidia pro temporum diuerſi-

tate

tate, vt propterea calceis Petrus deinceps vſus fuerit & penula Paulus: At eodem modo debemus loqui de gladio, etenim eodem modo de his omnibus loquitur Chriſtus, vt tollant peram, & emant gladium, quare ſi Chriſtus dedit poteſtatem, quo peram tollerent, & ſimiliter, vt emerent gladium, cum enim vnico contextu iſta omnia copulatiua oratione nullis alijs interiectis dicantur, non eſt veriſimile in vno contextu, tam paucis verbis latere voluiſſe tantam æquiuocationem, vt alio modo intelligantur illa verba, *Qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram,* & alio modo quod ſtatim ſequitur*: Vendat tunicam, & emat gladium;* ſi itaq; Chryſoſtomus, & Græci volunt illis verbis(tollat & peram)poteſtatem dediſſe peræ ferẽdæ,quo Apoſtoli confugerent ad humana auxilia, & pari ratione ferendi arma, ſeu armorum poteſtatem.

5 Certe Chriſtus ad eundem finem hæc omnia dixiſſe videtur, nimirum licere tempore iniquo, quando abundat malitia ad humana præſidia confugere, quando diuina reſpuunt ſcelerati, cur itaque non eodem modo debemus accipere de pera, & gladio? cur non conceſſiſſe humanam poteſtatem rerum temporalium, vt quando iniqui homines nollent timere diuina arma, confugeremus ad alterum gladium pro Eccleſiæ defenſione, eamque defendere debeant Reges ad nutum Vicarij Dei, quo improbi terrerentur; coguntur igitur tertiæ expoſitionis Doctores in hanc noſtram ire ſententiam, vt reuera explicent de gladio emendo, quo poteſtatem Chriſtus oſtenderet ſe habere Eccleſiam defendendi altero etiam gladio. *Quintum Argum.*

6 Senſus litteralis(quãdo commode fieri poteſt)debet attendi, & eius præcipue ratio habenda eſt, vt ex Baſilio habetur: *Ego* inquit ille *cum ferrum audio, ferrum intelligo, & ſtirpem, & piſcem, & iumentum, omnia vti di-* *Sextum argument. Baſil. congreſſ. 9. in Hexamer.*

cta

cta ſunt. ita accipio; atqui id ſonant apices, & litteræ reuera emendum gladium, quod certe propter aliquem finem præcepit Chriſtus; conſonum vero videtur, vt oſtenderet ſe, & Eccleſiam ſuam habere poteſtatem defendendi etiam gladio temporali, licet vti nollet; ita Matth. 17. oſtendit ſe cum Petro eſſe immunem a ſolutione tributi, quod tamen ſoluere voluit ad euitandum ſcandalum; ita hic ſimili modo parari gladiũ præcepit, quo oſtẽderet ſe veluti Regẽ habere poteſtatẽ iuditiariã rerum temporaliũ, quamuis vti deinde noluerit, & hanc poteſtatẽ gladij nomine intellexit: nã gladij nomine cõſueuit accipi in diuinis litteris tẽporalis poteſtas, ita Rom. cap. 13. loquens Paulus de Principe ſæculari, *Dei Miniſter eſt tibi in bonum, ſi autem male feceris, time, non enim ſine cauſa gladium portat*, hæc ille: vbi gladij nomine iudiciariam poteſtatem rerum ſæcularium intelligit vt inter cæteros adnotauit Anſelmus: & Apocal. 15. *De ore eius* Chriſti *procedebat gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipſo percutiat gentes, & ipſe regat eas in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris, & habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, Rex Regum & Dominus Dominantium*: hic etiam gladij nomine poteſtas ſuprema etiam rerum temporalium exprimitur, itaque Chriſtus conſueto loquendi modo in diuinis litteris gladij nomine temporalem poteſtatem expreſſit.

Anſel. in Comment.

Septimum Argum.

7 Ad hæc cum reſponſum tuliſſent Apoſtoli: *Ecce* inquiũt *duo gladij hic*: Chriſtus annuens *ſatis* eſſe reſpondit, non dixit, Nolite arma parare, non de armis, & gladijs intelligo, cum dixi vobis, emite gladium.

Certe Chriſtus cum ſymbolice loquebatur, nec intelligebatur ab Apoſtolis, conſueuit corrigere eorum errorem, vel ſuum declarare ſermonem, aut ipſe Euangeliſta declarat, quare cum nec declarauit Chriſtus, nec Euangeliſta, reuera apparet voluiſſe arma parari,

& duo

& duo gladij erant ſufficientes ad eum finem, propter quem ipſe parari volebat, nimirum vt oſtenderet ſe habere publicam veluti Regem poteſtatem, ſe & Apoſtolos defendendi; noluerit tamen quo ſe ſponte pati conſtaret.

Quod autem ſolitus ſit Chriſtus ambiguitatem ſui ſermonis declarare, vel craſſitiem aperire, aut increpare diſcipulos minus intelligentes, veluti craſſos, aut alijs modis myſterium indicare, veluti illis verbis, *qui poteſt capere capiat*, itemque alijs, *qui habet aures audiendi audiat*, aut certe ab Euãgeliſtis declarari, apparet pluribus in locis Matth.15. explicauit parabolam zizaniorum: *Vobis*, inquit, *datum eſt noſſe myſterium Dei, cæteris autem in parabolis*. Lucæ 8. *& ait Ieſus quis eſt, qui me tetigit? negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui eum illo erant, præceptor turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis, quis me tetigit? & dixit Ieſus, tetigit me aliquis, nam & ego noui virtutem ex me exiſſe*, En vt Chriſtus explicat, de quo tactu loqueretur ſignificans non vulgarem con tactum ſe velle ſignificare. Marci 8. *Videte* ait Chriſtus *& cauete a fermento Phariſæorum, & fermento Herodis, & cogitabant ad alterutrum dicentes, quia panes non habemus, quo cognito ait illis Ieſus, quid cogitatis, quia panes non habetis, nondum cognoſcitis, nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor veſtrum?* Ioan. 2. *Dicit eis Ieſus, Lazarus frater noſter dormit, ſed vado, vt a ſomno excitem eum dixerunt ergo diſcipuli eius, Domine ſi dormit, ſaluus erit, dixerat autem Ieſus de morte eius; illi autem putauerunt, quia de dormitione ſomni diceret, tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſte, Lazarus mortuus eſt.* & cap. 10. *Proprias oues vocat nominatim, & educit eas, & cum proprias oues emiſerit ante eas vadit, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius, alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. hoc prouerbium dixit eis Ieſus, illi autem non cognouerunt, quid loqueretur eis. dixit ergo eis iterum, Ieſus: amen amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium, omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones.* Ioan. 4. *Interrogabant*

rogabāt eum diſcipuli: Rabbi mãduca. ille autẽ dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis? dicebant ergo diſcipuli adinuicem, nunquid aliquis attulit ei manducare, dicit eis Ieſus, meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius. cap. 2. *reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? reſpondit Ieſus, & dixit eis, ſoluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, dixerunt ergo Iudæi, Quadraginginta, & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud, ille autem dicebat de templo corporis ſui:* ita etiam cum minus Apoſtoli quid loqueretur intelligerent, ſolent Euangeliſtæ ſignificare: ſic in Trãſfiguratione cum dixit Petrus *Bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis, faciamus hic tria tabernacula tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum*; ad quod Petri dictum licet Chriſtus minus reſponſum vllũ tulerit, ideo eſt, quia non interrogatus a Chriſto protulit Petrus. nec decebat, vt Chriſtus qui in maieſtate erat cum Moyſe, & Elia loquens, Marcus autem & Lucas explicant minus recte dictum a Petro verbis illis; non enim ſciebat, quid diceret, & apud Marcum cum Chriſtus prædiceret ſuam mortem, fore autem vt die tertia ad uitam rediret: *At illi* inquit Marcus *ignorabant verbum*, & ad Matrem filiorum Zebedei dictum eſt, *neſcitis quid petatis* & cætera huiuſmodi reperies. itaque cum tuliſſent reſponſionem Apoſtoli ad Chriſti verba de emptione gladij duos eſſe ibi gladios aſſerentes, nec Apoſtolos Chriſtus reprehendit, vt conſueuit, nec Chriſtus explicauit, aut aliquis Euangeliſtarum tanquam minus recte dictum, argumento eſt reuera Chriſtum, cum ſatis eſſe dixit, voluiſſe gladios emi, & reuera ſatis eſſe eos gladios ad eum finem, ad quem paratos eſſe, vel debere emi Chriſtus aſſeruit.

Octauum Argum. 8 Negari non poteſt Chriſtum verbis illis proſtraſſe tribus vicibus Iudęos obuiam illis ſponte factũ, cum dixit: *Ego ſum*, quo oſtenderet ſe non inuitum proceſſiſſe

Digitized by Google

ſiſſe, aut comprhendi a Iudæis, vnde *Dicebat illis, quotidie eram in templo docens, & non tenuiſtis me, ſed hæc eſt hora veſtra, et poteſtas tenebrarum: Fecit hoc Ieſus* ait Chryſoſtomus *demonſtrans non ſolum non poſſe eos capere, ſed ne medium quidem videre, niſi ſe ipſum traderet*. & Cyrillus, *Sponte præuenit Chriſtus, & obuiam factus nec ſe ignorare, quæ fiebant oſtendit, & potuiſſe facile præſcius effugere demonſtrat, niſi vltra ad paſſionem progrederetur*, & mox, *interrogat vero, quem quærunt, non quia ignoraret, ſed vt eos argueret, qui nec cognoſcere quidem poterant ipſum, & nos docet non potuiſſe capi, niſi vltro ſe quærētibus offerret:* id ipſum etiam alij adnotarūt. Vſus eſt etiam hoc miraculo, quo tueretur Apoſtolos, nam cum verbo Chriſti proſtrati eſſent Iudæi: *Si me quæritis*, ait, *ſinite hos abire:* quod adnotarunt citati Patres, & cæteri, & ipſe contextus oſtendit.

9 Ex quibus colligo aliud argumentum: Sicuti conueniens fuit, vt oſtenderet Chriſtus, diuinam potentiam, verbo ſuo proſternendo Iudæos, quo ſe ſponte pati appareret, & tueretur Diſcipulos; ita etiam ſuo modo humano præſidio conueniens erat, vt oſtenderet ſe poſſe vti, & poſſe ſe & ſuos armis defendere; tum quia ita magis oſtenditur ſpontanea Chriſti paſſio, vt cum poſſet diuino, & humano præſidio ſe, & ſuos defendere, carere hiſce voluerit noſtræ ſalutis cauſa; deinde vt magis Chriſti meritū appareret, cum licite poſset vti humanis præſidiis, & eſſet omnium hæres, & Dominus ſecundum humanam naturam, ad tam vilem conditionem veluti mancipium deſcenderit, vt ſe comprehendi permiſerit. Præterea conueniens erat, vt oſtenderet, ſe nullo timori ſuccumbere, & ſe armis poſſe defendere paucis illis diſcipulis, quibus poſſet perterrefacere Iudæos, & eorum armatam cohortem; ſicuti pauciſſimis in Veteri teſtamento militibus præclariſsimas retulerunt duces Hæbreorum victorias, vt in

 Gedeone

Gedeone, & alijs apparet, & præſertim in Sampſone, qui manibula aſini mille percuſſit viros, vt ad litteram impleretur, quod cecinit Moyſes: *Quando perſequebatur vnus mille.* quemadmodum itaque Sampſon Iudex a Deo electus in populo hebræo manibula aſini tot fugauit Philiſtęos: pari etiam ratione id agere Chriſtus poterat; quare Chriſtus cum mitiſsimus foret, & vellet abſtinere a cæde hominum, flagellis tamen cecidit, & eiecit negotiatores homines de templo; ſemel initio ſuæ prædicationis: vt eſt apud Ioannem cap. 2. vbi legitur Chriſtus nummulariorū æs effudiſſe, & menſas ſubuertiſſe; iterum vero in fine ſuæ vitæ, paulo antequam moreretur, vt habetur Matth. 21. Mar. 11. Lucæ 19. & tamen tanquam ſtupidi Iudæorum principes, non auſi ſunt iniicere in Chriſtum manus; nec illi quorum æs erat effuſum, & menſæ ſubuerſæ, cum eos inſtar puerorum flagellis cecidiſſet. *Præſens enim hiſtoria* (vt ait Origenes) *non minus mirabilis eſt, quam geſta miracula, quin etiam virtutem maiorem pronūtiare poſſumus, quā quod in Cæna Galilææ ſit aqua in vinum mutata; nimirum quod illic inanimem materiam mutauit: hoc vero in loco tot myriadum ingenia præſtantiſſimaſque animæ partes ſubiugarit.* ſic Origenes oſtendēs Chriſti potentiam cum iactura etiam rei temporalis hominum illorum, qui vendebant, quorum æs effudit, cathedras, & menſas euertit, & magna ignominia flagellis inſtar puerorum ceciderit. Conueniens itaque erat, vt oſtenderet regiam etiam, & iuditiariam rerum temporalium poteſtatem, qua ſponte carere voluerit, & inſtar ouis ad occiſionem voluerit duci, & ſatis ideo eſſe duos gladios dixerit, quia paucis illis poterat ſe defendere hæres Chriſtus a Deo iuxta humanam naturam vniuerſorum conſtitutus.

Origenes in Ioan.

Decimum argumen.

10 Poſtremo ad hæc omnia adiungimus haud ſpernendam

nendam rationem, quæ eſt D. Bernardi aliorumque Patrum, & doctrina inſignium Pontificum Bonifacij 8. & Gregorij Noni, & eruditiſſimorum Theologorum, Alenſis, Bonauenturæ, Ricardi, & aliorum. Ratio colligitur ex verbis Chriſti, vbi cum Petrus percuſſiſſet ſeruum Principis Sacerdotis: *Reconde* inquit Chriſtus *gladium tuum in vaginam:* & eſt ratio huiuſmodi: Gladij nomine intelligitur iuditiaria rerum temporalium poteſtas, vt ſupra eſt oſtenſum: ſed Chriſtus dixit Petri eſſe gladium: *Reconde* ait *gladium tuum:* eſt itaque Petri iuditiaria poteſtas rerum etiam temporalium. Verum ſtatim ad hanc rationem quis occurret aſſerens, hoc dictum conſueto modo loquendi perinde ac ſi quiſquam cohibere aliquem vellet, ne alterum percuteret, & occideret: repone (diceret) gladiũ tuũ in vaginam: quare non habetur ex illis verbis, niſi eum gladium eſſe Petri, non autem publicam aliquem habere per Chriſtum tranſmiſſam iuditiariam rerum temporalium poteſtatem. Verum cõtra hanc reſponſionẽ plura faciunt (præter auctoritatem tot Doctorum, Auguſtini, & cæterorum, vt oſtendimus, qui de poteſtate a Chriſto tradita exponunt) vt reuera dederit poteſtatem ferendi gladium, licet non vt percuteret, non opus eſt ea repetere. deinde quamobrem Chriſtus non dixit potius, cur gladium tuliſti? cur non reprehendit craſſitiei, quod non bene intellexit? cur non dixit, abijce? cur emendum gladium iuſſit, vel ſi minus iuſſit, cur ſatis eſſe gladios duos loquutione ambigua reſpondit? cur & ne gladium ferret Petrus, quem ſecum duxit ad orandum Patrem, prohibuit?

D. Bern. Bonif. viij. Grego. ix. Alẽſ. Bona Ric. Locis ſupracitatis.

Accedit quod ſicuti non erat gladius Petri ad percuſſionem, & vſum, ita nec ad poteſtatem, ſi nullo modo pertineret gladius ad Petrum; non ſolum tanquam res propria, ſed quo ad poteſtatem ſignificatã per gladium,

dium, & tamen Chriſtus addidit, vt eſt tam apud Ioannem, quam apud Matthęum pronomen (tuum) quare niſi poteſtate eſſet Petri, non dixiſſet gladiũ tuum; *Singuli* inquit Hieronymus in commentariis (ſeu alius auctor ille fuerit) in cap. 3. epiſt. ad Eph. *Sermones, ſyllabæ apices, & puncta in diuinis ſcripturis plena ſunt ſenſibus*, & Chryſoſtomus *Non ſyllaba uel articulus eſt in ſacris litteris, in cuius profundo non ſit grandis quiſquam theſaurus* & Baſilius homil. 10. in Geneſim: *Dicere aliquod verbũ eſſe in ſcriptura otioſum, et ſuperuacaneum, blaſphemia eſt*: ita etiã Epiphanius nihil ſuperuacaneum eſſe in diuinis litteris docet in compendioſa doctrina, poſt confutationem hæreſum. itaque cum Petri eſſe dicatur gladius, reuera quoad poteſtatem Petri erat: quod vero accipi debeat gladius in hac ſignificatione pro iuditiaria poteſtate in res temporales apparet ex ſequentibus Chriſti verbis: *Omnes* inquit *qui acceperint gladium, gladio peribunt*. certe tuliſſe gladium nõ adeo res magna eſt, vt gladio pereat, ſeu morte mulctetur, intelligit itaque Chriſtus de illo, qui ſine ſuperiore vel legitima poteſtate uſurpat iuriſdictionem, vel vtitur illa; *Ille enim* ſunt hæc verba Auguſtini: *Vtitur gladio, qui nulla ſuperiore ac legitima poteſtate uel iubente uel concedente in ſanguinem alterius armatur; nam utique Dominus iuſſerat, ut ferrum diſcipuli eius ferrent, ſed non iuſſerat, ut ferirent*. hæc ille. dicitur autem gladio peribit, perinde ac mortis reus erit per legem & principem, quo ſimili modo dicitur Geneſ. primo cap. *in quacunque hora comederitis, morte moriemini*. jdeſt rei eritis, vel ſubiecti ob tranſgreſſionem morti.

Chryſoſt. homil. 21. in Geneſ. & 24.

Auguſt. loco ſupraci tatis.

ALI-

ALIQVOT ARGVMENTA CONTRA ſupradicta referuntur, & ex parte diluuntur. Cap. VIII.

QVoniam plura argumenta contra ea, quæ a nobis dicta ſunt afferri poſſunt, idcirco referenda a nobis ſunt, & confutanda. Primo obijci poſſunt plures Patres, qui aliter Lucam exponunt; hi vero ſunt magnæ auctoritatis, veluti eſt Chryſoſtomus, & alij Græci in 3. expoſitione adducti: ſimiliter alij in 2. expoſitione, qui aliter interpretantur, & Baſilius præterea: quare non videtur poſſe ſatis certum argumentum deduci ex citatò loco, cum tot ſenſerint aliter Patres. *Prima obiectio.*

Secundo quia per figuram quandam Chriſtum intellexiſſe eà verba de emptione gladij rationes adductę a Chryſoſtomo oſtendunt. etenim figuratis loquutionibus aliàs Chriſtus loquitur, vt cum ait, quod auditis in tenebris, dicite in lumine, vt explicabat Chriſoſtomus: nec obſtat quod dixit Chriſtus, *ſatis eſt*, nam vt dicebat Theophilactus; perinde eſt ac cũ dicitur, bene; nõ quod approbemus, ſed modo quodam dicendi. Chriſtus igitur non explicauit, & permiſit euentui, vt declararentur ea, quæ ab ſe dicebantur, ſicuti alias conſueuit. *Secunda Obiectio.*

Tertia principalis oppoſita ratio oritur ex altero ſacræ Scripturæ loco, vbi Chriſtus obuiã factus eſt militibus, qui ad ſe capiendũ venerant, & diſcipuli Chriſtum interrogarunt: *Domine ſi percutimus gladio*, atqui ſi reuera de emptione gladij intellexiſſent Apoſtoli, ita vt Chriſtus approbaſſet reſponſum de duobus gladijs cum dixit: *Satis eſt*, non opus erat vt interrogarent: *Domine ſi percutimus in gladio*, nã parari iam Chriſtus iuſ- *Tertia obiectio.*

ſerat, & arbitrari debebant merito armis agendum eſſe; ſed ipſa Chriſti verba, quibus retraxit Petrum, hoc oſtendunt, cur enim reprehendit Petri audaciam, poterat enim iure dicere Petrus, tu parare iuſſiſti gladiũ, quare nunc vetas me percutere? ſignum ergo eſt ſua ſponte non Chriſti iuſſu tuliſſe gladium: præterea certum eſt a Chriſto prohiberi vſum gladij, ſi vſus & actus gladij prohibetur, & pari ratione poteſtas: eſt enim poteſtas propter actum; & fruſtra illa potentia, quæ non reducitur ad actum; prohiberi vero a Chriſto actum gladij conſtat vbi ait: *Reconde gladium tuum*; tum quia a ſanguinis effuſione prohibentur ſacri Miniſtri, & ſi ſe hiſce immiſceant, ſunt irregulares.

Confirmant hæc Patres, Tertullianus in lib. de patientia: *Ne unius quidem diſcentis gladium ultorem probauit, patientia Domini in Malcho probata eſt: itaque gladij operæ maledixit in poſterum, & ſanitatis reſtitutione ei, quē non ipſe vexauerat, ſatisfecit per patientiam miſericordiæ matrem*; cum dicat Tertullianus maledixiſſe in poſterum gladij operæ, conſtat prohiberi a Chriſto gladij vſum in poſterum, & ſemper. Cyrillus: *Tantum abeſt quod gladio uti conſulat Chriſti doctrina, ut ſi quis ſemel maxillam cæſus altera petatur, altera quoque vertenda ſit*, & ſimilia docet pluribus in locis Rupertus Abbas aſſerens punitionem ſanguinis vetari, quæ in veteri lege exercebatur.

Cyrillus in comment. in Ioan.

Quarta obiectio.

Quarta principalis oppoſita ratio: Bernardi expoſitio myſtica potius eſt, ſicuti cæterorũ qui ipſum ſequũtur ex ſenſu vero myſtico non poteſt deduci certum argumentũ ad aliquid probandum, vt habetur ex Dionyſio Areopagita in epiſtola ad Titum, vbi affirmat Theologiam myſticam non eſſe argumentatiuam, & ex Auguſtino epiſt. 48. contra Vincentium Donatiſtam, Hieronymo in commentarijs in 13. cap. in Matth. D. Thoma,

ma, & alijs Patribus, & Theologis. *D.Thom. Quinta obiectio.*

Vltima oppoſita ratio, Eſto quod Chriſtus voluerit parari arma, non propterea poteſt ex hoc loco colligi poteſtas Eccleſiaſtica in rebus temporalibus; etenim tantum voluit Chriſtus ſignificare licere, cum aliter fieri non poteſt, ſe ſe defendere, & quod iure naturæ licet, ipſe conceſſit Apoſtolis, & expreſſit a ſe non vetari, maxime cũ adhuc imperfecti eſſent, nec plane confirmati ſancti Spiritus dono, & lege Euãgelica per Spiritũ ſanctum impreſſa in cordibus diſcipulorum. Quæ videtur plurium expoſitio, vt cernere eſt apud Ambroſium in commentariis in Lucam, vbi hæc leguntur: *Cur emere iubes gladium, qui ferire me prohibes? cur habere præcipis, quem vetas promi? niſi forte, vt ſit parata defenſio, non vltio neceſſaria, & videar potuiſſe vindicari, ſed noluiſſe: lex tamen ferire me non vetat, & ideo fortaſſe Petro duos offerenti ſat eſſe dicit, quaſi licuerit vſque ad Euangelium, vt ſit in lege æquitatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfectio; multis hoc inquam videtur, ſed non iniquus* Dominus, *qui cum ſe poſſet vlciſci, maluit immolari: eſt etiam gladius ſpiritualis*. & cætera. hiſce verbis Ambroſius videtur velle vſque ad Euangelium conceſſum eſſe ſe defendere: deinceps autem Chriſtum docuiſſe perfectionem Euangelicam, quaſi velit Chriſtum permiſiſſe, quod iure naturali licet vnicuique ſe defendere. & ſic exponere poſſemus plures ex allatis Patribus, quomodo ſi exponamus, nulla concluditur iuriſdictio temporalis Eccleſiæ. Sed reſpondeamus ad hæc oppoſita argumenta.

Quantum itaque ad Patres iam oſtendimus Græcos Patres non abhorruiſſe omnino ab hac expoſitione, præſertim Chryſoſtomum, qui velut princeps fuiſſe illius. 3. expoſitionis videtur: nam homilia 85. in commenta- *Reſponſio ad Patres.*

mentarijs in Matthæum hoc non obſcure aperit; dum ait: *Illi dixerunt, duos ſe gladios habere, ad quod Chriſtus, ſatis eſſe reſpondit, cur igitur hoc permiſit? vt facilius crederent, quia traderetur, propterea dixit eis: Emite gladios, non ut percutiant, animat*. Hæc cum dicat Chryſoſtomus, liquet reuera permiſiſſe, & voluiſſe intelligere emendos a diſcipulis gladios, & aſſerendo dixiſſe, *Satis eſſe*, quare Chryſoſtomus ſicuti pro concione dicebat, ſic pro varia occaſione, varie exponebat. De Theophylacto, Euthymio, & Oecumenio non eſt elaborandũ, quando hi ſoliti ſunt ſequi Chryſoſtomum, & ſummatim referre, quod fuſius dicere ſolet Chryſoſtomus, quare quæ diximus de Chryſoſtomo, faciunt ad horum ſolutionem.

Athanaſius ſeu alius fuerit auctor illarum Quæſtionum nõ obeſt nobis, nam ait voluiſſe ſignificare aduentum Iudæorum, & proditionem, quod non negamus, ſed adiungimus voluiſſe Chriſtũ oſtendere penes ſe eſſe poteſtatẽ ſe defendendi armis, & id etiã poſſe Eccleſiã per Apoſtolos ſignificatã. idem dicimus de Tito, vt patet ex eius comment. Anaſtaſius autem idem voluiſſe videtur ac Chryſoſtom. a quo omnia illa fere deſumpſit.

Ad Patres vero in 2. expoſitione relatos, eorum expoſitionem veluti myſticam recipimus, & myſticum ſenſum videntur voluiſſe aperire, non litteralem. De Baſilio vero dicimus recte quidem vaticinari Chriſtum fore magnas perſecutiones, ſed amplius dicimus præcepiſſe Chriſtum præparari arma dictis ſupra a nobis de cauſis.

Reſponſio ad rationes Chryſoſ. Ad rationes ex Chryſoſtomo ita reuera eſt, vt dicit Chryſoſtomus, figuratis vtitur Chriſtus loquutionibus & metaphoris, & paſſim etiam translato modo loquendi diuinæ vtuntur litteræ, & in omni lingua homines, ſed per metaphoricam loquutionem apparet ex antecedeu-

Digitized by Google

cedentibus, & ſubſequentibus, quid velint homines, ſi recte loqui volunt; ita vt intelligantur eorum animi ſenſa, quare quod affert Chryſoſtomus ex Chriſti verbis cum ait: *Quod audiſtis in aure, prædicate ſuper tecta, quod audiſtis in tenebris, dicite in lumine*, apparet ex contextu ſermonis loqui Chriſtum metaphorice, vt velit illis metaphoricis loquutionibus palam debere prædicari ab Apoſtolis, & ſine timore; at vero dicimus in præſentia voluiſſe reuera Chriſtum parari armà.

Ex his patet, quid dicẽdum ſit ad alterã inſtantiam; Nõ erãt ſatis duo ſolũmodo gladij cõtra armatã Iudæorum cohortem, ſi humano ſolum modo loqui velimus, at erant ſatis ad eum finem, propter quem parari Chriſtus iuſſerat; erant ſatis diuino adiuncto auxilio: ſicuti non erat ſatis manibula aſini, qua tot a Sampſone, a Deo iudice electo, fugarentur Philiſtæi; at fuit ſatis diuino auxilio; non erat ſatis flagellum e funiculis, vt tot eijcerentur ex tẽplo vendẽtes, & ementes, & nullus auderet omnino reſiſtere, at fuit ſatis diuina vi Chriſti, qua illi perterrefacti non auſi ſunt reſiſtere. Verba vero quæ ſequuntur: *Oportet impleri ea, quæ de me ſunt ſcripta, Cum iniquis reputatus eſt*, indicant illa quidem perſecutionem; ſed non propterea, ſi hoc dicamus, excluditur, quin ob illum finem voluerit etiam parari gladios, quo oſtenderet ſe poſſe defendere; licet quia pati volebat, prohibuit, ne gladijs agerent diſcipuli, quare verba illa Chriſti, *ſatis eſt*, non intelliguntur eo modo, quo exponuntur a Theophylacto, quod conſtat pluribus diuinæ ſcripturæ locis, quia vero græce ſcripſit Lucas, ideo ſciendum eſt allato Lucæ loco legi ἱκανόν ἐστί; liquet autem alias vſum Lucam in ſignificatione a nobis dicta, ita cap. 20. Actuum Apoſtol. *Cum aſcendiſſet Paulus incubuit ſuper eum* videlicet defunctum adoleſcentem, *& complexus dixit, nolite turbari; anima enim ipſius in ipſo eſt, aſcendens autem, frangenſque*

Reijcitur expoſitio Theophylacti.

panem, & guſtans, ſatiſque alloquutus vſque in lucem, ſic profectus eſt; Græce ἱκανόν: atqui reuera ſatis loquutũ eſſe Paulum intelligit Lucas cap. 8. verba faciens de Simone mago: *Attendebant autem eum, propterea quod multo tempore Magicis ſuis dementaſſet eos*: Græce διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ. Cap. 14. ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον. ita etiam c. 18. & 19. & 2. ad Thimoteum cap. 2. *Fidelibus hominibus, qui idonei erant alios docere*: Græce ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι: & ſic reperies alijs in locis. Duo ergo illi gladij ſatis, vel multi, vel idonei erant ad eum finem, propter quem præparari Chriſtus iuſſerat modo, quo à nobis eſt explicatum.

Reſp. ad 3. obiect. Tertia vero oppoſita ratio nihil obſtat, interrogarũt diſcipuli: *Si percutimus gladio* pluribus de cauſis; etenim Chriſtus in ipſa cæna, & alias ſæpe prædixerat fore, vt traderetur, & necaretur, & iam norant Apoſtoli ipſum obuiam factum cohorti, & Iudæ, qui eum traditurus erat, quare ſuſpicari poterant velle eum ſponte pati, & propterea interrogabant: *Si percutimus gladio*: aderat etiam metus, qui cadere poterat in omnem virum conſtantem, ſi humano more loqui velimus, cum etenim viderẽt tot armatos milites, non poterant ſatis eſſe ad eos effugandos: iure itaque interrogabant: *Domine ſi percutimus gladio*; quamquam Petrus audacter non expectato reſponſo percuſſit, quem Chriſtus prohibuit inquit Auguſtinus, quia non ſicuti parari iuſſerat arma, ita percutere; & latere volebat ſuam voluntatẽ, cur iuſſerit arma parari, fecit autem, quo oſtenderet poſſe ſe defendere, quo timore armatorum quos præuideret non affici, demonſtraret; quo magis ſpontanea appareret ſua ipſius paſſio; quo magis appareret ſuum meritum; quo indicaret licere Eccleſiæ, tempore perſecutionis ad arma confugere; quo reuera licet haberet poteſtatem, attamen noluerit vti, prohibendo Petrum a percuſſione; quo accedente ſanitate diuinitus

per

per Chriſtũ hominis percuſſi, magis Iudæorũ calumnia refelli poſſet; qui Chriſtum veluti hominẽ ſeditioſum, & concitantem turbas accuſarũt; fecit etiam, quia non carebat reprehenſione actio illa Petri,in qua(Auctore, vt ſupra vidimus, Auguſtino)nonnihil deliquit Petrus, præſertim quia non expectauit Chriſti reſpõſum, & no rat ex multis antea geſtis, ſponte Chriſtum velle pati.

Ex his conſtat, quid reſpondendũ ſit ad inſtantiam, quæ erat, ſi prohibetur actus, pari ratione poteſtas,cũ ſit poteſtas propter actum,fruſtra enim illa potentia, quę non reducitur ad actum; dicimus enim prohiberi talem actum, in quo deliquit Petrus,cum ſine ſuperiore & legitima poteſtate non expectata reſponſione Chriſti percuſſit;aliiſque modo allatis de cauſis.

Secũdo idem apparet alia ex cauſa,licet ad arma con fugere,& ad defenſionẽ Eccleſię pro vtilitate illius;atqui ſi mors paſtoris futura ſit ſine detrimẽto Eccleſiæ, & cũ Dei gloria debet ille mortẽ obire,nec cum damno Eccleſiæ armis vti, ſed veluti bonus paſtor ponere animam ſuam pro ouibus ſuis;ita eſt in re propoſita, quod colligo expreſſe ex verbis Chriſti:moriturus erat Chriſtus pro nobis omnibus, pro quibus tradidit eum Deus, teſte Paulo, iamque in hortis perceperat (licet poſſet etiam diuina verbi viſione,qua ſemper perfruebatur anima Chriſti) hanc eſſe expreſſam Dei voluntatem,per Angelum; idcirco cum iam id expreſſe pateret, reprehendit Petrum ob hanc cauſam: *Calicem*, inquit; *quem dedit mihi pater, non vis,vt bibam illum?* hinc Chriſtus licet prohibuerit Petrum, ne offenderet gladio, ſatis tamen ſolicitus fuit de ſalute Diſcipulorum,quam Paſtor debet attendere,ne aliquid nimirum patiatur Eccleſia, & pro eius ſalute ſanguinẽ, vbi opus eſt, effundere; ea propter Chriſtus tribus vicibus proſtrauit armatos milites illis verbis;*Ego ſum*,ſubiũgens,

Si me quæritis, ſinite hos abire, quamobrem territi milites in neminem ex diſcipulis inieciſſe manus referuntur, nec conati id vllo modo attentare. Confirmari poteſt totum hoc, nam idcirco ſubditur a Ioanne: *Vt impleretur ſermo, quẽ dixit, quia quos dediſti mihi, nõ perdidi ex eis quemquam*, quibus verbis Ioannes innuit, quod a Chriſto poſtulatum erat, vt habetur cap. præcedente: *Pater* ait *ſancte ſerua eos in nomine meo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicuti & nos*: ita explicant Cyrillus, Chryſoſt. & alij: itaq; vt ad rem redeamus, nõ debemus reſiſtere armis, vbi eſt cũ detrimẽto Eccleſiæ, ſed ſalua Eccleſiæ vtilitate, & Dei gloria, & voluntate propriam etiam vitam parati eſſe pro Chriſto exponere: at vero contra contumaces, vbi non proſunt arma ſpiritualia, nec deſiſtere a ſua perfidia impij volunt, armis etiam agendum eſt, pro Eccleſiæ vtilitate, & Dei gloria, ſæcularium Principum. & agendum non eſſe armis non concluditur ex hoc loco Lucæ vllo modo, tantum enim Chriſtus prohibuit vſum gladij ſupradictis de cauſis, præſertim cum deſtiterant Iudæi a capiendis Diſcipulis, qui facile erat, vt timore ſuccumberent, ſi manus in eos inieciſſent, veluti iniecerunt in Chriſtum; vt merito etiam ob hanc cauſam reprehendatur vſus gladij a Chriſto in hoc caſu, cum ſupradictis circumſtantiis, circa hunc particularem actum. quomodo vero, & qua ratione Pontifex vti poſſit gladio materiali, dicemus in diſputatione de bellis.

Cyrill. Chryſoſt. in comment.

* * *

RELI-

RELIQVA OPPOSITA Argumenta refutantur, & ſoluuntur.
Cap. IX.

SOluamus cætera argumenta; itaque ad inſtantias allatas in tertia Obiectione, quantum ad Chriſti prohibitionem; prohibuit Petrum quò ad illum actum, propterea quod ille actus erat non ex ſuperioris poteſtate, vt dicebamus ex Auguſtino, & quia erat contra diuinam ordinationem Patris, cuius expreſſæ voluntati Chriſtus ſponte obſequens pati deſiderabat. cæterum non eſt fruſtra poteſtas temporalis in Pontifice, etiamſi poſſit reduci ad actum in cæteris omnibus, præter actum occiſionis, & pœnam effuſionis ſanguinis; ſed iam diximus, reduci etiam ad actum quoad poteſtatem innuendi iubendo, & aliis imperando, vt defendant Eccleſiam, iuſtitiam exerceant, enecentur contumaces hæretici, & apoſtatæ, quod paulo ante explicauimus.

Ad aliam inſtantiam; irregularitas eſt iure humano introducta, & prohibetur Eccleſiaſticis effuſio ſanguinis, ex congruentia, vt docet D. Thom. cæterum ſupremus Pontifex diſpenſat, & poteſt pro loci, & temporis opportunitate imperare, vt enecentur obdurati hæretici, & malefici: quare etiam Pontifices inuenies ſanctitate inſignes, bella geſſiſſe, vt ſuo loco dicetur.

D.Thomas 2. 2. q. 40. ar. 2.

Ad Patres, Tertullianus nihil officit noſtræ ſententiæ: nam quod dicit, Chriſtum maledixiſſe gladij operæ in poſterum; ideo dicit, quia caret debitis conditionibus, quibus non appoſitis, vt oſtendimus, erat diuinæ ordinationi reſiſtere, & ne videamur hoc ex noſtro marte Tertulliano imponere, apparet ex illius verbis, dum ait: *Ne vnius diſcentis*, id eſt diſcipuli (ſuo

enim

enim more diſcipulos diſcẽtes vocat) *Gladium vltorem probauit*, cum vltorem gladium Tertullianus dicat; conſtat non ſine vindicta à Petro vſurpatum gladium. quod etiam apparet ex aliis ſupra citatis Patribus, & oſtẽdit optime Caietanus ientac. 6. quæſt. 6. his verbis: *Licet factum Petri ex parte intentionis ſuæ, & iuſtiſſimæ & piiſſimæ cauſæ fuerit laudabile, dupliciter tamen mali ſpeciem habuit. Primo, quia præceps apparet, dum ſciens ſpontaneam magiſtri voluntatem ad patiendum, nõ debuit præſente magiſtro, & requiſito Domino; ſi percutimus gladio, ante reſponſionem percutere. Secundo, quod magis vrget, quia ad vindictam magis, quam defenſionem percuſſio illa ſpectabat: nam præſente cohorte Præſidis, & miniſtris Iudæorum, adeo quod erat turba multa cũ armis, &c. prudens ratio non debebat mouere Petrũ ad defenſionẽ, cũ vana proſpiceretur huiuſmodi defenſio; & potius nocitura eſſet, quã profectura; prodeſſe ſiquidem non poterat contra tot, & tales; nocere autẽ multũ poterat, vtpote quia miniſtros Curiæ percuſſiſſet, et Domino imputabatur, quod armis conatus fuerit defendere: propter hæc enim euitãda ſcandala Dominus Malchũ ſtatim ſanauit, quo fit vt percuſſio illa, quaſi ad vindictã tenderet, vt faciunt ij, qui etſi non poſſunt euadere; volunt tamẽ vindictã qualemcumque poſſunt, facere, antequã rapiantur, & ſic percuſſio Petri habuit ſpeciem vindictæ, quæ priuatis perſonis illicita eſt. verba ergo Domini non extra propoſitum allata ſunt, pro ratione retrahendi gladiũ a Petro extractum, quoniam factum Petri reprehenſibile erat, tãquam habens ſpeciem mali, hoc eſt vindictæ, & Petrus erat tamquam accipiens gladium, hoc eſt, quaſi propria auctoritate vtens gladio ad quaſi vindictã: vtor autem iſtis, quaſi, & tamquam, quoniam de ipſo opere loquor, & non de intentione Petri, quia neſciẽs quid faceret, ad defenſionem Magiſtri tendebat. vnde Dominus ex duobus capitibus Petrum arguit: primo ex parte facti habentis ſpeciem mali: ſecundo ex parte impedimenti, quod præſtabat Petrus diuinæ ordinationi, neſciens quid faceret.* Sic Caiet.

Ad Cyrillum eodem fere modo reſpondetur; apparet enim voluiſſe Cyrillum reprehendere actum Petri, propterea quod Petrus diuinæ ordinationi minus

fuerit

fuerit obſequens, & quia Petrus minus diſcreto zelo ſe geſſerit circa percuſsionem ſerui Pontificis, quod Cyrilli verba ſatis oſtendunt: *Tantum*, ait, *abeſt, ne gladio vti conſulat Chriſti doctrina, vt ſi quis ſemel maxillam cæſus altera petatur, altera quoq; vertenda ſit, ſi humani prauitatem animi ſuperare deſiderat; multum igitur inquit a manſuetudine tuus Petre animus abeſt: nam cũ bibere mihi hunc calicem propoſitum ſit, quem pater conſtituit, id eſt ſponte ſubire mortem decreuerim, quomodo hæc aliena non ſunt? ſimile huic illud eſt, dicenti enim Chriſto: Ecce aſcendimus in Hieroſolymam, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & crucifigent, occidentque ipſum, & tertia die reſurget: hæc inquam vt in fide diſcipulos ſtabiliret Chriſto dicenti Petrus, vtilitatem paſsionis ignorans, & dedecori futurum putās: propitius (inquit) tibi eſto Domine, ne fiat tibi hoc; quid igitur tunc Chriſtus: Vade retro Satana, ſcandalum mihi es; quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt*. En ut Cyrillus velit non debita manſuetudine exercuiſſe Petrum gladium, reſiſtentem ordinationi Patris, qui volebat Chriſtum pati. porro auctoritatem illam Chriſti: Si te percuſſerit in vnam maxillam, &c. intelligere apparet Cyrillum de animi præparatione, cum opus eſt, & expedit ad ædificationem præſertim publicam, & animi ſalutem, & bene: nam alioquin Chriſtus aliter feciſſet, quàm docuiſſet, cum percuſſus eſt, non vertens alterã maxillam; ſed reſpondit: *Si male loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſin bene, cur me cedis?* ita flagellis aliàs cecidit vendentes, & ementes, de Templo illos eiiciens; & Paulus cæcitate percuſsit Elymam Magum, & tradidit Satanæ Corinthium. ſic itaque de præparatione animi docet, & probat debere intelligi Auguſtinus de mendacio ad Coſentium cap. 15. & 22. contra Fauſtum cap. 15. & 79. & de ſerm. Domini in Monte, libro 1. cap. 37. & ſeq. & epiſt. 5. quæ eſt ad Marcellinum: ſic Hilarius præcipi aſſerens, ne iniuriam vlciſcamur: ſic etiam cæteri Patres. quare vſus gladij debet eſſe in ædificationem Eccleſiæ ad nutum, & imperium Pontificis;

nec

enim more diſcipulos diſcẽtes vocat) *Gladium vltorem probauit*, cum vltorem gladium Tertullianus dicat; conſtat non ſine vindicta à Petro vſurpatum gladium. quod etiam apparet ex aliis ſupra citatis Patribus, & oſtẽdit optime Caietanus ientac. 6. quæſt. 6. his verbis: *Licet factum Petri ex parte intentionis ſuæ, & iuſtiſſimæ & piiſſimæ cauſæ fuerit laudabile, dupliciter tamen mali ſpeciem habuit. Primo, quia præceps apparet, dum ſciens ſpontaneam magiſtri voluntatem ad patiendum, nõ debuit præſente magiſtro, & requiſito Domino, ſi percutimus gladio, ante reſponſionem percutere. Secundo, quod magis vrget, quia ad vindictam magis, quam defenſionem percuſsio illa ſpectabat: nam præſente cohorte Præſidis, & miniſtris Iudæorum, adeo quod erat turba multa cũ armis, &c. prudens ratio non debebat mouere Petrũ ad defenſionẽ, cũ vana proſpiceretur huiuſmodi defenſio; & potius nocitura eſſet, quã profectura; prodeſſe ſiquidem non poterat contra tot, & tales, nocere autẽ mal tũ poterat, vtpote quia miniſtros Curiæ percuſsiſſet, et Domino imputabatur, quod armis conatus fuerit defendere: propter hæc enim euitãda ſcandala Dominus Malchũ ſtatim ſanauit, quo fit vt percuſsio illa, quaſi ad vindictã tenderet, vt faciunt ij, qui etſi non poſſunt euadere; uolunt tamẽ vindictã qualemcumque poſſunt, facere, antequã rapiantur, & ſic percuſsio Petri habuit ſpeciem vindictæ, quæ priuatis perſonis illicita eſt, verba ergo Domini non extra propoſitum allata ſunt, pro ratione retrahendi gladiũ a Petro extractum, quoniam factum Petri reprehenſibile erat, tãquam habens ſpeciem mali, hoc eſt vindicta, & Petrus erat tamquam accipiens gladium, hoc eſt, quaſi propria auctoritate vtens gladio ad quaſi vindictã: vtor autem iſtis, quaſi, & tamquam, quoniam de ipſo opere loquor, & non de intentione Petri, quia neſciẽs quid faceret, ad defenſionem Magiſtri tendebat. vnde Dominus ex duobus capitibus Petrum arguit: primo ex parte facti habentis ſpeciem mali: ſecundo ex parte impedimenti, quod præſtabat Petrus diuinæ ordinationi, neſciens quid faceret.* Sic Caiet.

Ad Cyrillum eodem fere modo reſpondetur; apparet enim voluiſſe Cyrillum reprehendere actum Petri, propterea quod Petrus diuinæ ordinationi minus

fuerit

fuerit obſequens, & quia Petrus minus diſcreto zelo ſe geſſerit circa percuſsionem ſerui Pontificis, quod Cyrilli verba ſatis oſtendunt: *Tantum*, ait, *abeſt, ne gladio vti conſulat Chriſti doctrina, vt ſi quis ſemel maxillam cæſus altera petatur, altera quoq; vertenda ſit, ſi humani prauitatem animi ſuperare deſiderat; multum igitur inquit a manſuetudine tuus Petre animus abeſt: nam cũ bibere mihi hunc calicem propoſitum ſit, quem pater conſtituit, id eſt ſponte ſubire mortem decreuerim, quomodo hæc aliena non ſunt? ſimile huic illud eſt, dicenti enim Chriſto: Ecce aſcendimus in Hieroſolymam, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & crucifigent, occidentque ipſum, & tertia die reſurget: hæc inquam vt in fide diſcipulos ſtabiliret Chriſto dicenti Petrus, vtilitatem paſsionis ignorans, & dedecori futurum putās: propitius (inquit) tibi eſto Domine, ne fiat tibi hoc; quid igitur tunc Chriſtus: Vade retro Satana, ſcandalum mihi es; quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt.* En ut Cyrillus velit non debita manſuetudine exercuiſſe Petrum gladium, reſiſtentem ordinationi Patris, qui volebat Chriſtum pati. porro auctoritatem illam Chriſti: Si te percuſſerit in vnam maxillam, &c. intelligere apparet Cyrillum de animi præparatione, cum opus eſt, & expedit ad ædificationem præſertim publicam, & animi ſalutem, & bene: nam alioquin Chriſtus aliter feciſſet, quàm docuiſſet, cum percuſſus eſt, non vertens alterā maxillam; ſed reſpondit: *Si male loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſin bene, cur me cædis?* ita flagellis aliàs cecidit vendentes, & ementes, de Templo illos eiiciens; & Paulus cæcitate percuſsit Elymam Magum, & tradidit Satanæ Corinthium. ſic itaque de præparatione animi docet, & probat debere intelligi Auguſtinus de mendacio ad Coſentium cap. 15. & 22. contra Fauſtum cap. 15. & 79. & de ſerm. Domini in Monte, libro 1. cap. 37. & ſeq. & epiſt. 5. quæ eſt ad Marcellinum: ſic Hilarius præcipi aſſerens, ne iniuriam vlciſcamur: ſic etiam cæteri Patres. quare vſus gladij debet eſſe in ædificationem Eccleſiæ ad nutum, & imperium Pontificis;

nec

nec Patres alij negant, niſi quo ad illum actum prohibitum a Chriſto: ſatis autem eſt nobis vnum, vel alterum Patrem citaſſe: eodem enim modo, quo Tertullianus, & Cyrillus, ſunt alij explicandi. Rupertus autem ſolum voluit vetari pœnam ſanguinis per ſe immediate a Sacerdotibus nouæ legis exercēdam; cæterum poſſe puniri reos aliis pœnis non negat, vt dicam cum eiuſdem Ruperti teſtimonia adducam lib. 9. vbi oſtendam ampliſsimam Eccleſiæ datam per Chriſtum in rebus omnibus facultatem ex Ruperti ſententia.

Reſponſio ad 4. obiect. Circa quartum argumentum reſpondetur, etiam ſi ille myſticus eſſet ſenſus, attamen propter tot Patrum, Pontificum, Theologorum, Canoniſtarum auctoritatem magnam haberet probabilitatem.

Secundo reſpondetur, ſenſum a nobis allatum eſſe vere germanum, & litteralem: etenim, vt ait Auguſtinus 11. de Gen. ad litteram cap. 39. *Siue figurate, ſiue proprie dictum ſit, quod dictum eſſe narratur, dictum tamen eſſe non debet putari figuratum.* quibus verbis vult Auguſtinus, cum aliquid dicitur per figurā, illud quod innuitur per eam figuratam loquutionem, non debere accipi tanquam figuram, ſed tanquam proprium expreſſum per figuram. Vt autem oſtendamus allatum ſenſum eſſe vere litteralem, reuocare debemus in mentem quatuor illas regulas exceptas a Sāctis Patribus, e quibus agnoſcere poſsimus litteralem ſenſum, de quibus diximus lib. 1. & breuiter hæ ſunt.

Prima regula, qua litteralis ſenſus cognoſcitur, cum locus diuinæ Scripturæ, per alium eiuſdem Scripturæ clariorem explicatur.

Secunda regula cum ex antecedentibus, & conſequentibus ſermonis contextum, ille vere ſenſus loci deprehenditur.

Tertia regula, habetur ſenſus literalis ex communi Patrum, & Doctorum expoſitione.

Quarta

Quarta regula inter varias expoſitiones, quandó Romanus Pontifex ex profeſſo interpretatur aliquem Scripturæ locum, vel aliquod Concilium à Romano Pontifice approbatum, ille eſt ſenſus literalis. diximus de hiſce regulis libro primo cap. vltimo. videndum itaque eſt, num aliqua illarum conu enit noſtræ interpretationi: tunc enim veriſimile erit illum eſſe germanum, ac ſenſum literalem, quod ſi omnes conuenient, erit reuera recipiendus ille, veluti ſenſus litteralis.

Prima regula probat noſtram expoſitionem, nam alter locus, quo Chriſtus reprehendit Petrum de vſu gladij, oſtendit fuiſſe datum rerum temporaliũ dominium: id nos ſupra oſtendimus ex Patribus, Pontificibus, & Theologis, ex pronomine illo *(tuum)* itemque ex verbis ſequentibus eiuſdem loci, dum dicitur, *Omnes qui gladium acceperint, gladio peribunt*. prçterea, quia ex aliis locis demonſtratum eſt nomine (gladij) temporalem etiam intelligi poteſtatem: ſic igitur ex prima regula allata expoſitio habetur probata, & maxime quia ex regula Auguſtini ſoleant obſcura in diuinis litteris aliàs aperta fieri, & nos ita eſſe ſupra pluribus probauimus, quare cum de emptione gladij loquutus ſit Chriſtus, nec alias ſit expoſitum, quid aliud voluerit, reuera intellexit gladios emendos, & duos eſſe ſatis. *Aug. lib. 2. de doctrina Chriſt. c. 6.*

Secunda regula, de qua & lib. 1. loco citato dictum eſt, & ipſa confirmat allatum ſenſum eſſe literalem: etenim ex antecedentibus, & conſequentibus colligitur ille eſſe ſenſus germanus; nam ſi reuera conceſſum eſt, vt haberent tunicas & peram, vt reuera poſtea habuiſſe conſtat Apoſtolos; ita pari modo dicendum, vt emerent gladium, poteſtas vero gladij conueniebat Chriſto tamquam ſupremo rerum omnium Domino; itaque ſi cõceſsit Apoſtolis hanc poteſtatem, iam eſt in Eccleſia talis poteſtas, quæ adhiberi debeat in Eccleſiæ de-

fenſionem, & vtilitatem, & propterea Chriſtus prohibuit tunc, ne vteretur Petrus, quia non expediebat, & erat reſiſtere diuinæ ordinationi, & ſaluti humani generis: colligitur etiam ex conſequentibus verbis, *Ecce duo gladij hic*, & ex verbis Chriſti: *Satis eſt*.

Tertia regula intelligenda præcipue eſt; Quando Patres ex profeſſo rem tractant, quo confirment aliquod dogma, & agunt contra hæreticos, & alienos a fide, non per quandam adaptationem ad mores; quod fit cum res agitur cum beneuolis, & piis auditoribus, pro concione ad excitandam pietatem, ſic itaque magni debet fieri explicatio D. Athanaſij agentis contra Arianos, Baſilij contra Eunomium, Irenæi contra hæreſes, ex Latinis Auguſtini cōtra Donatiſtas, Pelagianos, Manichæos, Hieronymi contra Vigilantium, & contra Heluidium. Quod ſi vnà cum doctrina adiuncta ſit non modo ſanæ fidei integritas, ſed vitæ ſanctitas miraculis a Deo comprobata; vnius iſtius Patris pluris debet eſſe auctoritas, quam multorum, qui ſolent in numero Patrum referri, & citari, qui aliqua fuerint hæreſi infecti; ſicuti verbi gratia fuit inter Græcos Origenes, qui in multas incidit hæreſes: talis eſt inter Latinos Tertullianus, qui in Montani hæreſim lapſus ab Eccleſia Romana deſciuit. quando itaque illa duo concurrant, vt res ex profeſſo tractetur contra hæreticos, & alienos a recta fide; adſit præterea vitę ſanctitas, miraculis à Deo comprobata, maior vnius ex iſtis, vt dicebatur, habenda ratio eſt, quam decem ex aliis, qui hæreſi fuerint contaminati. porrò certum eſt cum vnanimi conſenſu Patres aliquid exponunt, rem tunc eſſe de fide; quod ſi Patres in magno numero ſint, tamen reperiantur plures diſſentientes ex altera parte Patres, res non eſt de fide, donec accedat Eccleſiæ auctoritas, vt proſequitur Cano de locis Theologicis. Vincen-

centius tamen Lyrinenſis in aureo illo libello aduerſus prophanas nouationes,& Thomas Valdeſis in procem. Doctoris fidei docet id, quod maior pars Patrum ſenſerit, id eſſe catholicam fidem : quid de hac regula ſcripſerit Irenæus proximus temporibus Apoſtolorum, diximus libro 1. & ad hanc claſſem reuocamus , ſeu hac regula comprehendimus etiam Theologos , & Canoniſtas , vt ex maiore , & maioris auctoritatis parte, vel cõmuni omnium conſenſu res diiudicanda ſit , porro hæc regula rem noſtram optime demonſtrat.

In primis magnificiẽda eſt Auguſtini auctoritas,quæ eſſe debet inſtar omnium ; is enim Pater doctrina , & ſanctitate pręſtantiſſimus,ſemel,& iterum contra Fauſtum Manichæum aſſerit diſertis verbis allatam expoſitionem , quo probet bella iuſte geri, & præceptum a Chriſto eſſe , vt Diſcipuli arma reuera ferrent , ad defenſionem rerũ ſuarum;& vt etiam oſtendat non alium eſſe Deum Veteris teſtamenti , qui bella geri ordinauit per Moyſem , & cæteros prophetas , & Deum teſtamenti Noui , ſed vnum, & eundem eſſe, quamquam rarius huiuſmodi per effuſionem ſanguinis occiſiones præcipue propriis manibus in Noua lege ſint , vtpote, quia ſit lex amoris ; crebrius in Veteri , vt docet idem Auguſt. in ſermone de verbis Domini in monte. *Aug. loco ſupra citato.* Alter etiam allatus ex Auguſtino locus, quem adduximus magni debet fieri, cum de induſtria conciliet apparentes in diuinis litteris diſcrepantias:quantum ad reliquos Patres magni eorum debet fieri auctoritas, cum alij in commentarijs in Matth. vel eam afferant explicationem, vti Anſelmus, & Beda , & alij volentes probare iuriſdictionem Eccleſiaſticam,vt Bernardus , & Hildebertus . iam ſi loquamur de Theologis , & aliis Doctoribus ipſi reuera afferunt , quo probent poteſtatem temporalem Eccleſiæ , vel argumenta ſoluant oppoſi-

Digitized by Google

ta, & difficultates diuinę Scripturæ, quales ſunt Alenſis, Bonauentura, Ricardus, Franciſcus Mayron, & alij Doctores: nemo vero dicet (quamquam hoc dicat Ocham) hos Theologos, & Doctores voluiſſe probare, temporalem Eccleſiæ iuriſdictionem, vel ſoluere argumenta, vel explicare difficultates diuinarum ſcripturarum ſenſu myſtico; ſic enim ignaros potius faceret; at equidem potius ignaros faciam contrarium aſſerentes; nec dicas iſtos ſequi D. Bernardum: nam eodem reuoluimur, vt aſſeramus velle ex ſenſu myſtico alicuius Patris aliquid probare. Adde quod aliqui de induſtria ſoluunt dictam obiectionem tamquam nullius momenti, & neſcio, an inuenies ex antiquioribus Theologis, ita magnæ auctoritatis, ſicuti eſt Alenſis, Bonauentura, Ricardus, qui refellat, aut non recipiat Auguſtini, vel Bernardi expoſitionem.

Imo de Patribus allatis, qui aliter Lucam exponunt, nemo eſt, qui ex altera parte reſpondeat Auguſtino, vt ſcilicet ſit ſanctitate adeo inſignis, pariterque doctrina; nam propterea ſummopere ſemper eius doctrinam commẽdauit Romana Eccleſia, vt apparet ex Epiſtola Celeſtini data ad Epiſcopos Galliæ? quare Ioannes 2. *Auguſtini* ait *doctrinam ſecundum Prædeceſſorum meorum ſtatuta Romana ſequitur, & ſeruat Eccleſia.* ſic ille: hic ergo Pater multis, vt vidimus, in locis ex profeſſo affert eam interpretationem, agens contra hæreticos. inſignis reuera doctrina, & ſanctitate fuit Chryſoſtomus, ſed is eam explicationem attulit pro concione ad morum piam potius eruditionem, quare & alibi ad noſtram accedit expoſitionem. de alijs vero, qui ſequuti ſunt Chryſoſtomum, iam diximus ſupra: Gregorij, Philonis, & aliorum Patrum expoſitiones recipimus veluti myſticas, & veluti tales potius attuliſſe eos Patres conſtat.

Ioan. II. in epiſt. 3. ad Auienum Senat. Liberium, & cæteros.

Vltima

Vltima regula fauet noſtræ ſententiæ, nam Gregorius Nonus ſcribit ad Patriarcham Græcorum, qui de primatu contendebant cum Romana Eccleſia, & argumentum illius epiſtolæ totum eſt in confirmãdo huiuſmodi Romanæ Eccleſiæ primatu, quare adducens eam rationem, & auctoritatem magni debet fieri propter talem Pontificẽ vitæ integritate, & doctrinã inſignẽ. Bonifacius vero de induſtria edidit eam Extrauagantem, quo determinaret eſſe de neceſſitate ſalutis credere, vtrumque gladium eſſe penes Romanum Pontificem, quare cum ad hoc ſtabiliendũ illud adducat argumentum, magni æſtimandum eſt. itaque cum certum ſit, quid Romani Pontifices inter varias interpretationes ſenſerint, & maior pars Patrum ſentiat, ex eo loco Lucæ colligi temporalem iuriſdictionem; dicendum eſt illum eſſe ſenſum litteralem, & catholicam fidem, vt Lirinonenſis aſſerebat, accedentibus præſertim tot alijs a nobis dictis.

Reſtat vltimæ rationis ſolutio, quæ patet ex ſupradictis, oſtenſum nãque eſt ex Auguſtino, & cæteris Patribus, & rationibus, colligi auctoritatem temporalem Eccleſiæ; ſicuti enim aſſerebatur ea, quæ Chriſtus egit, & ſimul præcepit agenda Apoſtolis, non debent cenſeri dicta, tanquam a priuato homine, quoties fiunt contra publicam auctoritatem, & magiſtratum publicum; habebat enim Chriſtus ſupremum rerum temporalium dominium, quare cum præcepit ita agendum contra publicas poteſtates; iam conſtat, tanquam ſupremum caput voluiſſe ita fieri ab Eccleſia, & Apoſtolis; id autem non eſt niſi per expreſſam, & communicatam poteſtatem, quam Chriſtus habebat rerum temporalium ſupremam. *Reſpon. ad 1. obiect.*

2 Non erat quod Chriſtus præciperet arma ſumenda, vt ſe vnuſquiſque defenderet, nam cum aliter fieri non

ri non poteſt, nec aliter poſſum vitam meam tueri, licet occidere. Chriſtus itaque aliquid amplius eo præcepto voluit, ſuam nimirum regiam poteſtatem oſtendere; ſicuti etiam oſtendit diuinam virtutem proſternendo Iudæos verbis illis: *Ego ſum.*

3 Recte Auguſtinus in ſecunda parte Q. ex Nouo Teſtamento q. 75. *Exactores* ait *didrachma dicunt ad Petrum Apoſtolum: Magiſter veſter non ſoluit didrachma, &c. quo dicto Magiſtrum, vt pro omnibus Diſcipulis ſolueret, conuenerunt, Saluator autem cum pro ſe, & pro Petro dari iubet, pro omnibus exoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erãt omnes cauſæ magiſterij, ita poſt Saluatorẽ in Petro omnes continentur; ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum, vt paſtor eſſet gregis Dominici: nã inter cætera dicit diſcipulis, Vigilate, & orate ne intretis in tentationem, et Petro dicit: Ecce Satanas expoſtulauit, vt vos ventilaret ſicut triticum: ego autẽ rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu tandem conuerſus confirma fratres tuos. quid ambigitur? pro Petro rogabat, & pro Iacobo, & Ioanne non rogabat, vt cæteros taceam? manifeſtum eſt in Petro omnes contineri, rogans enim pro Petro, pro omnibus rogaſſe dignoſcitur, ſemper enim in præpoſito populus, aut corripitur, aut laudatur; qui & in alio loco dicit, ego pro his rogo, quos mihi dediſti pater, & volo, vt vbi ego ſum, & ipſi ſint mecum.* Hæc Auguſtinus. Affirmans quod geſtum eſt in Chriſto, & in Petro in ſolutione didragmæ nomine omnium factum, cum in eo eſſent omnes rationes magiſterij: at eodem modo dicimus, quod præceptũ eſt a Chriſto ſupremo omniũ Domino, vt fieret ab Apoſtolis nomine totius Eccleſiæ, præceptum eſt, vt fiat ab Eccleſia, & quod ipſe Chriſtus geſſit Eccleſiæ caput fiat a Vicario eius capite Petri ſucceſſore, vt pro tẽpore, & loco arma parẽtur Chriſti auctoritate, ita iubentis; alioquin cætera, quæ dicta de Petro ſunt, ad ipſum tamquam ad ſingularem perſonam dicta eſſe poſſemus dicere: non autem tamquam ad perſonam publicam, & caput Eccleſiæ, quod

eſt

eſt contra regulam allatam D. Auguſtini, & ipſam veritatem.

Ad Ambroſij auctoritatem, potius explicando affert eam expoſitionem Ambroſius, quam approbando, ideo poſtea plures myſticas affert.

Deinde ſi recte illa, quæ adducuntur ab Ambroſio, conſiderentur, apparet intelligi de poteſtate legitima, & publica, vt aliquid amplius præter id quod vnicuiq; iure naturæ licet, intellexerit Ambroſius; etenim tam in veteri lege, quam Noua ea licet defenſio, cum ſit de iure naturæ, quare cum dicatur vſque ad Euangelium, aliquid aliud intellexit Ambroſius præter priuatam auctoritatem, qua licet ſuam defendere vitã. id etiam illa verba confirmant (*ſed non iniquus* Dominus, *qui cum poſſet vlciſci*) etenim hæc potius auctoritatem quandam preter eam, quam quilibet habet iure naturæ ſe defendendi, innuunt; tandem quia videtur indicare Ambroſius ſententiam Auguſtini, quam multos ueriſimile eſt eſſe amplexatos; oſtendimus autem Auguſtinum voluiſſe penes Chriſtum fuiſſe ſupremam auctoritatem defendendi, qualis fuit apud Moyſem, Samuelem, & cæteros Iudices antiquæ legis, bella gerendi. hinc patet cur dictum ab Ambroſio: *Vt ſit in Euangelio bonitatis perfectio*, oſtẽditur enim hiſce verbis maxima Chriſti mãſuetudo, & amor in nos, vt cum ille eſſet ſupremus etiam ſecundũ humanam naturam Dominus, noluerit ſe defendere, ſed immolari potius pro nobis voluerit: quod etiam eius exemplo pro modulo ſuo imitantur martyres, & præſertim paſtores ponentes animam ſuam pro ouibus ſuis in ædificationem Eccleſiæ, quoties expedit pro animarum ſalute, cuius gratia armis etiam pro rei & temporis oportunitate libertatem debent defendere Eccleſiaſticam.

AVCTO-

Digitized by Google

AVCTORITATE D. PETRI REGIA & ſacerdotalis Eccleſiæ dignitas oſtenditur, eaque ex interpretatione Summorum Pontificum, & Theologorum probatur.

Cap. X.

VIDETVR D. Petrus in priore ſua Epiſtola ſatis aperte oſtēdere vtramque dignitatem, regiam nimirum, & ſacerdotalē in Sacerdotes nouæ legis fuiſſe per Chriſtum tranſmiſſā. verba D. Petri c. 2. sūt hæc alloquētis homines, ad quos ſcribebat: *Ad quē* Chriſtū *accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidē reprobatū, a Deo autem electum, & honorificatum, & ipſi tāquam lapides viui ſuperædificamini domos ſpirituales, ſacerdotium ſanctum, offerre. Spirituales hoſtias, acceptabiles Deo, per Ieſum Chriſtum, propter quod continet ſcriptura, ecce pono in Sion lapidem ſummum, angularem, electum pretioſum, et qui crediderit in eum, non confundetur; vobis igitur honor credentibus. non credentibus autem lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli; & lapis offenſionis, & petra ſcandali his, qui offendunt verbo, nec credūt in quo & poſiti ſunt: vos autē genus electū, regale Sacerdotium, gēs ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annūtietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum, qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non conſequuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſequuti*. Hæc Petrus: ex cuius verbis pluribus Eccleſiæ regia dignitas demonſtratur.

Erit itaque PRIMA probatio ab auctoritate ſummorum Pontificum, & Conciliorum Petrum exponentium de regia Eccleſiæ dignitate, prout diſtincta eſt a ſacerdotali.

Clemens

CLEMENS Romanus in Conſtitution. Apoſtolicis: *Audite hæc, o Laici, & Eccleſia Dei electa; prius enim populus, populus Dei, & gens ſancta vocabatur, & vos igitur ſancta, & ſacra Eccleſia deſcripta in cælis, regale* Sacerdotium, *gens ſancta, populus acquiſitionis*: & poſt pauca, *Quæ nunc primitiæ decimæ portiones, ac dona nunc oblationes, quæ per ſanctos Epiſcopos offeruntur Domino Deo per Chriſtum, qui pro omnibus mortuus eſt: hi namq; ſunt veſtri Pontifices, ſacerdotes vero veſtri ſunt præsbyteri, Leuitæ autem miniſtri, qui nunc ſunt Diaconi, & qui Lectores veſtri, & cantores, & ianitores. Diaconiſſæ item veſtræ viduæ, & virgines & orphani. ſuper hos vero omnes Pontifex eſt, qui Epiſcopus eſt, hic eſt miniſter verbi, ſcientiæ cuſtos, mediator Dei, & veſtrum in ijs, quæ ad Deum colendum pertinent; hic eſt magiſter pietatis ac religionis; hic eſt ſecundum Deum Pater veſter, qui vos per aquam, & Spiritum ſanctum in adoptionem regenerauit, hic Princeps, & Dux veſter: hic veſter Rex, & præfectus; hic poſt Deum terrenus Deus qui honore veſtro frui debet: de hoc enim, & ſimilibus aiebat Deus: Ego dixi dij eſtis, & filij altiſſimi omnes: Dijs populi tui non detrahes. Epiſcopus igitur vobis præſideat, vt dignitate Dei cohoneſtatus, qua Clerũ ſub poteſtate ſua teneat, et toti populo præſit.* Sic Clemens. ex cuius dictis aperte conſtat penes Pontifices eſſe regiam, & ſacerdotalem dignitatem, etenim poſtquam citaſſet ea verba (regale Sacerdotium) & offerri hoſtias per illos edixiſſet, vocat; *Principes, Duces, Reges, Præfectos, & loco terreni Dei honorandos, vt præſint omni Clero, & omni populo*, ita nimirum, vt rerum omnium poteſtatem habeant, quod certe voluiſſe Clementem, apertum eſt ex alijs locis, quos alibi afferemus.

Clement. lib. 2. c. 25.

Lib. 6. in teſtim. Clementis.

LEO magnus ſermone primo in natali Apoſtolorũ cum verba feciſſet de Petro, & Paulo, alloquens Romam: *Iſti ait, ſunt Patres tui, verique paſtores, qui te regnis cæleſtibus inſerendam, multo melius, multoque felicius condiderunt, quam illi, quorum ſtudio, prima mænium tuorum fundamenta locata ſunt: iſti ſunt, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt gens ſancta, populus electus, ciuitas ſa-*

cerdotalis, & regia per ſacram B. Petri ſedem caput orbis effecta, latius præſideres religione diuina, quam dominatione terrena. Hæc cum dicat Leo, nemo non videt, ſicut vere facta eſt Roma per ſedem Petri vrbs ſacerdotalis, ita ſit facta regia, vt ſicuti eſt ibi vere ſacerdotium ſupremum in rebus ſpiritualibus, ſit ibi regnum in temporalibus; non per Principes terrenos datum, ſed per ſedem Petri, & per religionem rebus ſacris præſideret & prophanis, & propterea iure diuino.

Et ſermone 2. ſuæ aſſumptionis alludens ad hunc Petri locum: *Dauidicum pſalmum, dilectiſſimi, non ad noſtram electionem, ſed ad Chriſti Domini gloriam conſona voce cantauimus, ipſe eſt enim de quo prophetice ſcriptũ eſt: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, in quo æterni Pontificis forma præceſſit, vt dum quibus parentibus ſit editus non refertur, in eo ille intelligatur oſtendi, cuius generatio non poteſt enarrari: denique cum huius diuini ſacerdotij ſacramẽtum etiam ad humanas peruenit functiones, non per generationum tramitem venit, nec quod caro & ſanguis creauit, eligitur, ſed ceſſante priuilegio Patrum, & familiarum ordine prætermiſſo, eos Rectores Eccleſia accepit, quos Spiritus ſanctus præparauit, vt in populo adoptionis Dei, cuius vniuerſitas ſacerdotalis, atque regalis non prærogatiua terrenæ originis obtineat vnctionem, ſed dignatio cæleſtis gratiæ gignat Antiſtitem.* ſi Spiritus ſanctus elegit in populo adoptionis rectores, & huius populi vniuerſitas conſtat ſacerdotali, & regali dignitate, vtiq; in vna epiſcopali perſona eſt vtraque dignitas. fidem facit ordo Melchiſedech, de quo erat ſermo a Leone factus; in perſona enim Melchiſedech vtraque erat cõiuncta dignitas ſacerdotalis, & regia, hic tamen antiſtes diuinitus habet hanc geminam dignitatem, non per ſucceſſionem carnalem, vt in tribu Leuitica olim erat; ideo ait: *Dignatio cæleſtis gratiæ gignat Antiſtitem.*

Leo Nonus in Epiſtola ad Michaelem Conſtantinopo-

nopolitanum,& Leonem Archidanum Epiſcopos:*Vos, inquit, nec amor Dei, & proximi, nec reuerentia diuinorum Canonum, aut ſicut dicitur orthodoxorum Principum veſtrorum prohibitio reuocat, qui publice maledicatis, & deteſtemini genus electum, regale ſacerdotium, gentemque ſanctam; quod quamuis omnibus Eccleſiis, quæ vnam catholicam in toto mundo efficiunt, a Principe Apoſtolorum Petro ſit vere dictum; nulli tamen verius aptatur, quam illi, cui præcipue præſidet ipſe, qui cæleſtis regni meruit gubernacula poſſidere.*& poſt pauca:*His, & alijs quamplurimis teſtimonijs, iam vobis ſatisfactum eſſe debuit de terreno, & cæleſti imperio; imo de regali ſacerdotio ſanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ ſedis, præcipue ſuper ſpeciali eius diſpoſitione in cælis.*ita Leo. Et clara ſunt,quæ ſanctus docet Pontifex,& clariora apparent ex tota illa Epiſtola,vbi pluribus regiam diuinitus & humanitus etiam per Conſtantinum Imperatorem conceſſam(quo verbis ipſius Leonis vtamur) gloriam edocet.

INNOCENTIVS Tertius:*Chriſtus ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech regnum non dedignatur ſacerdotio ſubiacere, quod etiam inde patet, quia vnctio ſacerdotalis remanet in capite, vnctio vero regis a capite deſcendit in humerum, vnde cum prius eſſet regnum ſacerdotale, ſicut Moyſes inquit in lege, nunc ſacerdotium eſt regale, ſicut Petrus in epiſt. ſua dicit, & qui dicit B. Petro; quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; dicendo quodcũque, nihil excepit, vt oſtenderet manifeſte, quod tam* Reges, *quam alios tradita ſibi poſſet auctoritate ligare.* *Innocẽtius 3. commen. in pſal. Miſerere.*

Et in ſermone de S.Syluestro:*Fuit ille* B.Syluester *ſacerdos non ſolum magnus, ſed maximus pontificali, & regia poteſtate ſublimis, illius quidem Vicarius, qui eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium, ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, vt ſpiritualiter poſſit intelligi dictum ad ipſum, & ſucceſſores illius, quod ait B.Petrus Apoſtolus primus, & præcipuus prædeceſſor ipſorum: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, hos enim elegit Dominus, vt eſſent Sacerdotes, & Reges.* hæc Innocentius.Nec vero moueat,quod ait, *ſpiritualiter dictum*,nam intelligit

Innocent. quia non eſt carnali modo Rex, & ex cauſis terrenis, & humanis inſtar cæterorum, ſed electione, & diuinitus ſacerdos ſecundũ ordinem Melchiſedech: quod ita ſit apparet ex illis, quæ poſtea ſubiungit Innocentius, quæ nos alias afferemus, cum latius ita ſenſiſse probabimus. Eadem voluiſſe conſtat Ioannem Papam Octauum epiſt. 68. ad Lambertum Comitem; & Nicolaum Tertium, vt ſuo loco oſtendemus.

Lib. 6. in teſtim. ipſius Innoc.

Sentit vna cum his Pontificibus Concilium Aquiſgranenſe vna cum Iſidoro explicans tonſuram Clericorum: *Quod vero* inquit, *detonſo capite ſuperius inferius circuli corona relinquitur, ſacerdotium, regnumque Eccleſiæ in eis exiſtimo figurari, hæc ex biſſo confecta rotunda erat, quaſi ſphera media, & hoc ſignificatur in capitis parte tonſa, corona autem latitudo eſt aurei circuli, quæ Regum capita vngit: vtrumque itaque ſignum exprimitur in capite clericorum, vt impleatur corporis etiam quadam ſimilitudine, quod ſcriptum eſt Petro Apoſtolo perdocente: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium.* Sic Concilium aperte aſſerens regnum, & ſacerdotium eſſe in Eccleſia, ad quod aſſumuntur Clerici è laicali ſtatu; vt figuratum ſit in tonſura Clericorum corporea etiam ſimilitudine, & propterea dictum a Petro, Regale ſacerdotium.

Aquiſ. ſub Ludo. Pio cap. 1.

SECVNDA PROBATIO eſt ex Patribus Latinis. S. HIERONYMVS epiſt. 116. quæ eſt ad Euagrium, vbi cum dixiſſet vere hominem fuiſſe Melchiſedech: *Hoc* inquit *ab eruditiſſimis gentis illius didicimus, qui in tantum non recipiunt Spiritum ſanctum; vel Angelum fuiſſe Melchiſedech, vt etiam certiſsimum hominis nomen aſcribant; & reuera ſtultum eſt id, quod in typo dicitur, eo quod Chriſti ſacerdotium finem non habeat; & ipſe Rex, & ſacerdos nobis vtrumque donauit, vt ſimus genus regale, & ſacerdotale, & quaſi angularis lapis parietem vtrumque coniunxit, & de duobus gregibus bonus paſtor vnum effecit gregem: ſic quoſdam referre ad ἀνάγωγην, vt hiſtoriæ auferant veritatem, vt dicant non fuiſſe regem, ſed in* imagi-

imagine hominis Angelum demonſtratum; intantum, vt nitantur Hebræi Melchiſedech Regem Salē filium Noe Sem oſtendere. Hæc Hierony. qui nō ait, vt dicamur genus ſacerdotale, ſed: *Simus*, quare ſi reuera donauit, vt ſimus, tranſtulit regiam, & Sacerdotalem dignitatem in Eccleſiam: quod etiam verba illa demonſtrant, cum ait vnum effectum gregem ſub vno ſcilicet Paſtore, vt viſibilis ſit vnus paſtor, ſicuti eſt vnus viſibilis grex; & vtraque coniūcta dignitas, veluti fuit in Melchiſedech Sacerdotalis, & regia. vnde vt alias referemus, Hieronymus Reges, & Regna debere eſſe ſubiecta Eccleſiæ affirmat, quoad neceſſitatem, & *Bonam & vtilem ſeruitutem, vt transferantur in dignitatem Apoſtolicam.* *Hiero. c. 60. in Eſaiam.*

Eadem cum Hieronymo docet AMBROSIVS quem attulimus lib. 2. cap. 10.

PRIMASIVS in commentarijs in cap. 7. epiſt. ad Hebræos: *Eadem ipſa* ſcilicet tribus *ſacerdotalis, & regalis in Chriſto, qui eſt Rex, ſacerdos: intuere myſterium, primum fuit regale ſacerdotium ſecundum conſequentiam huius ſermonis; ſecundum autem fuit ſacerdotium ſolummodo ſacerdotale in Aaron; tertium fuit iterū regale* Sacerdotiū *in Chriſto, ſicuti, & primum, Vnde Eccleſia modo regale ſacerdotiū habet, dicente Petro Apoſt. Vos genus electū, regale ſacerdotium: tribus ergo Iuda, ex qua dominus ortus eſt, per Mariam Virginem, cum ſemper regia eſſet, numquam ſacerdotalis, in Chriſto fuit vtrumque regalis, & ſacerdotalis, trāſlato toto ſacerdotio è tribu Leui, quæ antea ſacerdotalis erat.* Hæc Primaſius intelligens de ſacerdotio Euangelij, vt ſcilicet ſit ſacerdotale, & regale, quod dicit manere in Eccleſia, & eſſe ſicuti in primæuo tempore, in quo fuit in vna perſona Melchiſedech vtraq; coniuncta poteſtas Regia, & Sacerdotalis; nec eſſe ſeparatā, vti fuit in Synagoga, in qua licet eſſet vtraq; poteſtas, erat ſeparata, quod totū ante Primaſius declarauit: *Illud*, inquit, *ſacerdotiū manet potius, quod fuit ordinis Melchiſedech, quod Chriſtus corroborauit, & Eccleſiam tenere docuit; ſecunda*

cauſa

Digitized by Google

cauſa eſt, quia Melchiſedech Rex, & Sacerdos fuit, vnctusq. à Deo Spiritu ſancto, & Chriſtus hac gemina dignitate inſi gnitus manet: nam quod hanc Regiam dignitatem poſſideat, ipſe manifeſte dicit: Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, id eſt à Deo Patre; & poſt reſurrectionem ſuam dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Pſalmiſta quoque dicit ad Deum Patrem: Deus iudicium tuum Regi da, quod vero ſicut ſacerdos exiſtat, ſatis patet, quia ſeipſum obtulit in ara crucis pro nobis. Ita Primaſius, qui in commentariis in primum caput eiuſdem Epiſtolæ ad Hebræos clare docet Chriſtum ſecundum humanam natu ram habere dominium totius mundi, ſi itaque roborauit hoc Sacerdotiũ in Eccleſia, iam in vna perſona, eſt vtraque loco Chriſti dignitas Sacerdotalis, & Regia.

REMIGIVS: *Translatum eſt ſacerdotium de tribu ad tribum, de Sacerdotali videlicet ad regalem, vt eadem ipſa ſit, & regalis, & ſacerdotalis in Chriſto, qui eſt Rex, & Sacerdos: intuere myſterium: primo fuit regale ſacerdotium in Melchiſedech, ſecundum conſequentiam huius ſermonis.* & cætera, quæ habet Primaſius adducens Petri verba.

PETRVS Bleſenſis ſermone 5. habito in Synodo ad Sacerdotes: *Attendite ſacerdotes, attendite domus Iuda, domus Regis, auſcultate, quia iudicium vobis eſt; facti enim eſtis laqueus ſpeculationi, & quaſi rete, quod extenditur in monte Tabor, & declinaſtis veſtras victimas in profundum. verba ſunt hæc dilectiſſimi fratres, Oſeæ Prophetæ, qui ſacerdotalis ordinis dignitatem mirabiliter manifeſtat, et extollit. audite hæc Sacerdotes, domus Iuda, domus Regis; ac ſi diceret: Audite gens ſancta, populus acquiſitionis, genus electum, regale Sacerdotium; ſed quia quanto dignior eſt eminentia ſacerdotũ, tanto grauior eſt lapſus, & perículoſior ruina ipſorum, ſubiungit idem Propheta, Quia vobis iudicium eſt, vos qui vniuerſis hominibus dignitate ordinis preeminetis.* &c. ita Petrus Bleſenſis Archidiac. Bathonien.

BERNARDVS ſimili modo exponit 40. epiſtola ad Conradum Regem Romanorum: apparet autem Bernardum voluiſſe, Chriſtum ſecũdum humanam

naturam

naturam fuiſſe Regem, & Sacerdotem, & Regnum, & Sacerdotium tranſtuliſſe in Eccleſiam, ita vt Regnum inſeruiat Sacerdotio, & ab ipſo dependeat. ſic AVGVSTINVS Chriſtianam plebem affirmat vocari Regale Sacerdotium, ſecundum Ordinem Melchiſedech, per Chriſtum Regem, & Sacerdotem, quod ſacerdotium ſit in Noua lege, vt videre eſt lib. 17. de Ciuitate Dei cap. 5. in fine, & initio cap. 4. & de Regia dignitate, & Sacerdotali intelligit, quæ ſit per Chriſtum translata in Eccleſiam ad viros Eccleſiaſticos, colligitur etiam ex ISIDORO lib. 2. de Eccleſiaſticis officiis cap. 4. & 25. BEDA in commentariis in Epiſtolam Petri 1. in cap. 2. RABANO in commentariis in Exodum in cap. 19. & in cap. 33. Hieremiæ. VGONE lib. 2. de ſacramentis fidei, parte 3. cap. 1. & aliis.

TERTIA PROBATIO habetur ex Patribus Græcis, qui pari modo cum citatis, Petrum exponunt. *Secundum veterem diſpoſitionem legis*, ait DYDIMVS, *aliud erat regnum, aliud ſacerdotale genus; ſacerdotale namq; a Leui, regale ex Iuda genere ſuccedebat: alter enim apud Iudæos regnabat, alter ſacerdotium obtinebat: poſt itaque illam conſtitutionem, ſucceſſit Euangelium vnum, & eundẽ ſacerdotem, regemque conſtituens; Chriſtus namque vtrumque eſt, ad eum namque dictum eſt: Tu es Sacerdos in æternum, & iterum: Ego ſuſcitaui eum regem cum iuſtitia; ſed & ipſe de ſe dicit: Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, hoc eſt a Deo; his itaque diſpenſatis, neceſſarium erat diſperſos ab eo, qui ſimul Rex, & ſacerdos eſt, electum eſſe genus, & regale ſimul & ſacerdotale.* Hæc Dydimus in commentariis in Epiſtolam Petri, ex quo aperte conſtat, in Euangelio coniunctas fuiſſe has dignitates Regalem, & Sacerdotalem, & ſub vno capite eſſe; non autem diſperſas, vt in Veteri lege; ſicuti autem erat in Veteri lege verum Sacerdotium, & Regnum viſibile, ita in Noua oportet dicere eſſe, hæc loco Chriſti Regis, & Sacerdotis ſub

Dydimus in commen. in ep. Petri.

vno

vno viſibili capite: tum quia nemo negabit, Dydimum hæc intellexiſſe de vero Regno, & Sacerdotio, vti erant apud Hebræos: dicit autem eſſe electum genus Regale, & ſacerdotale ſimul: cum vero illa verba protulit Petrus in ſua Epiſtola, nulli erant Chriſtiani Reges, erant veri Sacerdotes, & ipſe Petrus Summus loco Chriſti Sacerdos: vt itaque vnitatem, quam dicit Dydimus, recte explicemus, debemus aſſerere, cõuenire in vno viſibili capite vtramque dignitatem, iuxta ordinem Melchiſedech, vt innuit ipſe Dydimus, & velut eſt vere genus Sacerdotale, per dignitatem Sacerdotalem, ſit vere Regale per dignitatem regiam; atq; ſic erit, quod ipſe ait, *Simul Regale, & Sacerdotale.*

CYRILLVS libro 10. in Ioannem capite 23. *Antiquior Euangelica diſciplina, quam legalis eſt, per fidem enim, & amicitiam Dei conſiſtit, quæ priſcis temporibus in Abraham figurata modo ad veritatem peruenit, in diſcipulis primum conſummata, qui acquiſitionis populi origo fuerunt, quem quidem populum gentem ſanctam, regale ſacerdotium, Scriptura ſolet appellare, quapropter ad Iudæorum matrem, id eſt, ad Synagogam Pſalmiſtæ verbis dicitur: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, nam etſi filij Iudæorum diſcipuli fuerunt, & legi Moſaycæ dediti; Patres tamen facti ſunt, ac Abrahæ locum obtinuerũt, ſpiritualium Iudæorum origo conſtituti, principesque totius orbis ordinati, Euangelium Chriſti prædicantes, & ipſum Chriſtum myſtice immolantes, vt in figura Chriſti Abraham filiũ ſuum.* ita Cyrillus, qui cum dicat Apoſtolos Principes totius orbis ordinatos, iam apparet ipſos reges feciſſe, & cum ſubiungit, Chriſtum immolantes, ſacerdotes eſſe intellexit, & id voluiſſe Cyrillum ex aliis locis cõſtat, in quibus affirmat translatum in Eccleſiam per Chriſtum regnum, & ſacerdotium, de qua re ſuo loco.

Pſal. 44.

In commentar. in Exo. cap. 19.

PROCOPIVS Gazeus in commẽtariis in Exodum: *Egregie præmuniuit Deus biſce verbis Iudæos, & quaſi aditum ſibi præſtitit, & parat, ad legislationem animos eorum*

conci-

concilians, & capiens magnis pollicitationibus, quæ ſic habent, Eritis mihi populus peculiaris, regale ſacerdotium, gens Sancta, quoniam illi aberrauerunt, nec magnifica illa promiſſa acceperunt; gratia Chriſti præſtitit his, qui eam admiſerunt, vt in ſua catholica differit Petrus. ita Procopius, & ne putares ſine diſcrimine conuenire omnibus; paulo ſupra de Apoſtolis interpretatur his verbis: *Chriſtus elegit Apoſtolos, quibus vere dicitur, vos genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in acquiſitionem.* hæc ille ex quo apparet in Apoſtolis fuiſſe regale ſacerdotium, & per illos conuenire gentibus, vt nimirum regia, & ſacerdotalis dignitas per Chriſtum deriuata ſit in Apoſtolos, & per Apoſtolos ad gentes.

OECVMENIVS in cōmentariis in Epiſtolam Petri: *Trāſit nunc ad laudem eorum, qui egregia præſtiterūt, & ait, vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium, ac ſi diceret, illi quidem ſua duritia, & inobedientia impegerunt in lapidem angularem; ſed non coædificati ſunt, vos autem non ita, ſed per obedientiam extructi eſtis in regale ſacerdotium; tanquam genus electum, tanquam gens ſancta; ne tamen nimia laude diſſoluat ipſos, & præterea ne hæreditario quodam iure habere videantur, vt gens ſancta eſſet, ac cætera, quæ ſequuntur, & quod ideo tali honore digni habiti fuerint, quia genus Abraham eſſent, nec vnquam impegiſſent; ſubiungit comprimens illorum faſtum, & ait, ne ob genus extollamini, non enim propter Abraham electi eſtis: in regale ſacerdotium, nam qui ab ipſo præceſſerant, ſacerdotalem tribum a regia diſtinctam habebant: non ergo propter Abraham gens, & genus electum eſtis, ac ſegregati in regale ſacerdotium nihil enim horum de Abraham dictum eſt, ſed & propter Chriſtum, qui & ſacerdos iuxta ordinem Melchiſedech dictus eſt, & Rex manſuetus, & iuſtus, et ſaluum faciens, qui etiam ſuper aſinæ pullum aſcēdit: ab eo igitur qui vtrumque habuit, per ſacri baptiſmatis renaſcentiam, merito & genus electum appellamini, & regale ſacerdotium, hoc autem habetis illius miſericordia, qui de tenebris vocauit in admiralem ſuam lucem.* Sic Oecumenius, quem etſi voluiſſe apparet eſſe Chriſtianos omnes in Chriſto Rege, & acerdote, genus electum, & regale Sacerdotium; at-
Oecumen.

Ttt tamen

tamen tales in Eccleſia eſſe poteſtates oſtendit, eaſq; non diſtinctas per tribus, vt in Veteri lege, ſed vnitas per Chriſtum ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech, & ideo debet intelligi penes Eccleſiam reſidere vice Chriſti, in vna perſona; ad hunc etiam Petri locum alludentes Ignatius Martyr in epiſt. ad Phyladel. & Clem. Alex. lib. 7. Strom. & voluiſſe videtur, vtramq; penes viros Eccleſiaſticos eſſe dignitatem regiam, & ſacerdotalem, afferemus eorum verba alibi. ſequitur

QVARTA PROBATIO ex Theologis. D. THOMAS opuſculo 20. lib. 1. c. 14. *Chriſtus*, inquit, *non ſolum ſacerdos, ſed* Rex *in ſcripturis ſacris nominatur, dicente Hieremia 23. Regnabit Rex, & ſapiens erit, vnde ab eo regale ſacerdotium deriuatur, & quod eſt amplius, omnes Chriſtifideles, inquantum ſunt membra eius, Reges, et ſacerdotes dicuntur: huius ergo regni miniſterium, vt a terrenis eſſent ſpiritualia diſtincta, non terrenis regibus, ſed ſacerdotibus eſt commiſſum: & pracipue ſummo Sacerdoti ſucceſſori Petri, Chriſti Vicario, Romano Pōtifici, cui omnes Reges Populi Chriſtiani oportet eſſe ſubiectos, ſicuti ipſi Domino Ieſu* Chriſto; *ſi enim ei ad quem finis vltimi cura pertinet, ſubdi debent, illi, ad quos pertinet cura antecedentium finium, & eius imperio dirigi, quia igitur ſacerdotium gentilium, & totus diuinorum cultus erat propter temporalia bona conquirenda, qua omnia ordinantur ad multitudinis bonum commune, cuius regi cura incumbit, conuenienter ſacerdotes gentilium Regibus ſubdebantur: ſed & quia in veteri lege promittebantur bona terrena, non a dæmonibus. ſed a Deo vero religioſo populo exhibenda, inde & in lege Veteri ſacerdotes regibus leguntur fuiſſe ſubiecti; ſed in Noua lege, eſt ſacerdotium altius, per quod homines traducuntur ad bona cæleſtia; vnde in lege Chriſti reges debent ſacerdotibus eſſe ſubiecti.* Innuit ſine dubio D. Thomas per verba illa (regale ſacerdotium) Petri locum. explicat autem, & probat, qua ratione in Noua lege regnum ſubiaceat ſacerdotio; ita vt reges ſubiecti eſſe debeant Chriſti Vicario Romano Pontifici, & eius imperio dirigi, licet executio rerum temporalium futura ſit apud lai-

cos

cos,quo Eccleſiaſtici commodius vacent ſpiritualibus.

PETRVS Lombardus, qui dictus eſt Sententiarum Magiſter lib.4.d.24. *Septem ſunt gradus Eccleſiaſtici,ſcilicet Oſtiarij,Exorciſtæ,Lectores,Acolyti,Diaconi,Subdiaconi, Sacerdotes,omnes tamen Clerici vocãtur,ideſt ſortiti: corona enim ſignaculũ eſt, quo ſignantur in partem ſortis miniſterij diuini:Corona regale decus ſignificat,quia ſeruire Deo regnare eſt, vnde miniſtri Eccleſiæ reges eſſe debent, vt ſe, & alios regant, quibus Petrus ait: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium &c. ſummitas capitis deſuper nudatur, vt eorum mens ad Dominum libera monſtretur, quæ reuelata facie gloriam Dei contempletur.* ita Magiſter. Si ſe,& alios debent regere, vtique eſt Regnum penes Eccleſiaſticos, quod vt diſtinguamus a ſacerdotio,iſtud regimen non ſolum erit ſpiritualium, ſed etiam temporalium, vt ipſa nimirum temporalia, & ad eorum imperium regantur. quamobrem *Petrus Lombardus.*

S. BONAVENT. hæc Magiſtri verba explicãs dubio 4. obijcit ſibi: *Videtur* inquit, *male dicere, quia dicitur Exodi 19. Sacerdotibus,quod ſunt regnum ſacerdotale, ergo ſecundum hoc Sacerdotium adiacet regno,non e conuerſo, ergo magis deberet dicere, regnum decorum. Reſpondeo, quod differentia eſt inter Vetus, & Nouum teſtamentum, inter comparationem ſacerdotum, & regni, quia enim Vetus teſtamentum erat adhuc carnalium,& carnaliter viuentium, ideo poteſtas ſecularis erat principalior, & poteſtas ſacerdotalis erat minor,& ideo ſignanter dicebatur in lege,regnum ſacerdotale, quia ſacerdotium pendebat ex regno: ſed contra in Noua dicitur 1.Petri 2.c. regale Sacerdotium, quia principalius eſt nunc Sacerdotium, quam regnum, & poteſtas ſpiritualis,quam temporalis ſiue carnalis:ſic enim competebat ſtatui gratiæ.* Hæc Bonauentura. idem docet de Eccleſiaſt. Hierarch.par.2. *Bonauent.*

Sic etiam RICARDVS explicat cum Magiſtro lib.4.diſt.24.ar. 1.q. 1: apparet autem Ricardum, ita velle eſſe poteſtatem regiam apud viros Eccleſiaſticos, vt regulam omnem, & normam ſumat tempo- *Riccar.*

ralis poteſtas a ſpirituali, & ſit vtraque penes Eccleſiaſticos coniũcta dignitas regia, & ſacerdotalis, quod videre eſt lib. & diſt. relatis art. 3. Q. 1. in corpore q. & ar. 5. q. 3. in corpore, & in reſpon. ad quintum argumentum. & eodem modo Petrum explicant cum Magiſtro cæteri citata diſt: Theologi. Ex his itaque conſtat interpretatione Pontificum, Patrum Græcorum, & Latinorum, & Theologorum allatis ver bis Petrum velle penes Eccleſiam, ſeu Eccleſiaſticos viros vtramque poteſtatem ſacerdotalem, & regiam eſſe coniunctam.

EADEM REGIA POTESTAS *penes Eccleſiaſticos viros eſſe pluribus alijs demonſtratur. Cap. XI.*

QVINTA PROBATIO colligitur ex cap. 19. Exodi, vnde Petrus allata a nobis verba deſumpſit: *Illud enim laudis teſtimonium* ait Beda, & Rabanus: *quod quondam Dei populo per Moyſem datum eſt, gentibus dat Apoſtolus*. Si itaque perpendamus ea verba, quæ quodam quaſi typo dicta ſunt de Synagoga, & ex parte per Moyſem geſta ſunt: completa vero omni ex parte per Chriſtum in Eccleſia; conſtabit, ſicuti reuera erat penes Hæbræos per Moyſem, regnum. & ſacerdotium in Synagoga; ita reuera eſſe in Eccleſia per Chriſtum, & eius Vicarium Petrum regnum, & ſacerdotium.

Sed apponamus verba Exodi. Submerſo iam Pharaone, & Aegyptijs, cum Moyſes vna cum Hebreis euaſiſſet incolumis, & recepturus legem aſcendiſſet in Montem, ſic ipſum alloquutus eſt Deus: *Vocauit Moyſem Dominus de Monte, & ait, hæc dicis domui*

Iacob

Digitized by Google

Iacob, & annunciabis filijs Iſrael, vos ipſi vidiſtis, quæ fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum, & aſſumpſerim mihi; ſi ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis; mea eſt enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens ſancta. hæc ſunt verba, quæ loquutus eſt ad filios Iſrael. venit Moyſes, & conuocatis maioribus natu populi expoſuit omnes ſermones, quos mandauerat Dominus, reſponditque omnis populus, Iuxta quæ loquutus eſt Dominus, faciemus. hæc ibi.

Significari hiſce verbis Regiam, & Sacerdotalem dignitatem conſtat ex Hebraica phraſi, & Chaldaica paraphraſi, & Septuaginta Interpretum tranſlatione, & Patrũ explicatione. Hebraice habetur ſine vlla propoſitione, ממלכת כהנים Mamlecheth cohanim, id eſt Regnum ſacerdotum, vt in hunc locum adnotauit Eugubinus, Lippomanus, & alij, quod equidem dictum puto, propterea quod Deus regiam poteſtatem eſſe potius ſacerdotalem voluerit, ſeu ſub ſacerdotibus, & potius ſacris rebus conſtare voluerit regnum Hebræorum, vt vult Lippomanus, non inſtar aliorum regnorum diuitiis, & multitudine equorũ, & quadrigarum; idcirco prohibuit Deus, ne Reges, ſi quando eligerentur more aliorum, in hiſce rebus ceteros imitarentur, vt habetur Deuteron. 17. & cap. 27. Numerorum, omnia agenda præcepit Deus per Moyſem ad imperium Eleazari Sacerdotis, vt ad eius nutum egrediatur, ac ingrediatur Ioſue, & omnis populus, id eſt, vt ex Hebraica phraſi conſtat, ex eius præſcripto; & Regi præcipitur, ſi quando futurus ſit, vt deſcribat legem Deuteronomij, ita ſacerdotes pro iudicibus conſulebant Dominum, quid agendum illis foret; ea propter cum petierunt filij Iſrael Regem, ſicuti cæteræ habebant *Deut. 17.*

bebant

bebant nationes, diſplicuit Deo huiuſmodi populi petitio, quod repuliſſet Samuelem ſacerdotem, & iudicem 1. Regum c. 8. fuit enim Samuel Iudex, & ſimul Sacerdos, vt è communi conſenſu Patrum, & certis rationibus lib. 5. oſtendam, & eam tulit Deus indignatus reſponſionem: *Non te ſpreuerunt, ſed me, ne regnem*

Theodo. in q in lib Regum q. 17. *ſuper eos. Quia,* ait Theodoretus, *Deus, & Domini, & regis implebat munus: Propheta autem erat miniſter, & veluti quidam Præfectus, & Dux, aut Imperator. Deus autem hoc eis ſignificauit, dicens: audi vocem populi, quoniam non te ſpreuerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.* Ita Theodoretus. Sic ergo quia noluerant iudicem Prophetam, aut Sacerdotem, dicitur, (ne regnem ſuper eos) itaq. Hebraica phraſi conſtat, reuera exprimi regiam quandam dignitatem, ſed potius leni quodam imperio, & ſacro; quare Samuel prædixit ius Regis futuri, qui inſtar tyranni dominaretur

Cypr. epiſt. 65. lib. 3. ep. 9. Hebræis. 1. Regum cap. 8. in pœnam ſpreti ſacerdotis Samuelis; vt Cyprianus, & alij adnotarunt.

Chaldaica paraphraſis ita vertit: *Et nunc ſi obedieritis verbo meo, & cuſtodieritis pactum meum, eritis coram me dilecti ex omnibus populis, quoniã mea eſt omnis terra, & vos eritis corã me reges, ſacerdotes, & populus ſanctus,* hebraicè: ואתון תהון קדמי מלכין כהנין ועם קדיש: Veattun tehon kodamai malchin kaanin vengam kadiſc, Chaldaica itaque paraphraſis exprimit aperte dignitatem Regiam, & Sacerdotalem.

Septuaginta ita tranſtulerunt βασίλειον ἱεράτευμα, id eſt regale ſacerdotium; itaque Septuaginta interpretationem ſequutus eſt Petrus (ſoliti enim ſunt ſæpe ſequi Septuaginta translationem Apoſtoli, & Euangeliſtæ, quam diu ſequuta eſt Eccleſia, & S. Patres, antequam Hieronymus transferret ex Hebraico codice in Latinam linguam Biblia) quæ expoſitio magis accedere

vide-

videtur ad litteram Hebraicam; magis enim exprimi apparet regia poteſtas, tamquam adiecta ad ſacerdotium, vt ſacerdotibus nimirum ſit ſubiecta, & dirigatur ad nutum illorum.

Conſentit cum ſupradictis NAZIANZENVS oratione de pace: *Quandiu Hebræi pacem, & ſecum, & cum* Deo *habuerũt, Aegyptiaca videlicet ſeruitute tamquam fornace ferrea oppreſſi, communiq; afflictione coniuncti, atque collecti, nonnumquam enim afflictio quoq; ipſa optimum eſt ad ſalutẽ pharmacum; plebs ſancta vocabatur, & pars Domini, regiumque ſacerdotium. neque vero hoc dici poteſt nomina quidem ampla, & magnifica fuiſſe; cæterum nominibus res ipſas haud quaquam reſpondiſſe: nam & Ducibus a Deo datis, vtebantur, & iter illis facientibus columna ignis, & nubis diu, noctuque præibat.* Sic Nazianzenus. Per Duces autem intelligere certum eſt ſupremum principatum, tam in ſacris, quam prophanis: vult enim Nazianzenus Moyſem fuiſſe ſacerdotem, & principem; ſic enim oratione ad Gregorium Nyſſenum, verba faciens de Moyſe, & Aaron. *Ambo*, inquit, *ſimiliter ſacerdotes, Moyſes enim ait ille, & Aaron inter ſacerdotes eius, ille principum princeps, & ſacerdotum ſacerdos, Aarone pro lingua vtens, &c.* *Nazianz.*

Sentit vna cum Nazianzeno CONCILIVM Epiſcoporum Prouinciæ Ponti ad Leonem Imperatorem; *Hebræi donec pacem habuerunt adinuicem, & ad Deum, ſanctus populus, & pars Domini, & regale ſacerdotium vocabantur, & a principibus regebantur, gubernatis a Deo, & columna eos ignis, & nubis noctu, diuque deducebat*, &c. Non videntur alieni BEDA, & RABANVS aſſerentes a Petro illud laudis teſtimonium tribui gentibus, quod datum eſt à Moyſe Iudæis, vt nimirum ſint vnitę gentes corpori illius, qui eſt Rex, *Beda, Rabanus, & Ruper. in com. in Exod.*

& Sa-

& Sacerdos. & ſimile quid docet etiam Rupertus ſi igitur fuit reuera in populo Iudæorũ, & regnũ & ſacerdotiũ per Moyſem principem, & ſacerdotẽ, vt propterea diceretur regale ſacerdotium, vtiq; per Chriſtum erat in populo Chriſtiano, & per eius Vicarium Petrum, qui hoc laudis teſtimonium tribuit Chriſtianis, cum nulli eſſent in populo Chriſtiano tunc Reges Chriſtiani, immo nec diu etiam deinceps fuerint.

SEXTA PROBATIO deducitur ex ſimilibus diuinarum Scripturarum locis, quibus ſatis explicatur Petrum voluiſſe eſſe tranſmiſſum per Chriſtum in Eccleſiam regnum, & ſacerdotium, à Chriſto Rege,& Sacerdote: ita enim docet Ioannes Apoſt. cap. 1. & cap. 5. Apocalypſis: *Gratia*, inquit cap. 1. *vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt, & a Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo, & patri ſuo.*

Et cap. 5. *Cum aperuiſſet librum*, videlicet agnus, *quatuor animalia, & vigintiquatuor ſeniores ceciderũt coram agno, habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum, & cantabant canticum nouum, dicentes: Dignus es Domine accipere librũ, & ſoluere ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deus in ſanguine tuo, ex omni tribu, lingua, populo, & natione, & feciſti nos* Deo *noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium dicentium voce magna:* Dignus *eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, fortitudinem, honorem, &c.*

Simile

Simile quid hiſce allatis verbis ex Apocalypſi Ioannis dici, quod a Petro eſt dictum, apparet ex eo, quod plures Patres loca hæc Ioannis verbis allatis ex Petro explicant, vt nimirum regnum, & ſacerdotes dicantur Chriſtiani, ſeu Eccleſia, in qua ſit regale ſacerdotium, ita VICTORINVS Epiſc. Pictauienſis, PRIMASIVS, BEDA, ANSELMVS, ANSBERTVS, HAYMO; & alij plures. Colligi vero regiam, & ſacerdotalem dignitatem ex Ioanne ſic oſtenditur. etenim in primo capite ſatis Apoſtolus expreſſit vtramque dignitatem, regiam quidem, verbis illis: *Princeps regum terræ*; vt alias fuſius dicam: cum vero ſequitur: *Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo*, ſacerdotalis dignitas denotatur; quare cum ſtatim ſubiungat Ioannes: *Et fecit nos regnum*, ſeu potius *reges*, vt plura Exemplaria Græca habent, oſtẽditur aperte deriuata a Chriſto in Eccleſiam vtraque poteſtas regia, & ſacerdotalis. denotari vero verbis illis (lauit nos in ſanguine ſuo a peccatis noſtris) dignitatem ſacerdotalem, nemo negare debet: nam expiatio illa Chriſti ſanguine facta eſt per eum tanquam ſacerdotem, quod videre eſt ex Paulo in Epiſt. ad Hebræos; & id confirmari poteſt, quia nos reuera Chriſtus effecit ſacerdotes, & reuera cõmunicauit ſacerdotalem dignitatẽ, ergo & regiam, quã habuiſſe Ioãnes expreſſit verbis illis: *Princeps regũ terræ*.

Hoc ipſum alter locus Ioannis demonſtrat: nam ibi etiam vtraque dignitas exprimitur, immo ſuprema in omnibus poteſtas meritis mortis acquiſita, dũ dicitur: *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt accipere virtutẽ, diuinitatem, ſapientiam, fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, & omnem creaturam, quæ in cælo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, &c.* quibus exprimitur ſuprema Chriſti ſecundum humanam naturam meritis mortis acquiſita poteſtas; itaque cum præce-

& Sacerdos. & ſimile quid docet etiam Rupertus. ſi igitur fuit reuera in populo Iudæorũ, & regnũ & ſacerdotiũ per Moyſem principem, & ſacerdotẽ, vt propterea diceretur regale ſacerdotium, vtiq; per Chriſtum erat in populo Chriſtiano, & per eius Vicarium Petrum, qui hoc laudis teſtimonium tribuit Chriſtianis, cum nulli eſſent in populo Chriſtiano tunc Reges Chriſtiani, immo nec diu etiam deinceps fuerint.

SEXTA PROBATIO deducitur ex ſimilibus diuinarum Scripturarum locis, quibus ſatis explicatur Petrum voluiſſe eſſe transmiſſum per Chriſtum in Eccleſiam regnum, & ſacerdotium, à Chriſto Rege, & Sacerdote: ita enim docet Ioannes Apoſt. cap. 1. & cap. 5. Apocalypſis: *Gratia*, inquit cap. 1. *vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt, & a Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terrę, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo, & patri ſuo.*

Et cap. 5. *Cum aperuiſſet librum*, videlicet agnus, *quatuor animalia, & vigintiquatuor ſeniores ceciderũt coram agno, habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum, & cantabant canticum nouum, dicentes: Dignus es Domine accipere librũ, & ſoluere ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deus in ſanguine tuo, ex omni tribu, lingua, populo, & natione, & feciſti nos* Deo *noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium dicentium voce magna:* Dignus *eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem fortitudinem, honorem, &c.*

Simile

Simile quid hiſce allatis verbis ex Apocalypſi Ioannis dici, quod a Petro eſt dictum, apparet ex eo, quod plures Patres loca hæc Ioannis verbis allatis ex Petro explicant, vt nimirum regnum, & ſacerdotes dicantur Chriſtiani, ſeu Eccleſia, in qua ſit regale ſacerdotium, ita VICTORINVS Epiſc. Pictauienſis, PRIMASIVS, BEDA, ANSELMVS, ANSBERTVS, HAYMO, & alij plures. Colligi vero regiam, & ſacerdotalem dignitatem ex Ioanne ſic oſtenditur. etenim in primo capite ſatis Apoſtolus expreſſit vtramque dignitatem; regiam quidem, verbis illis: *Princeps regum terræ*; vt alias fuſius dicam: cum vero ſequitur: *Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo*, ſacerdotalis dignitas denotatur; quare cum ſtatim ſubiungat Ioannes: *Et fecit nos regnum*, ſeu potius *reges*, vt plura Exemplaria Græca habent, oſtẽditur aperte deriuata a Chriſto in Eccleſiam vtraque poteſtas regia, & ſacerdotalis. denotari vero verbis illis (lauit nos in ſanguine ſuo a peccatis noſtris) dignitatem ſacerdotalem, nemo negare debet: nam expiatio illa Chriſti ſanguine facta eſt per eum tanquam ſacerdotem, quod videre eſt ex Paulo in Epiſt. ad Hebræos; & id confirmari poteſt, quia nos reuera Chriſtus effecit ſacerdotes, & reuera cõmunicauit ſacerdotalem dignitatẽ, ergo & regiam, quã habuiſſe Ioãnes expreſſit verbis illis: *Princeps regũ terræ*.

Hoc ipſum alter locus Ioannis demonſtrat: nam ibi etiam vtraque dignitas exprimitur, immo ſuprema in omnibus poteſtas meritis mortis acquiſita, dũ dicitur: *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt accipere virtutẽ, diuinitatem, ſapientiam, fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, & omnem creaturam, quæ in cælo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, &c.* quibus exprimitur ſuprema Chriſti ſecundum humanam naturam meritis mortis acquiſita poteſtas; itaque cum præce-

dentibus verbis dictũ eſt (fecit nos Deo noſtro regnum) ſeu potius reges,& ſacerdotes,vtique tranſmiſit regiã,& ſacerdotalẽ poteſtatẽ in Eccleſiã. Nec dici poteſt nõ intelligi de militanti Eccleſia in terris; nã ſicuti ſacerdotalẽ hic in terris hominibus tradidit poteſtatẽ, ita & tribuiſſe regiã debemus dicere,cũ vnico contextu vtraq; dignitas data aſſeratur, ſic Apoſtolus ipſe ſe declarat,*& regnabimus ſuper terrã* : quare & ſi aliqui dicũt,*regnabimus ſuper terrã*, intelligi de terra viuentiũ, non propterea negari poteſt,quin etiam hic inter mortales intelligatur, vt intelligitur ſacerdotis poteſtas. Patres autem, vel idem,quod nos aſſerunt in commentariis in hæc loca Ioannis, vel certe non obſtant.

VICTORINVS Pictauienſis Epiſcopus,& martyr : *Fecit nos regnum, & ſacerdotes, ideſt omnium fidelium Eccleſiam, ſicut Petrus Apoſtolus dicit, Gens ſancta, regale ſacerdotium.*

PRIMASIVS : *Fecit nos reges, & ſacerdotes Deo,& Patri ſuo, ſicut Petrus Apoſtolus dicit, Gens ſancta, regale ſacerdotium*,& cætera. Apparet autem Primaſium ex ſupradictis verba illa Petri reuera explicare de vero regno & ſacerdotio, vt alias oſtendam.

RVPERTVS Abbas : *Regnum vtique Patri ſuo, ſacerdotes Deo ſuo, Rex & ſacerdos, ſolus erat, reges, & ſacerdotes fecit, de ſeruis peccati de filijs mortis proponebat, & idcirco ſanguinem ſuum fundebat.*

Andræas Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus:*Sua morte genus noſtrum a mortis vinculis liberauit, ſanguiniſque viuifici, & aquæ effuſione a peccatorum ſordibus nos abluit; ac in regium ſacerdotium coaptauit, quippe qui brutarum victimarũ loco Hoſtiam viuam,cultumq; certa ratione conſtantem Deo, & Patri nunc offeramus.*

AVGVSTINVS ſeu potius THICONIVS inter opera Auguſtini:*In capite ſuo totam accepit Eccleſia po-*

teſtatem, ſicut ſcriptum eſt, Cum illo omnia nobis donauit, ipſe enim agnus accepit, qui in Euangelio dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra, ſecundum humanitatem ergo, non ſecundum diuinitatem accepit. *Matth. 28.*
BEDA in Commentarijs in primum cap. aperte explicat de regia, & ſacerdotali dignitate a Chriſto Rege & ſacerdote tradita, & de Epiſcopis quos Spiritus ſanctus poſuit, ait Paulus, regere Eccleſiam Dei.

AMBROSIVS de Eccleſia interpretatur regnum, & ſacerdotium, & quia membra ſunt Chriſti ſacerdotis ſecundum ordinem Melchiſedech, ſic etiam ANSBERTVS: *Regnũ* ait *& ſacerdotes, quia membra ſunt Chriſti Regis & Sacerdotis.*

ANSELMVS potius de myſtico ſacerdotio, & regimine vitiorum explicat: verũ cap. 5. de vero etiam ſacerdotio exponit, & regimine Eccleſiæ ſuper terrenos homines, per pœnam excommunicationis.

HAYMO in cap. 5. de myſtico ſacerdotio, & regimine vitiorum, dum ſe iuſti veluti hoſtiam Deo offerunt, interpretatur: ſed ſi hoc generatim de omnibus dicit; non tollitur litteralis expoſitio, vt reuera illi, qui ad regendos alios aſſumuntur, poteſtate caractheris debeant reprimere vitia ſuorum ſibi ſubiectorum, & in omnibus regere in ordine ad æternam fœlicitatem, ad quam ex officio, & poteſtate debent ſubiectos ſibi adducere; quare cap. 1. cum dixiſſet, omnes electos poſſe vocari reges: *Quia etiam* ait *caput fidelium Rex eſt, & Sacerdos, congruenter & membra capitis Reges, & ſacerdotes vocantur, quibus per Petrum dicitur: vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium.* hęc ille cum dicat; iam aperit conuenire Chriſto geminas has dignitates veluti capiti Eccleſiæ, cuius eſt influere in membra, & deriuare, quare reuera tranſmiſit hanc geminam in Eccleſiam dignitatem per ſacerdotium

Digitized by Google

Melchiſedech, in quo eſt vtraque coniuncta.

Cæteri verò qui videntur de myſtico regimine vitiorum explicare, non obſtant, de illis enim idem dicimus, atque modo dicebamus ad Haymonem, & ſi in omnibus fidelibus vera ſit ea interpretatio, vt ſe fideles regant virtute Chriſti; quoad illos tamen qui aſſumuntur, non ſolum ad ſuam, ſed aliorum curam, veluti ſunt Epiſcopi, dicimus habere poteſtatem regendi alios gemina illa dignitate iuxta ſacerdotium Melchiſedech.

SEPTIMA PROBATIO ſumitur ex ipſo verborum contextu D. Petri, ſi enim recte perpendentur, quæ a Petro dicuntur, euidenter oſtenditur, quod aſſerimus; etenim locus, quem ex Iſaia indicat, & citat Petrus, poteſtatem quãdam iuditiariam in omnibus denotat: *Ecce ego* (ait vates) *pono in fundamentis Syon lapidem probatum, pretioſum, in fundamẽto fundatum, qui crediderit, non feſtinet; & ponam in pondere iuditium, & iuſtitiam in menſura.*

Ionatham Caldaice ita tranſtulit: *Dixit Dominus* Eſa. 28. *Deus, Ecce ego conſtituo in Sion Regem, regem potentem, robuſtum, fortem*. ſic ille de poteſtate regia intelligens, quomodo etiã intelligit Rabi Salamõ, vt videre eſt apud Galatinum lib. 3. cap. 21. & in ipſo Originali vbi exprimitur nomen משיח, & dicitur melech Hamaſciach; hebraice. מלך המשיח, Melech Lameſciach, id eſt, Rex Meſſias.

Sic etiam Cyrillus de ſuprema Iuditiaria poteſtate interpretatur lib. 3. in Eſaiam non longe ab initio verbis illis: *Pater* inquit *iudicat neminem, ſed omne iuditium dedit filio, vt omnes honorent filium.* ſic ille.

2 Dicebamus ſupra cap. 2. huius libri Chriſtum reprobatum eſſe a Iudæis, etiam quoad poteſtatem regiam: docet vero Petrus eſſe conſtitutum Chriſtum petram

tram

tram offenſionis reprobatam in ædificio, in caput anguli, quare vt ibi oſtendimus, idem eſt phraſi Hebræa caput anguli, ac Chriſtum eſſe conſtitutum in principem regni, & ſupremum dominum in omnibus, cum itaque ſtatim deinceps dicatur (vos genus electum, regale ſacerdotium) in hoc angulo iam indicat Petrus tanquam caput Chriſtum tranſmiſiſſe geminam dignitatem.

3 Certe ſi tantũ regale ſacerdotiũ diceremur, quia adiũcti ſumus Chriſto capiti, nõ eſſemus reuera nos electum genus, & regale ſacerdotium, ſed potius vocaremur, & nominaremur per Chriſtum, at Petrus ait præſenti tempore, quo nulli erant Chriſtiani Reges: *Vos genus electum, regale ſacerdotium*, quibus verbis virtute continetur verbum ſubſtantiuum, eſtis, itaque reuera eſt in Eccleſiam regia dignitas, & ſacerdotalis transmiſſa, vt nimirũ in ipſa Eccleſia ſit populus Chriſtianus genus electum, per fidem in Chriſto; ſacerdotium, ſeu poteſtas ſacerdotalis; ſanctitas; plebs acquiſitionis; populus conſequutus miſericordiam; igitur pari modo poteſtas regia, quandoquidem vna cum his attributis dicitur: *Regale ſacerdotium*; conſtat enim regiam poteſtatem eſſe a ſacerdotali diſtinctam, cum ſacerdotalis ſit rerum ſpiritualium, regia vero rerum temporalium, & ideo non poteſt dici: *Regale ſacerdotium*, quia ſacerdotis regimen eſt circa res ſpirituales, nam non diſtingueretur iſto modo poteſtas ſacerdotalis, & regia, & ſatis fuiſſet, vt diceretur, genus electum ſacerdotale, nec oportebat vt adderetur: *Regale*: voluit itaq; verbis illis: *Regale ſacerdotium* Petrus oſtendere, reuera eſſe in Eccleſiam regnum, & ſacerdotium a Chriſto rege & ſacerdote tranſmiſſum.

4 Hoc ipſum verba etiam demonſtrant, quæ deinceps ſequuntur: *Qui aliquando non populus, nunc autem*

popu-

populus Dei, qui non conſequuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſequuti; innuit enim Petrus locū ex Oſeæ c. 1. & 2. in calce, vbi docet Oſæas fore, vt ſit caput vnum in Eccleſia, quod a Petro indicatum ſupra eſt, vbi dixit Chriſtum conſtitutum in caput anguli: atqui quomodo vnum viſibile caput in viſibili Eccleſia foret, (vnius enim viſibilis corporis vnum eſt viſibile caput) ſi penes vnum eſſet rerum Spiritualium poteſtas, penes alterum rerum temporalium?

OCTAVA PROBATIO adduci poteſt ex vſu inſignis regiæ poteſtatis. nam Ioannes Apoſtolus, qui docuit eſſe factos nos per Chriſtum Reges & ſacerdotes, geſtare conſueuit laminam aureā, quæ erat alligata vnà cum mitra, ſeu cydari, & erat inſigne regiæ poteſtatis; vt ex diuinis litteris conſtat Exodi 28. 29. & 39. Leuitici 8. de qua re legendus Hieronymus epiſt. 128. ad Fabiolam de ornatu ſacerdotum Veteris legis. Philo in lib. de profugis: & colligitur ex pluribus Patribus, vt dicemus cum de vſu temporalis poteſtatis agemus. Conſueuiſſe autem Ioannem Apoſtolum geſtare in fronte huiuſmodi laminam, refert ex Policrate Epheſiorum Epiſcopo, Euſebius lib. 5. hiſtor. c. 23. & Hieronymus in Policrate: Iacobum etiā fratrē Domini bracteam ſeu laminam geſtare conſueuiſſe refert idem Hieronymus in Iacobo, & in epiſt. ad Sullam: Epiphanius hæreſi 29. vbi expreſſe affirmat eſſe inſigne regni, & per Chriſtum ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech translatum in Eccleſiam, & Epiſcopos, regnum & Sacerdotium. hæc nos hic breuiter innuiſſe ſatis erit, cum fuſe alias ſimus tractaturi.

NON-

NONNVLLA OPPONVNTVR, *& ſoluuntur.* Cap. XII.

CONTRA ea, quæ dicta ſunt videntur nonnulla poſſe opponi, quæ ſoluenda ſunt. Epiſtola hæc Petri ſcripta eſt ad diſperſos Hebræos, non ad omnes gentes; non itaque poteſt dici eſſe in Eccleſia talis poteſtas, vigebat enim adhuc apud hebræos regia poteſtas, & nondum erat deſtructum templum, & vaſtata vrbs Hieroſolymorum, quare non videntur hæc dici de Epiſcopis a Petro; vel potius voluiſſe videtur Hebræis indicare, quæ ſcribuntur de illis per Moyſem Exodi 19. impleta eſſe, quatenus typo quodam præceſſerunt in ſubmerſione Aegyptiorũ, & Pharaonis, quæ erat Baptiſmi figura, quo ſacramento homo in cæleſte regnum adſcribitur.

Secũdo:ſine diſcrimine ait Petrus: *Genus electum, regale ſacerdotium* alloquens omnes, ad quos ſcribebat, ſicut itaque hæc explicari non poſſunt de vero ſacerdotio rerum ſpiritualium, ita nec de vero regno rerum temporalium, cum certum ſit non omnes eſſe Sacerdotes; potius itaque de myſtico ſacerdotio debent exponi, & regimine vitiorum. quod ita eſſe probari poteſt ex diuinis litteris, & ſanctorum Patrum auctoritate. nam Petrus id voluiſſe apparet verbis illis (ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum a Deo autem electum, & honorificatum, & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini domos ſpirituales, ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias) quibus indicatur myſticum ſacerdotium, vt ſe fideles omnes offerant tanquam hoſtias, quod etiam

Paulus

Paulus habet: *Obſecro vos* inquit *fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem ſanctam, Deo placentem rationabile obſequium veſtrum*. ita etiam exponunt Patres.

Hilarius in commentarijs in pſal. 51. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, genus ſanctum, plebs ad poſſidendum, in hanc igitur ſpiritualem domum ædificandi in regale genus ſumus, ſi per ſpiritualem corporum ædificationem conformes Deo facti, genus perfici regale mereamur. Fecit* Anſel. ait, *Regnum, & ſacerdotes Deo Patri fidem dando regni cæleſtis, & ſacerdotes Deo, & Patri.* & mox: *Rex dicitur ille, qui regit & reprimi illicitos motus, ſacerdos, qui digne offert preces ſuas, & ſe Deo ſacrificat per bonam voluntatem, & rectam actionem, ſic totaliter ſe Deo dedicando.* & non diſſimili modo exponit Clemens Alexandrinus in commentarijs in hunc locum, Bernardus, D. Thomas, ſeu alius auctor illorum commentariorum in Apocalypſim, Alenſis, & alij.

Anſel. in commen. in Apocalyp.

Bernard. in ſententijs. Alen. par. 4 q. 10. mem. 3. ar. 1. §. 2. ad argum.

Tertio, quia aliquid magnæ laudis, & excellentiæ videtur Petrus voluiſſe indicare verbis illis: at quod regnum rerum terreſtrium fuerit inter eos, ad quos ſcribebat, non magnæ eſt laudis; etenim apud Ethnicos erat imperatoria Maieſtas, nempe Romæ, vnde ſcribere videtur Petrus, illam Babylonis nomine appellans: at magnæ eſt laudis, ſi adſcripti ſint fideles ad regnum cæleſte per Chriſtum, & per verum ſacerdotium, quo impertitur Chriſtus ſuis poteſtatem cõficiendi corpus, & ſanguinem, abſoluẽdi a peccatis, & impertiendi gratiam, qua homo fit dignus regno cæleſti & æterna gloria.

Quarto, quia ſi Petrus intellexit de regno rerũ temporalium, cum deinceps ſubiecit? *Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter* Deum, *ſiue regi quaſi præ*

ſi præcellenti, ſiue ducibus, tam potestatis vtriuſque gnum itaque eſt de cæleſti potius re ab vna ad aliam,

Quinto non apparet, quomodo de regi officium Reverba Petri explicari poſſint, quod ſicuti e.. Moyſem regia, & ſacerdotalis poteſtas, ita ſit p.. Petrum, & eius ſucceſſores; etenim Moyſes licet euad ſiſſet incolumis ſubmerſo Pharaone; attamen adhuc Hebræi nihil redigerant de terra promiſſa in ſuam poteſtatem, vnde penes illos foret regia poteſtas, ſeu penes Moyſem.

Sexto, Eſto vt cõcedamus eſſe penes Petrum regiam poteſtatem, erit tamen ſolum in ordine ad ſpiritualia, & potius regnum erit ſpirituale, non inſtar aliorum, qui habent rerũ temporalium dominium: quare in cõmentariis in hunc locũ Caiet. *Verificatur* inquit *quod habet Petrus in vniuerſo populo Chriſtiano; ſacerdotium quidem ſecundum quoſdam conſecratos, regnum autem ſpiritualiter, quamuis enim vniuerſus populus Chriſtianus habeat regale ſacerdotium in ſummo Pontifice, cui ſuapte natura conuenit præeſſe Regibus omnibus, & relatione ad Spiritualia de eis diſponere.* ſic ille. a qua explicatione non videtur abeſſe multũ Gelaſius Papa in tomo de anathematis vinculo. vbi de tẽporalibus poteſtatibus agẽs hęc habet. *Quod ſi hæc tentare formidant, nec ad ſua pertinere cognoſcunt modulum poteſtatis, cui tantum de humanis rebus iudicare permiſſum eſt, non etiam præeſſe diuinis, quomodo de his, per quos diuina miniſtrantur, iudicare præſumunt? fuerunt hæc ante aduentum Chriſti, vt quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus conſtituti, pariter Reges exiſterent, & pariter ſacerdotes, quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſacra prodit hiſtoria, quod in ſuis quoque diabolus imitatus eſt, vt pote, qui ſemper, quæ diuino cultui conuenirent, ſibimet tyrannico ſpiritu vindicare contendit, vt Pagani Imperatores ijdem, & Maximi Pontifices dicerentur: ſed cum ad verum ventum eſt, eundem Regem, atque Pontificem, vltra ſibi, nec Imperator Pontificis nomen impoſuit, nec Pon-*

ſi præcellenti, ſiue ducibus, tan̄q poteſtatis vtriuſque gnum itaque eſt de cæleſti potius re ab vna ad aliam,

Quinto non apparet, quomodo de reg officium Reverba Petri explicari poſſint, quod ſicuti e.. Moyſem regia, & ſacerdotalis poteſtas, ita ſit p.. Petrum, & eius ſucceſſores; etenim Moyſes licet euad ſiſſet incolumis ſubmerſo Pharaone; attamen adhuc Hebræi nihil redigerant de terra promiſſa in ſuam poteſtatem, vnde penes illos foret regia poteſtas, ſeu penes Moyſem.

Sexto, Eſto vt cōcedamus eſſe penes Petrum regiam poteſtatem, erit tamen ſolum in ordine ad ſpiritualia, & potius regnum erit ſpirituale, non inſtar aliorum, qui habent rerū temporalium dominium: quare in cōmentariis in hunc locū Caiet. *Verificatur* inquit *quod habet Petrus in vniuerſo populo Chriſtiano; ſacerdotium quidem ſecundum quoſdam conſecratos, regnum autem ſpiritualiter, quamuis enim vniuerſus populus Chriſtianus habeat regale ſacerdotium in ſummo Pontifice, cui ſuapte natura conuenit præeſſe Regibus omnibus, & relatione ad Spirituali a de eis diſponere.* ſic ille. a qua explicatione non videtur abeſſe multū Gelaſius Papa in tomo de anathematis vinculo. vbi de tēporalibus poteſtatibus agēs hęc habet. *Quod ſi hæc tentare formidant, nec ad ſua pertinere cognoſcunt modulum poteſtatis, cui tantum de humanis rebus iudicare permiſſum eſt, non etiam præeſſe diuinis, quomodo de his, per quos diuina miniſtrantur, iudicare præſumunt? fuerunt hæc ante aduentum Chriſti, vt quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus conſtituti, pariter Reges exiſterent, & pariter ſacerdotes, quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſacra prodit hiſtoria, quod in ſuis quoque diabolus imitatus eſt, vt pote, qui ſemper, quæ diuino cultui conuenirent, ſibi met tyrannico ſpiritu vindicare contendit, vt Pagani Imperatores ijdem, & Maximi Pontifices dicerentur: ſed cum ad verum ventum eſt, eundem Regem, atque Pontificem, vltra ſibi, nec Imperator Pontificis nomen impoſuit, nec Pon-*

populus Dei, qui non conſequuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſequuti; innuit enim Petrus locũ ex Oſeæ c. 1. & 2. in calce, vbi docet Oſæas fore, vt ſit caput vnum in Eccleſia, quod a Petro indicatum ſupra eſt, vbi dixit Chriſtum conſtitutum in caput anguli: atqui quomodo vnum viſibile caput in viſibili Eccleſia foret, (vnius enim viſibilis corporis vnum eſt viſibile caput) ſi penes vnum eſſet rerum Spiritualium poteſtas, penes alterum rerum temporalium?

OCTAVA PROBATIO adduci poteſt ex vſu inſignis regiæ poteſtatis. nam Ioannes Apoſtolus, qui docuit eſſe factos nos per Chriſtum Reges & ſacerdotes, geſtare conſueuit laminam aureã, quæ erat alligata vnà cum mitra, ſeu cydari, & erat inſigne regiæ poteſtatis; vt ex diuinis litteris conſtat Exodi 28. 29. & 39. Leuitici 8. de qua re legendus Hieronymus epiſt. 128. ad Fabiolam de ornatu ſacerdotum Veteris legis. Philo in lib. de profugis: & colligitur ex pluribus Patribus, vt dicemus cum de vſu temporalis poteſtatis agemus. Conſueuiſſe autem Ioannem Apoſtolum geſtare in fronte huiuſmodi laminam, refert ex Policrate Epheſiorum Epiſcopo, Euſebius lib. 5. hiſtor. c. 23. & Hieronymus in Policrate: Iacobum etiã fratrẽ Domini bracteam ſeu laminam geſtare conſueuiſſe refert idem Hieronymus in Iacobo, & in epiſt. ad Sullam: Epiphanius hæreſi 29. vbi expreſſe affirmat eſſe inſigne regni, & per Chriſtum ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech translatum in Eccleſiam, & Epiſcopos, regnum & Sacerdotium. hæc nos hic breuiter innuiſſe ſatis erit, cum fuſe alias ſimus tractaturi.

NON-

NONNVLLA OPPONVNTVR, *& ſoluuntur.* Cap. XII.

CONTRA ea, quæ dicta ſunt videntur nonnulla poſſe opponi, quæ ſoluenda ſunt. Epiſtola hæc Petri ſcripta eſt ad diſperſos Hebræos, non ad omnes gentes; non itaque poteſt dici eſſe in Eccleſia talis poteſtas, vigebat enim adhuc apud hebræos regia poteſtas, & nondum erat deſtructum templum, & vaſtata vrbs Hieroſolymorum, quare non videntur hæc dici de Epiſcopis a Petro; vel potius voluiſſe videtur Hebræis indicare, quæ ſcribuntur de illis per Moyſem Exodi 19. impleta eſſe, quatenus typo quodam præceſſerunt in ſubmerſione Aegyptiorū, & Pharaonis, quæ erat Baptiſmi figura, quo ſacramento homo in cæleſte regnum adſcribitur.

Secūdo: ſine diſcrimine ait Petrus: *Genus electum, regale ſacerdotium* alloquens omnes, ad quos ſcribebat, ſicut itaque hæc explicari non poſſunt de vero ſacerdotio rerum ſpiritualium, ita nec de vero regno rerum temporalium, cum certum ſit non omnes eſſe Sacerdotes; potius itaque de myſtico ſacerdotio debent exponi, & regimine vitiorum. quod ita eſſe probari poteſt ex diuinis litteris, & ſanctorum Patrum auctoritate. nam Petrus id voluiſſe apparet verbis illis (ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum a Deo autem electum, & honorificatum, & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini domos ſpirituales, ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias) quibus indicatur myſticum ſacerdotium, vt ſe fideles omnes offerant tanquam hoſtias, quod etiam

Paulus

Paulus habet: *Obſecro vos* inquit *fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem ſanctam, Deo placentem rationabile obſequium veſtrum*. ita etiam exponunt Patres.

Hilarius in commentarijs in pſal. 51. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, genus ſanctum, plebs ad poſſidendum, in hanc igitur ſpiritualem domum ædificandi in regale genus ſumus, ſi per ſpiritualem corporum ædificationem conformes Deo facti, genus perfici regale mereamur.* Fecit Anſel. ait, *Regnum, & ſacerdotes Deo Patri fidem dando regni cæleſtis, & ſacerdotes Deo, & Patri.* & mox: *Rex dicitur ille, qui regit & reprimi illicitos motus, ſacerdos, qui digne offert preces ſuas, & ſe Deo ſacrificat per bonam voluntatem, & rectam actionem, ſic totaliter ſe Deo dedicando.* & non diſſimili modo exponit Clemens Alexandrinus in commentarijs in hunc locum, Bernardus, D. Thomas, ſeu alius auctor illorum commentariorum in Apocalypſim, Alenſis, & alij.

Anſel. in commen. in Apocalyp.

Bernard. in ſententijs. Alen par. 4 q. 10. mem. 3. ar. 1. §. 2. ad argum.

Tertio, quia aliquid magnæ laudis, & excellentiæ videtur Petrus voluiſſe indicare verbis illis: at quod regnum rerum terreſtrium fuerit inter eos, ad quos ſcribebat, non magnæ eſt laudis; etenim apud Ethnicos erat imperatoria Maieſtas, nempe Romæ, vnde ſcribere videtur Petrus, illam Babylonis nomine appellans: at magnæ eſt laudis, ſi adſcripti ſint fideles ad regnum cæleſte per Chriſtum, & per verum ſacerdotium, quo impertitur Chriſtus ſuis poteſtatem cõficiendi corpus, & ſanguinem, abſoluẽdi a peccatis, & impertiendi gratiam, qua homo fit dignus regno cæleſti & æterna gloria.

Quarto, quia ſi Petrus intellexit de regno rerũ temporalium, cum deinceps ſubiecit? *Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter* Deum, *ſiue regi quaſi præ*

Digitized by Google

ſi præcellenti, ſiue ducibus, tanquam a Deo miſſis: Signum itaque eſt de cæleſti potius regno intellexiſſe.

Quinto non apparet, quomodo de regia poteſtate ea verba Petri explicari poſſint, quod ſicuti erat penes Moyſem regia, & ſacerdotalis poteſtas, ita ſit penes Petrum, & eius ſucceſſores; etenim Moyſes licet euaſiſſet incolumis ſubmerſo Pharaone; attamen adhuc Hebræi nihil redigerant de terra promiſſa in ſuam poteſtatem, vnde penes illos foret regia poteſtas, ſeu penes Moyſem.

Sexto, Eſto vt cõcedamus eſſe penes Petrum regiam poteſtatem, erit tamen ſolum in ordine ad ſpiritualia, & potius regnum erit ſpirituale, non inſtar aliorum, qui habent rerũ temporalium dominium: quare in cõmentariis in hunc locũ Caiet. *Verificatur* inquit *quod habet Petrus in vniuerſo populo Chriſtiano; ſacerdotium quidem ſecundum quoſdam conſecratos, regnum autem ſpiritualiter, quamuis enim vniuerſus populus Chriſtianus habeat regale ſacerdotium in ſummo Pontifice, cui ſuapte natura conuenit præeſſe Regibus omnibus, & relatione ad Spirituali a de eis diſponere.* ſic ille. a qua explicatione non videtur abeſſe multũ Gelaſius Papa in tomo de anathematis vinculo. vbi de tẽporalibus poteſtatibus agẽs hęc habet. *Quod ſi hæc tentare formidant, nec ad ſua pertinere cognoſcunt modulum poteſtatis, cui tantum de humanis rebus iudicare permiſſum eſt, non etiam præeſſe diuinis, quomodo de his, per quos diuina miniſtrantur, iudicare præſumunt? fuerunt hæc ante aduentum Chriſti, vt quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus conſtituti, pariter Reges exiſterent, & pariter ſacerdotes, quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſacra prodit hiſtoria, quod in ſuis quoque diabolus imitatus eſt, vt pote, qui ſemper, quæ diuino cultui conuenirent, ſibimet tyrannico ſpiritu vindicare contendit, vt Pagani Imperatores ÿdem, & Maximi Pontifices dicerentur: ſed cum ad verum ventum eſt, eundem Regem, atque Pontificem, vltra ſibi, nec Imperator Pontificis nomen impoſuit, nec Pon-*

Paulus habet: *Obſecro vos* inquit *fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem ſanctam, Deo placentem rationabile obſequium veſtrum*. ita etiam exponunt Patres.

Hilarius in commentarijs in pſal. 51. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, genus ſanctum, plebs ad poſſidendum, in hanc igitur ſpiritualem domum ædificandi in regale genus ſumus, ſi per ſpiritualem corporum ædificationem conformes Deo facti, genus perfici regale mereamur. Fecit* Anſel. ait, *Regnum, & ſacerdotes Deo Patri fidem dando regni cæleſtis, & ſacerdotes Deo, & Patri.* & mox: *Rex dicitur ille, qui regit & reprimi illicitos motus, ſacerdos, qui digne offert preces ſuas, & ſe Deo ſacrificat per bonam voluntatem, & rectam actionem, ſic totaliter ſe Deo dedicando.* & non diſſimili modo exponit Clemens Alexandrinus in commentarijs in hunc locum, Bernardus, D. Thomas, ſeu alius auctor illorum commentariorum in Apocalypſim, Alenſis, & alij.

Anſel. in commen. in Apocalyp.

Bernard. in ſententijs. Alen. par. 4 q. 10. mem. 1. ar. 1. ſ. 2. ad argum.

Tertio, quia aliquid magnæ laudis, & excellentiæ videtur Petrus voluiſſe indicare verbis illis: at quod regnum rerum terreſtrium fuerit inter eos, ad quos ſcribebat, non magnæ eſt laudis; etenim apud Ethnicos erat imperatoria Maieſtas, nempe Romæ, vnde ſcribere videtur Petrus, illam Babylonis nomine appellans: at magnæ eſt laudis, ſi adſcripti ſint fideles ad regnum cæleſte per Chriſtum, & per verum ſacerdotium, quo impertitur Chriſtus ſuis poteſtatem cõficiendi corpus, & ſanguinem, abſoluẽdi a peccatis, & impertiendi gratiam, qua homo fit dignus regno cæleſti & æterna gloria.

Quarto, quia ſi Petrus intellexit de regno rerũ temporalium, cum deinceps ſubiecit? *Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter* Deum, *ſiue regi quaſi præ*

ſi præcellenti, ſiue ducibus, tanquam a Deo miſſis: Signum itaque eſt de cæleſti potius regno intellexiſſe.

Quinto non apparet, quomodo de regia poteſtate ea verba Petri explicari poſſint, quod ſicuti erat penes Moyſem regia, & ſacerdotalis poteſtas, ita ſit penes Petrum, & eius ſucceſſores; etenim Moyſes licet euaſiſſet incolumis ſubmerſo Pharaone; attamen adhuc Hebræi nihil redigerant de terra promiſſa in ſuam poteſtatem, vnde penes illos foret regia poteſtas, ſeu penes Moyſem.

Sexto, Eſto vt cõcedamus eſſe penes Petrum regiam poteſtatem, erit tamen ſolum in ordine ad ſpiritualia, & potius regnum erit ſpirituale, non inſtar aliorum, qui habent rerũ temporalium dominium: quare in cõmentariis in hunc locũ Caiet. *Verificatur* inquit *quod habet Petrus in vniuerſo populo Chriſtiano; ſacerdotium quidem ſecundum quoſdam conſecratos, regnum autem ſpiritualiter, quamuis enim vniuerſus populus Chriſtianus habeat regale ſacerdotium in ſummo Pontifice, cui ſuapte natura conuenit præeſſe Regibus omnibus, & relatione ad Spirituali a de eis diſponere.* ſic ille. a qua explicatione non videtur abeſſe multũ Gelaſius Papa in tomo de anathematis vinculo. vbi de tẽporalibus poteſtatibus agẽs hęc habet. *Quod ſi hæc tentare formidant, nec ad ſua pertinere cognoſcunt modulum poteſtatis, cui tantum de humanis rebus iudicare permiſſum eſt, non etiam præeſſe diuinis, quomodo de his, per quos diuina miniſtrantur, iudicare præſumunt? fueru nt hæc ante aduentum Chriſti, vt quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus conſtituti, pariter Reges exiſterent, & pariter ſacerdotes, quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſacra prodit hiſtoria, quod in ſuis quoque diabolus imitatus eſt, vt pote, qui ſemper, quæ diuino cultui conuenirent, ſibi m et tyrannico ſpiritu vindicare contendit, vt Pagani Imperatores ijdem, & Maximi Pontifices dicerentur: ſed cum ad verum ventum eſt, eundem Regem, atque Pontificem, vltra ſibi, nec Imperator Pontificis nomen impoſuit, nec Pon-*

tifex regale faſtigium vindicauit. quamuis enim membra ipſius, id eſt veri Regis, atque Pontificis ſecundum participationem naturæ magnifice vtrumque in ſacra generoſitate deſumpſiſſe dicantur, vt ſimul regale genus, & ſacerdotale ſubſiſtant, attamẽ Chriſtus memor fragilitatis humanæ, quod ſuorum ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica temperãs, ſic actionibus proprijs, dignitatibuſque diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, ſuos volens medicinali humilitate ſaluari, non humana ſuperbia rurſus intercipi, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium curſu rerum imperialibus diſpoſitionibus vterentur, quatenus ſpiritualis actio a carnalibus diſtaret incurſibus, et ideo militãs Deo minime ſe negotijs ſæcularibus implicaret, ac viciſſim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negotijs ſæcularibus implicatus, vt & modeſtia vtriuſq; ordinis curaretur, ne extolleretur vtroque ſuffultus, & competens qualitatibus ſpecialiter profeſſio aptaretur, quibus omnibus rite collectis ſatis euidenter oſtenditur a ſæculari poteſtate, nec ligari prorſus, nec ſolui poſſe Pontificem. Ita Gelaſius qui indicato loco Petri, per ea verba: *Vt ſimul regale genus, & ſacerdotale ſubſiſtant*, aperit eſſe quidem in Chriſto has dignitates coniunctas regiam, & ſacerdotalem; ſed fuiſſe in Chriſtiano populo diuiſas, vt reuera quoad poteſtatem, & actum eſſent diſtincta, & tantum in ordine ad Religionem ſubeſſe. Id voluiſſe Gelaſium ex citatis modo verbis pluribus conſtat.

Primo quia dicit Gelaſius fuiſſe in Chriſto ambas dignitates coniunctas, deinde in Noua lege diuiſas, at qui poteſtate potius erant geminæ hæ in Chriſto dignitates, quam actu, cum nunquam Chriſtus exercuerit, aut fere nunquam regiam dignitatem. intellexit itaque Gelaſius, vt reuera eſſent & actu, & poteſtate ſeparatæ, licet in Chriſto forent coniunctæ.

Secundo quia ait eſſe has dignitates diſtinctas per perſonas, vt ab vna non ſit tranſitus ad aliam: *Sic* inquit *actionibus proprijs dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis*

ſtatis vtriuſque diſcreuit; ſi officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, iam non non eſt tranſitus ab vna ad aliam, nec poteſtate Sacerdotalis perſona habet officium Regiæ dignitatis.

Tertio id probat ratio, quam Gelaſius affert: *Ne extolleretur vtroque ſuffultus*, quæ verba non eſſent ad rem, ſi reuera daretur tranſitus, & non ſolum actione eſſent hæ dignitates diſtinctæ, ſed etiam poteſtate, vt vna non ſubijceretur alteri.

Quarto quia aperte hoc oſtendunt, quæ initio dicta ſunt a Gelaſio, antequam Petri verba citarentur: *Sed cum ad verum ventum eſt, eundem Regem, atque Pontificem, vltra ſibi nec Imperator Pontificis nomen impoſuit; nec Pontifex regale faſtigium vindicauit*. & cum Gelaſio eadem docet Nicolaus Primus in Epiſtola ad Michaelem Imperatorem, qui licet non citet Petri verba, eadem tamen, iiſdemque verbis habet, quæ Gelaſius. hæc opponi poſſunt; quibus ſingillatim reſpondendum a nobis eſt. quare *Habetur Ni col. 96. diſt. cum ad verum.*

Ad primam rationem: ad quos ſit ea Epiſtola ſcripta non videtur vna, & eadem omnium ſententia: Euſebius, ſanctus Athanaſius, & alij ad Hebræos diſperſos datam eſſe volunt. at Iunilius Epiſcopus Africanus de partibus diuinæ legis cap. 6. dicit datam eſſe ad gentes. D. Auguſtinus 22. contra Fauſtum cap. 89. & tract. 4. de cathaclyſ. cap. 5. vbi ſecundam Epiſtolam ad Gentes datam eſſe dicit: conſtat autem ad eoſdem datam ſecundam, ad quos prima eſt data, vt ex cap. 3. epiſt. apparet: *Vobis*, ait Petrus, *ſecundam mitto epiſtolam*. Didymus Alexandrinus in comment. in 2. cap. in ea verba: *Qui aliquando non populus*: Intelligenti, inquit, *quoniam de iis, qui crediderunt de Gentibus, hæc ſcripta ſunt, nihil occurrit aduerſum. quoniam ante vocationem, cum non eſſet populus, neque his miſereretur, vt eſſent populus Dei, & miſericordiam conſequerentur, euocati a Deo* *Euſeb. Hiſt. lib. 3. c. 1. Athan. in Synopſ.*

venerunt. quibus Didymus nõ videtur abeſſe ab ea ſentẽtia, vt ad Gẽtes etiam datã velit. nã ad Hebræos datam dicit in principio epiſt. idem Beda videtur voluiſſe eadem verba explicans: & ad gentes etiam ſcriptam docet Cyrillus lib. 11. in Geneſim, & lib. 4. in Iſaiam prophetam in caput 43. & lib. 1. in Ioan. cap. 13. Ambroſ. lib. 1. de vocat. gentium, cap. 3. & 5. & 6. Proſper de vocatione ſimiliter Gentium lib. 1. cap. 14. & 15. D. Thomas, & Rabanus docens cum Beda dari Gentibus a Petro illud laudis teſtimonium, quod datũ erat olim a Moyſe Hebræis, ſed hoc diſcutere in præſentia nõ refert. ratio adducta nihil facit contra nos; etenim iam ex Gentibus & Iudæis factum erat vnum ouile ſub vnico paſtore, quod verbis illis Petrus indicauit: *Lapidẽ, quẽ reprobauerunt ædificantes, factus eſt in caput anguli.* dicitur enim Chriſtus, caput anguli, ſeu petra angularis, ex Græcorum, & Latinorum Patrum expoſitione, quia duos parietes, ſeu populos in vno capite coniunxit Chriſto, vt ſit vna Eccleſia; quare Patres ſine diſcrimine verba illa Petri: *Genus electum, regale ſacerdotium*. de omnibus ad fidem vocatis citant, cum quod conueniebat Hebræis, per Chriſtum conueniat Gentibus. ita Orig. homil. 4. in 3. cap. Numeror. ad Gẽtes adaptat. Nazianzenus in oratione habita in præſentia 150. Epiſcop. & in oratione in Doarenſium electionem, & Oratione 2. & 3. in Iulianum Apoſtatam, Cyrillus lib. 11. in Geneſim lib. 6. & 9. in Leuiticum & lib. 4. in Eſaiam in cap. 43. ſemel & iterum Athanaſius homil. de ſemẽte, Theodoretus in cap. 2. prioris epiſtolæ ad Timoth. Clemens Alexandrinus in oratione exhortatoria ad Gentes, Procopius in cap. 61. Eſaiç. Ambroſius, & Proſper de vocatione Gentium, Damaſcenus 3. parallel. cap. 95. Hilarius, Hieronymus, Ignatius, & alij ſupra citati.

Beda in cõment. in ep. Petri.

D. Thom. in comment. Raban. in comm in c. 19. Exo.

Ambroſius. Proſper locis ſupra citatis.

Quod

Quod vero dicitur viguiſſe templum apud Hebræos ſacerdotium, & regnum nihil eſt: etenim legalia a tempore Chriſti obitus erāt iam mortua, facta vero erant illis mortifera poſt ſufficientem Euangelij promulgationem, qui contenderent obſeruanda eſſe: cæterum teſtamentum, adoptio, & promiſſiones per Chriſtum ad Apoſtolos, & per Apoſtolos ad gētes deuenere, quare Petrus loco Chriſti viſibilis Vicarius, ſupremus ſacerdos erat, & ſupremus Rex, cum totius orbis ei demandata fuerit loco Chriſti cura, & ſic quodā quaſi typo præceſſerunt ex parte in Moyſe Synagogæ principe, quæ futura erant in omnibus gentibus per Chriſtum, qui accepit *Gentes hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ*, vt habetur Pſal. 2. & conſequenter vice Chriſti per Petrum, et Petri ſucceſſores, quod ſit regula conſueta diuinarum litterarum, de qua ſæpe a nobis dictum eſt. *De ea regula cap. vlt. 1. lib.*

Concedimus autem reuera intelligi etiam regnum cæleſte, ad quod ordinata eſt regia, & ſacerdotalis poteſtas: & propterea Petro datum ſit regimen in omnibus, & vocatæ ſint nationes ſub vno paſtore, & capite in regali ſacerdotio, in vno baptiſmate, vna fide, & vno Deo Patre omnium, & vno vltimo fine, & beatitudine æterna in Eccleſia triumphante, quæ vna eſt cum militante, vt docet Magnum Nicæn. Conc. *Conc. Nic. lib. 3. init.*

Vtitur autem Petrus, quo reſpondeamus ad alteram obiectionem, conſueto loquendi modo, & ſolito diuinarum literarum: in communi enim loquendi modo dicimus, apud Germanos eſſe imperium, apud Romanos eſſe Petri ſedem: non quod omnes Germani ſint Imperatores; & omnes, qui Romæ ſunt, Pontifices; ſed quod in prouincia Germaniæ reſideat penes aliquem Imperium, & penes aliquem Romæ Apoſtolica Pontificia poteſtas. id totum oſtendimus ſupra libro 2. cap. 10. *Reſp. ad 2. obiect.*

Adno-

Adnotauit hanc regulam ex diuinis litteris Auguſtinus pluribus in locis in Epiſtola 48. ad Vincentium. circa medium: *Habent, ait, etiam ſcripturæ Canonicæ hunc arguendi morem, vt tamquam omnibus dicatur, & ad quoſdam verbum perueniat, quod etiam Apoſtolus dicit ad Corinthios, quomodo dicunt quidam in vobis, quia reſurrectio mortuorum non eſt; manifeſtat vtique, non omnes eſſe tales, non extra; ſed in eis fuiſſe teſtatur, a quibus ne illi ſeducerentur, qui non ita ſentiebant: paulo poſt monet dicens, Nolite ſeduci corrumpunt bonos mores colloquia mala.*

Et de vnitate Eccleſiæ cap. 12. *Sermo diuinus impias turbas Eccleſiæ, quæ nec in Eccleſia deputantur, tamen per Sacramenta, quæ cum ſanctis communiter habent, quia in eis eſt quædam forma pietatis, cuius virtutem negant, ſicut ait Apoſtolus, habetis formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes, ſic redarguit tanquam omnes tales ſint, & nullus bonus omnino remanſerit*

Et lib. contra Donatiſtas poſt collat. cap. 20. *More ſuo ſcriptura loquitur, quæ ſic arguit malos, tanquam omnes in eo populo mali ſint, ſic conſolatur bonos, tanquam omnes ibi tales ſint.*

Eandem Regulam docet Hieronymus in commentar. in Eſaiam in ea verba, Quare nos errare feciſti. ita infra Petrus cap. 5. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei:* non quod omnium ſit paſcere; poſuit enim Spiritus ſanctus Epiſcopos teſte Paulo: *regere Eccleſiam Dei.* & ita de Epiſcopis exponit Cyrillus lib. 1. in Eſaiam orat. 3. & lib. 11. in Geneſim, aſſerens intelligi de illis, quos Apoſtoli per diuerſas prouincias iter agentes, & Euangelium prædicantes præficiebant.

Act. 20.

Et hac eadem regula poſſemus reſpondere ad Cõfirmationem allatam ex diuinis literis, vt ædificentur fideles in ſacerdotium ſanctum, ſpirituales hoſtias offerentes; quia modo ſpirituali, non per ſucceſſionem carnalem, ſunt ſacerdotes Nouæ legis, vt erant olim in Veteri lege ex ſtirpe Aaron, & tribu Leuitica; nec of-

ferunt

ferunt hoſtias carnales, per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed incruentum ſacrificium, filium Dei, & filium Abraham, vt dicebat ſupra S. Cyrillus; quare indefinite dicitur eſſe ſacerdotium, & genus regale, & ſacerdotale, quia aliqui ſunt in Chriſtiano populo ſacerdotes. Sic Ariſt. 1. Phyſic. docet principia mutationis eſſe contraria, & tamen non omnia ſunt principia contraria: materia enim, quæ eſt & ipſa principium mutationis, præter alia duo formam, & priuationem, non eſt contraria, ſed ſubiicitur contrariis.

Quod ſi ea verba myſtice potius exponamus de omnibus fidelibus, & de ſacerdotio myſtico, nihil obſtat, dummodo admittamus eſſe reuera in Chriſtiano populo regale ſacerdotium, & ita ſecundum vtrumque ſenſum, & de ſacerdotio myſtico, & de vero ſacerdotio in populo Chriſtiano intelligunt Leo Magnus ſermone 3. in anniuerſario aſſumptionis ſuæ, Dydimus, Clemens, Bernardus, D. Thomas, & alij ſupra citati: nec mirum, quia quod fidelibus membris conuenit, vt ipſi ſe offerant, tamquam hoſtiam Deo viuam, & placentem, & regant ſuos animi motus, id etiam conuenit Sacerdotibus, & Epiſcopis, qui tamen cum aſſumantur ad aliorum regimen, ſe & alios regere poteſtate caracteris diuinitus accepta, debent eſſe, & ſint veluti capita conſtituti, vt quemadmodum a capite eſt regimen membrorum, & dependentia, ita temporalia, & ſpiritualia à Pontificibus regantur, & dependeant, eſt enim Eccleſia in Epiſcopo, vt docet Cyprianus, & Spiritus ſanctus Epiſcopos poſuit (teſte Paulo) regere Eccleſiam Dei. *Cypr. epiſt. 69.* *Actorum cap. 20.*

Altera, quæ allata eſt ratio, poſſet retorqueri in oppoſitæ ſententiæ auctores; quod enim laudis teſtimonium Moyſes tribuit præ cæteris nationibus Hebræis, cum eo tempore plures eſſent Reges, & plura regna, ita

vt

vt etiam ſi cõſideres Hebræos,cum iam tota terra promiſſa potiti ſunt, adeo exigua erat illa Regio, vt longe maior eſſet regnum Aegyptiorum, & plura alia regna; ſi conſulas peritos Geographos, Strabonem, Prolemæum, & cæteros, & terminos terræ promiſſionis ſpectes, adeo anguſtos terminos illius reperies, vt vna in Italia Hetruria ſit maior.

Secunda reſp. Secundo dico, recte quidem concluderet argumentum, ſi ſolam dixiſſet Petrus poteſtatem regiam, præſertim quoad apparentiam externam diuitiarum, multitudinem militum, in luxu, & iactantia quadam, & quoad cætera huiuſmodi, at qui non ita eſt: nam dixit, *Regale ſacerdotium*, vt ſit regnum tamquam adiunctum, & inſeruiens ipſi ſacerdotio, ad veram felicitatem, & ipſam naturalem, & ſupernaturalem, vt nimirum Regnum ſit ſubiectum ſupremo Hierarchæ in ſpiritualibus, quo vtiq; modo eſt magna dignitas; nam (ſicuti dicebamus in argumēto) magna dignitas eſt poteſtas conficiendi Chriſti corpus, remittendi delicta, & adminiſtrandi gratiam.

Tertia reſ. Adde, quod non ſolum hoc dixit, ſed etiam, *genus electum, gens ſancta, populus acquiſitionis*, meritis, & gratia Chriſti, per quem maxima nobis, & pretioſa Deus donauit, vt ſimus conſortes facti diuinæ naturæ, & Dei [illegible] hæredes in hæreditatem incorruptibilem, paratam reuelari in tempore nouiſſimo.

Quarta reſp. Pſ. 45. Adde, quod Epiſcopi conſtituti ſunt Principes ſuper omnem terram, & ſupremus Petrus paſtor in omnibus, cui Chriſtus totius orbis demandauit curam: nulli autem vnquam totius eſt orbis demandata cura, vel dominium orbis terrarum habuit: nec Alexander Magnus, nec Romani Imperatores, vel alij.

Quartæ obiect. reſp. Quartæ obiectioni facile occurritur: fauet enim ea ratio noſtræ ſententiæ; quia enim docuerat Petrus eſſe

regnum

regnum, & ſacerdotium in Eccleſia, ne putarent Chriſtiani ſe exemptos a poteſtatibus Ethnicorum, hortatur vt obediant, quod certe intelligendum eſt, iuxta regulam a nobis modo ex ſanctis Patribus allatam, non quod omnes Chriſtiani, etiam ſacerdotes, & Epiſcopi (alioquin enim parum ſibi conſtaret Petrus) ſint ſubiecti poteſtatibus ſæcularibus, ſed indefinite, quia ſunt aliqui in Chriſtiano populo ſubiecti, quales ſunt laici, minus in regale ſacerdotium coaptati; veluti ſunt Clerici, qui per gradum aliquem Eccleſiaſticum ſeparantur a ſtatu laicali: per quemlibet enim ordinem, inquit D. Thomas, aliquis conſtituitur ſuper plebem, & cum D. Thoma idem docent Theologi diſtinct. 24. libro quarto ſententiarum, de qua re late cum de immunitate Eccleſiaſtica agemus. hoc itaque reſponderi poteſt, ſi hæc verba Petri, cum dixit: *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum*: intelligamus per *creaturam* poteſtatē, & principatum, vt intelligit Oecumenius, Dydimus, & alij Græci; ſin autem interpretemur abſolute de omni rationali creatura, tantum intelligit Petrus ſubiectionē propter Deum ex animi dimiſſione, & ex charitate, vt obſtruantur improborum hominum ora, non quod omnes Chriſtiani iure, & poteſtate ſint ſubiecti; ita Chriſtus Rex omnium vnà cum Petro ſuo Vicario oſtendens ſe immunem ab omni tributo Matth. 17. propter euitandum ſcandalum ſoluit pro ſe, & pro Petro tributum.

In reſp. ad 2. obiect.

D. Thomas 4. diſ. 24. q. 1. ar. 2. q. 1. & q. 2.

Quantum ad illud quod quinto loco afferebatur, fuiſſe Moyſem Sacerdotem, conſtat ex Pſ. 98. vbi dicitur, Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius, & hoc aſſeritur, vt alibi oſtendimus, a Concilio Niceno 2. Nazianzeno, Ephrem Syro, Leone magno, Auguſtino, Arnobio, Hieronymo, & alijs, qui allata verba pſ. explicant, & præterea Sacerdotem fuiſſe docent Diony-

Quarta obiec ſolut.

lib. 5. cap. 12.

Moyſem Sacerdotem & in rebus ſecularibus principem fuiſſe pluribus oſtendi tur.

ſius Areopagita, Clemens Alexandrinus, Cyrillus, Petrus Damianus, Philo Hebræus. quod vero Princeps ſeu Rex fuerit, aſſerunt citati Patres, Dionyſius Areopag. Clemens Romanus, Clemens Alexand. Nazianzenus, Ricardus, & Philo Hebræus, & conſtat Exodi 18. vbi diiudicare conſueuiſſe refertur lites populi, vnde reprehenſus eſt a ſocero. ſed de hac re late lib. 5. c. 12. agemus afferentes verba Patrum, quos in præſentia citauimus.

Nec obſtat quod dicitur, non occupaſſe adhuc Hebræos quidquam de terra promiſſionis, nam Princeps aliquis, & Rex conſtituitur, non tam quia accepit dominium alicuius Regionis, quam hominum; erat autem Moyſes Princeps ſupremus cõſtitutus ſuper omnes Hæbræos, qui in maxima multitudine egreſſi fuerant ex Aegypto.

Deinde quia iam iure a Deo terrã illam obtinebant, & propterea egreſſi diuino iuſſu fuerant ex Aegypto, vt quod iure diuino Hebræis Deus dederat, Duce, & Principe Moyſe occuparent: & reuera adhuc Moyſe ſuperſtite aliquas regiones, quæ erãt cis Iordanem, occuparunt, interfectis aliquot regibus, & totam re uera occupaſſent terram promiſſionis, niſi Deus iratus peccatis ſuam promiſſionem diſtuliſſet, ut propterea quadraginta annorum ſpatio per loca deſerta Hebræi circumierint.

* * *

PLV-

PLVRIBVS IMPVGNATVR, & ſoluitur vltimo loco ſupra allata Obiectio. Cap. XIII.

QVONIAM ultimo loco ſupra allata obiectio aliquam facere difficultatem videbatur, præſertim propter auctoritatem Gelaſij Papæ, idcirco de induſtria uoluimus particulari hoc capite eam ſoluere, & pluribus oſtendere nihil noſtræ obſtare ſententiæ. *Vltima obiect. ſolutio*

Quantum itaque ad Caietanum ſpectat, certe vel nil ille concludit, vel id, quod nos volumus, docet; etenim nil nihil eſt accipere temporalis, quod non ſit propter ſpirituale; alioquin enim magna foret peruerſitas, vt frueremur utendis: ſunt enim gratia alterius diuitiæ, & res tẽporales, ideo in omnibus ſunt poteſtates temporales ſubiectæ Pontifici. nec Rex, aut quiſquam res temporales habet, niſi in ordine ad ſpiritualia, vt primũ quæratur Dei Regnum, & propter illud cætera. idcirco Ricardus vbi ſupra lib.4.d.24. quærens art.3. q.1. Vtrum in Eccleſia ſit ordo, & docens inferiora dirigi imperio ſuperiorum: *Si autem*, inquit, *hæc poteſtas in Eccleſia militante ſit reſpectu temporalium, magis debet dici principatus vel dominium, quam ordo; illa autem, quæ eſt reſpectu ſpiritualium, maxime debet dici ordo, quia ordo tẽporalium ſequi debet ordinem ſpiritualium, & ſecundum ipſum dirigi, & ad ipſum reduci*. Hæc ille. ſic non aliam regulam habere poſſe temporalia, niſi rerum ſpiritualium, docet Henricus, D. Thomas, & alij Theologi: ea, quæ diximus lib.1. ſufficienter hoc oſtendunt, quare relicto Caietano, ad Gelaſium veniamus. *Reſpon. ad Caiet. expoſitionem.* *Henr. quol. 6. q. 23. D. Tho. 4. d. 24. q. 1. a. 3. ad q. 3. ad 2. arg.*

Et primo, ſi Gelaſius non ſolum actu dignitates, ſed

poteſtate ita diſtinctas voluit (id enim non ſenſiſſe poſtea oſtendemus) vt non ſit reuera penes Petrum vna, & eadem perſona regia, & ſacerdotalis poteſtas coniuncta; oppono tot Pontifices, Patres, Theologos, & cætera, quæ adduximus.

Reſpon. ad Gelaſii auctor.

Secundo dicitur, Gelaſium tantum ſenſiſſe has dignitates diſtinctas eſſe in Noua lege in quibuſdam, quoad vſum, & executionem, quo melius ſacerdotes diuinæ legis vacent ſpiritualibus, ne implicati, vel impediti rerum ſæcularium negotijs diſtraherentur ab vtilitate rerum maiorum, qualia ſunt ſpiritualia, & quo clarius rem totam percipiamus, tria docebimus ex Gelaſio.

Primo, Gelaſium loqui de actionibus, non de poteſtate, ſeu ſubiectione regiæ poteſtatis.

Secundo, de iis tantum actionibus, quæ impedimento ſunt ad rerum Spiritualium vtilitatem, non de reliquis.

Tertio, in reliquis poſſe ſe immiſcere Pontificem ad vtilitatem rerum ſpiritualium, & regiam poteſtatem eſſe debere obſequentem. Primum illud a nobis dictum ſic oſtenditur: *Fuerunt hæc*, inquit Gelaſius, *ante aduentum Chriſti, vt quidã figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus conſtituti*. Et paulo poſt: *Sic actionibus propriis dignitatibusque diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit*; non dixit Gelaſius, poteſtate diſcreuiſſe, ſed propriis actionibus, & officia poteſtatis vtriuſque diſcreuiſſe. & infra: *Competens qualitatibus actionum ſpecialiter profeſſio aptaretur*. Ex his igitur liquet ſolum loqui Gelaſium de actionibus, ſeu de officiis, & profeſſione dignitatis ſecularis; nec aſſerere Sacerdotio non eſſe ſubiectam poteſtatem ſecularem.

Oſtenditur primũ ſuppoſitum, ſeu dictum.

Quod vero loquatur tantũ de actionibus: hoc enim erat ſecundum a nobis dictum, quatenus ſunt impedimento

Oſtenditur ſecundum.

Digitized by Google

mento, & non quatenus faciunt ad progreſſum ſpiritualium, ita vt Pontifex non ſe debeat immiſcere in rebus temporalibus, quatenus ſunt impedimento, manifeſtum ſit ex multis: *Chriſtus*, ait, *memor fragilitatis humanæ, quod ſuorum ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica temperans.* loquitur itaque quatenus expediens eſt ad ſalutem. & mox: *Spiritualis actio a carnalibus diſtaret incurſibus; & ideo militans Deo minime ſe negotiis ſecularibus implicaret.*; en vt clare docet Gelaſius, eo hactenus temperatas actiones, & profeſſiones, vt diſtaret ſpiritualis actio a carnalibus; & ideo non ſe implicaret, quod verbum, *implicare*, denotat impedimentum actionis ſpiritualis: *Vt ei*, ait Apoſtolus, *placeat, cui ſe probauit*, atqui ſi ſe immiſceat Pontifex ad vtilitatem ſpiritualium; nõ iam diſplicet Deo, vel impeditur actio ſpiritualis, ſed adiuuatur, & Deo maxime placet ea actio, quæ eſt in progreſſum, & vtilitatem rerum ſpiritualium, quarum progreſſum maxime vult Deus: cũ igitur ait Gelaſius: *Vltra ſibi nec Imperator Pontificis nomen impoſuit, nec Pontifex regale faſtigium vindicauit:* debet intelligi, prout ſe Pontifex explicat, quoad actiones illas ſæculares, quæ minus decent dignitatem ſacerdotalem, & impedimento ſunt, ſi per ſe exerceantur: ad rerum ſpiritualium vtilitatem. V.g. quo ad caſtra metanda, armis ſe accingendo, quoad faſtigium illud, & factum externæ apparentiæ multarum diuitiarum, auri, argenti, multitudinis militum, quadrigarum, equitum; ſi enim Regibus, vt non ſemel diximus: futuris, ſi quando eligendi forent in populo Iſraelitico prohibuit hoc Deus, ne ſuis ſe fiderent viribus ſuperbia elati, vt aduertit Theodoretus, hoc certe multo magis Pontificibus Nouę legis. & id voluiſſe Gelaſium conſtat: *Suos*, ait, *volens Chriſtus humilitate ſaluari, non humana ſuperbia rurſus intercipi*: nec enim intelligi poſſunt hæc de poteſtate; nam

Theodor. in commen. in pſ. 32. in ea verba: Fallax equus ad ſalut.

nam cum maior ſit poteſtas Pontificis ſine vlla comparatione, quam cuiuſuis Imperatoris (quantò æterna differunt a temporalibus) & ſuprema ſit in toto orbe collata, ſaltem quoad ſpiritualia, vt ipſi ſint Imperatores ſubiecti, pro tanta auctoritate magis poterant efferri; idcirco vſque ad quendam modum debet Pontifex ſe immiſcere in temporalibus, reliqua vſui ſecularium poteſtatum debet relinquere. quod totum magis liquet ex his, quæ mox dicentur. ſequitur itaque

Oſtenditur 3. ſuppoſitũ. Tertij dicti probatio. Prima probatio.

Tertium dictum, voluiſſe Gelaſium reuera eſſe ſubiectam poteſtatem ſæcularem ſpirituali: probatur illis verbis: *Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium curſu rerum imperialibus diſpoſitionibus vterentur*. quid eſt, quod indigere Chriſtianos Imperatores pro æterna vita Pontificibus aſſerit Gelaſius; & non eandẽ phraſim adhibet vice verſa, vt dicat, Põtifices indigere Imperatoribus pro rerum temporaliũ curſu, ſed Pontifices dicit vti diſpoſitionibus Imperialibus? niſi quia nõ preeſt; nec ſubiectus eſt Põtifex Imperatori: quia vero Pontifex præſidet Imperatori, ideo dicit, imperialibus diſpoſitionibus vteretur, quaſi re, quæ inſeruire debeat ſpiritualibus, tanquã materia & diſpoſitio formæ ſuæ, & ſuo fini, cũ temporalia propter ſpiritualia ſint; ideò ſtatim explicando ſubiungit: *Quatenus Spiritualis actio a carnalibus diſtaret incurſibus*; debent enim Imperatores inſeruire Eccleſiæ, & videre ne res ſpirituales patiantur incurſus, ne cogantur Pontifices ita ſe immiſcere per defectum ſæcularium Principum rebus temporalibus, vt militantes Deo implicent ſe negotijs ſecularibus; ſeculares autem Principes nõ preſunt ullo modo rebus diuinis, ideo ait: *Non ille rebus diuinis praeeſſe videretur.*

Secunda probatio.

Secundo probatur illud tertium dictum, cõſtat e Gelaſio, eſſe in Eccleſiam tranſmiſſam regiam, & ſacerdotalem

Digitized by Google

talem per Chriſtum dignitatem: *Quamuis enim membra* ſubdit Gelaſius, *ipſius, ideſt, veri Regis, atque Pontificis*, eſt itaq; membrũ Eccleſiæ in Chriſto capite Eccleſiæ Rex, atq; ſicut eſt Rex capitis Chriſti reuera membrũ in corpore myſtico Eccleſia, minus viſibili; ita cum viſibile caput totius Eccleſiæ ſit, & Vicarius Romanus Pontifex loco Chriſti in viſibili Eccleſia erit Rex membrum corporis myſtici, & ſuberit Rex viſibili capiti loco Chriſti; membra enim dependent in ſuo regimine a capite. quod ſi hoc non dicas, erunt duo viſibilia capita, & conſeqnẽter duæ viſibiles Eccleſiæ, quãuis enim ſit vna Eccleſia in Chriſto capite minus viſibili; attamen reuera duę erunt Eccleſiæ viſibiles, quia duo ſunt principia viſibilis regiminis, alterum alteri non ſubiectum, & duo capita a quibus cum diſtinctio ſumatur viſibilis Eccleſiæ, conſequenter erunt duo viſibiles Eccleſiæ. Quod ſi dicas eſſe vnũ viſibile caput, & propterea vnam Eccleſiam, quia indirecte ſubijcitur Eccleſiæ regia poteſtas; contra meritò dici poteſt, quia per iſtos abſolute regia poteſtas conſtituitur per dominium directe rerum temporalium, quare abſolute dici poterunt duo capita. deinde quia quoad illam partem dominij directe temporalia non erunt propter ſpiritualia, quod nemo dixerit, aut certe ſi eſt in omnibus poteſtas temporalis ob ſpiritualem; iam eſt vnus finis, cui reſpondere debet vnum caput, & vnum regimen viſibilis Eccleſiæ ſupremum loco Chriſti, quem conſtat per Gelaſium eſſe Romanum Pontificem.

Tertio proſequitur Gelaſius: *Prout ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica proprijs Chriſtum temperaſſe actionibus offitia vtriuſque poteſtatis.* quæro vbi nam id Chriſtus pręcepit, & aſſignauit huiuſmodi temperamẽtum, & quonam modo, & qua ratione? nonne ipſe Gelaſius explicat citans Apoſtolum, per quem loquebatur *Tertia probatio.*

Chriſtus,

Chriſtus, ne ſe implicet negotijs ſæcularibus? at hoc modo nemo debet negare, eſt enim poteſtas in ædificationem, non in deſtructionem; quare eo hactenus ſe debet immiſcere in rebus tẽporalibus Pontifex, quatenus eſt ad vtilitatem rerum ſpiritualium, propter quas ſunt temporalia, & ideo non ſe debet ita immiſcere, vt implicet ſeſe illis, & diſtrahatur a rerum ſpiritualium vtilitate & progreſſu; propterea debent vſum in cæteris rebus temporalibus relinquere poteſtatibus ſæcularibus.

Quarta probatio. Quarto probatur, quia ita ut nos oſtendimus, dicendum eſſe conſtat ex alijs locis Gelaſij. nam in Epiſtola ad Dardanos: *Cuncta* dicit, *per mundum nouit Eccleſia; quoniam quorumlibet ſententijs ligata Pontificum ſedes B. Petri Apoſtoli ius habet reſoluendi, nec cuiquam de eius liceat iudicare iuditio, ſi quidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus:* Sic ille, & ne putares ſolum reſpectu Eccleſiaſticorũ hæc dici, hæc paulo infra declarat. *Nathan propheta*, inquit, *palam, publiceque in facie Regis Dauid, & commiſſum pronuntiauit errorem, & ipſum commiſiſſe non tacuit, & confeſſione correctum conſequenter abſoluit. beatæ memoriæ Ambroſius Mediolanenſis Sacerdos Eccleſiæ maiori Theod. Imper. communionem publice, palamque ſuſpendit, atque ad pænitentiam redegit regiam poteſtatem. Bonæ memoriæ Papa Leo ſicut legitur, Imperatorẽ Theodoſiũ iuniorem Epheſino latrocinio libere coarguit excedentem. ſanctæ memoriæ Papa Hilarius Anthemium Imperatorem cum Philotheus Macedonianus eius familiaritate ſuffultus diuerſarum conciliabula noua ſectarum in vrbem vellet inducere, apud B. Petrum Apoſtolum, ne id fieret clara voce conſtrinxit, in tantum, vt non ea facienda cum interpoſitione ſacramenti idem promitteret Imperator. ſanctæ memoriæ nihilominus Papa Simplicius, & poſt eum ſanctæ memoriæ Papa Fœlix; non ſolum Baſiliſcũ tyrãnum, ſed etiã Imperatorem Zenonem pro ijſdem ipſis exceſſibus auctoritate libera ſæpius increpaſſe noſcuntur, flectique potuiſſet, niſi*

Conſtan-

Cōnſtātinopolitani Præſulis accēderetur inſtinctu. Hęc & alia exempla ſubiungit Gelaſius,qui & legē de luper calibus abſtulit inuito Andromacho Senatore,& cæteris Romanis;quare & in crimine politico,qualis fuit illa cædes Theſſalonicenſium;itēque religionis poſſe vti Pōt.poteſtatę ſua cōtra ſeculares Principes,apparet:immo contra Andromachum oſtendit : *Debet*,ait, *Pontificis in omnibus maleſactis ſolicitudo,& ſeueritas non deeſſe*.& ne putares,quia laicis hoc minus dicat; audi quid infra referat alloquens Andromachum : *Nunquid quia in miniſterio ſacro non es,in plebe ſacra non es? an neſcis & te membrum eſſe ſummi Pontificis? an ignoras totam Eccleſiam ſacerdotum vocitatam?*

Quinto probatur auctoritate aliorum Pontificū, qui Gelaſiū citantes dicto à nobis modo exponunt,ita Gregor.VII. pluribus oſtendens poſt adductū Gelaſium, tēporalem Eccleſiæ ſupremam poteſtatē,& Nicolaus Magnus,quorū verba alibi referemus . itaque ad rationes ex Gelaſio reſpondeamus. *Greg. lib. 8 epiſt. 21. ad Hierem.*

Ad primam inſtantiam reſpondetur, loqui ibi Gelaſium de vſu quoad profeſſionem, & quaſdam ſeculares actiones, quatenus impedimento ſunt rebus ſpiritualibus,& ſecundum illas dicit exerceri a ſecularibus, & diuiſas dignitates ; cæterum reſidere in capite Eccleſiæ Chriſto regiam, & ſacerdotalem dignitatem affirmat , vt vtramque dignitatem appareat voluiſſe eſſe trāſmiſſam in Eccleſiam,quod Moyſen egiſſe conſtat non tam ſoceri, quam Dei conſilio Exod. cap. 18. Chriſtum etiam exercuiſſe Regiā dignitatem conſtat;exercuit cū abſoluit adulteram ; exercuit quando permiſit dæmonibus,vt intrarent in gregē porcorū, cum præuideret fore,vt inde ſequeretur magna iactura dominis porcorum:nam porci illi impetu facto , præcipites dederunt ſe ſe, & ſuffocatū aquis: oſtendit alias ſe poſſe vti,cum *Reſponſ. ad inſtant. ex Gelaſ.* *Ioan. 8. Quando exercuit in vſū tēporalem in vita mortali Chriſtus. Matth. 8.*

parari iuſsit gladios, & alibi, veluti dixi ſupra.

Ad ſecundam, tertiam, & quartam inſtantiã pari modo reſpõdetur, quoad profeſsionẽ, & res quaſdam ſeculares circa vſũ, quæ impedimento ſunt rerũ ſpiritualiũ vtilitati, & conſeruationi, diſtinxit perſonis officia dignitatis, ita tamen, vt ſemper vna alteri foret ſubiecta, & reſideret primaria etiam poteſtas temporalis in Pontifice tanquam capite totius Eccleſiæ. Quæ autem ſint illæ actiones ſæculares ex parte docet Gelaſius, nempe negotiationes, & lucra quædã, à quibus præcepit abſtinere clericos, & ſunt etiam ſtrages, & occiſiones hominum, quæ minus cõuenit, vt per ipſum immediate Pontificem exerceantur: ita ſalubri diſpenſatione factum, vt hæc per laicos exerceantur, ne ſuperbia efferreretur Pontifex: & quoad hæc non conuenit faſtus, & nomen regium, quod initio huius operis adnotabatur.

Gelaſ. ep. 6. ad Epiſc. Perluc. & Brut.

AVCTORITATE B. IOANNIS *Apoſtoli ſuprema in omnibus Eccleſia facultas concluditur. Cap. XIV.*

CONCLVDEMVS loca ex Nouo teſtamento auctoritate B. Ioannis, qui in Apocalypſi ſupremam in omnibus facultatem ſic tribuit Eccleſiæ cap. 1. *Qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem, dabo illi poteſtatẽ ſuper gentes, & reget eas in uirga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur, ſicut ego accepi à Patre meo, & dabo illi ſtellam matutinam*. Dari hiſce verbis ſupremam quãdam in rebus omnibus tẽporalibus poteſtatem patet primo ex Patribus Latinis. AMBROSIVS: *Dedit Pater filio poteſtatem, vt regat gentes in virga ferrea; dedit & filius poteſtatem Apoſtolis, & cæteris prædicatoribus, vt regant & ipſi gentes in virga ferrea,*

ferrea,& tamquam vas figuli conterant eas. per virgam igitur ferream Euangelium, ſicut per virgam ligneam Lex. TICHONIVS inter opera Auguſt. *In Chriſto habet Eccleſia hanc poteſtatem, ſicut dicit Apoſtolus: Cum illo omnia nobis donauit; virgam ferream propter iuſtitiæ rigorem, & de ipſa virga corriguntur boni, confringuntur mali.* Eadem BEDA: *In Chriſto habet Eccleſia hanc poteſtatem tamquam corpus in capite, in quo ſecundum Apoſtolum, nobis Deus omnia donauit, vt regat illas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringantur inflexibili iuſtitia; regat mites, ut fructum plus afferant, deſtruat vero contumaces, vt vel in æternum pereant, uel conterantur in eis cupiditates terrenæ, & veteris hominis lutulenta negotia, quidquid de peccati limo contractum, atque inditum eſt,* Similia cum hiſce docent PRIMASIVS, & ANSELMVS in comment. in hæc ipſa verba. & præterea VIGILIVS Martyr, & RICARD. de S. Victore cum eadem ferè dixiſſet, quæ cæteri: *Sicut, ait, & ego accepi à Patre meo regendi poteſtatem: magna promiſſio, & magnum donum hoc tribuitur, quod ipſe accepit, hoc, quod habet ipſe per plenitudinem, vt electi eius habeant per plenitudinis participationem.* Conſtat autem Chriſto tribuere Richardum omnẽ poteſtatem rerum tẽporalium. Si ergo per plenitudinis participationem Eccleſia accepit talem poteſtatem, quam Chriſtus habuit, cur non etiam terreſtrium? *Hanc poteſtatem*, inquit RVPERTVS, *illi dabo, ſicut accepi à Patre meo; nam propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatus ſum, et ſecundum hominem aſſumptum data eſt mihi poteſtas in cælo, & in terra.* AMBROSIVS Anſbertus: *Abſit, vt qui in diuinitate coæqualis eſt Patri, ſuper gentes accepiſſe hanc poteſtatem credatur à Patre in humanitate, qua minor eſt Patre, ſecundum quam humanitatem in Euangelio quoque loquitur dicens; Data*

Vigil. lib. 5. contra Euthicetem.

eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra, ſecundum quam etiam paterna ad eum voce dicitur: Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. & infra: *Eccleſia in capite ſuo poteſtatem ſuper Gentes accepit, quæ in ſanctis prædicatoribus ipſas gentes, ex quibus cõſtat, auctoritate capitis ſui, vigore capitis ſui, ſcientia capitis ſui docet, & regit, atque ab illicitis operibus cenſura diſtinctionis coercet. ſed nec mirum, ſi ſuper gentes poteſtatem habet Eccleſia in terris, quæ ligandi, & ſoluendi poteſtatem accepit in cælis pariter & in terris.* Hæc Anſbertus, diſtinguens de induſtria de regimine à poteſtate ſoluẽdi, quę ſe extendit etiam ad maiora. HAYMO etiam cũ ſecundum humanitatem conuenire Chriſto dixiſſet, & citaſſet auctoritatem ex pſal. 2. & ex Matt. c. vlt. vbi Chriſto data aſſeritur omnis poteſtas in cælo, & in terra: *Electi, ait, mẽbra illius: quod ipſum caput habet, hoc membra illius hæreditario iure poſſidere videntur. Dicatur itaque: Vincenti dabo poteſtatem ſuper gentes, & reges eas in virga ferrea. hanc poteſtatem ipſi Apoſtoli primum, deinde ſequaces illorum acceperunt, quibus data eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi.* an non igitur communi expoſitione Latinorum accepit Eccleſia abſolute omnem poteſtatem quomodo ergo non regiam etiã accepit? cum Chriſto ſecundum humanam naturam illam accepit, & Patres dicant, vel in capite accepiſſe, vel cum Chriſto omnia nobis eſſe donata? Demus iam aures aliquot Græcis Patribus, & Theologis.

Pſal. 2.

2. ARETHAS: *Quendam principatum, & poteſtatem hæc ſignificant ſanctis datam ſuper infirmiores, & eos, quibus dirigi opus eſt, ideo quoque ſcriptum eſt: Virga directionis, virga regni tui. ſolet enim, quod dictum eſt per virgam directionis ſignificari, veluti iudicando, quod punitiuam correctionem non inducat, ſed*

quæ

quæ emendet; ferream vero virgam non ob aliud datam eſſe dicit, niſi ad contritionem per ſupplicium eorum, qui inobedientia veſtiti ſunt, ac vaſis fictilibus aſſimilati, quemadmodum etiam virga potentiæ non alterius gratia ex Sion miſſa eſt, niſi ad dominandum. hæc ille, vniuerſalem in omnibus poteſtatem oſtendens. Andreas Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus: *Ait in Euangelio Dominus: Dabo illi poteſtatem ſupra quinque, aut decem ciuitates, aut per poteſtatem, cuius hic fit mentio,* ſubiungens aliam, quæ ſit in iudicio vniuerſali. ſic etiam VICTORINVS Pictauien. Epiſc. *Et qui vicerit, ait, dabo illi poteſtatem ſuper nationes, ideſt, iudicem illum conſtituam, &c.* Conſentiunt Theologi. CARTHVSIAN. *In ipſo inſtāti incarnationis prælata eſt humanitas Chriſti omni creaturæ, & data eſt ei tunc omnis poteſtas in cælo, & in terra, videlicet poteſtas iudiciaria, ſacerdotalis, & regia.* & infra: *Hæc verba de Chriſto ad litteram ſcripta ſunt, vbi Pater ait ad Filium ſecundum formam ſeruilem: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam; quæ ſecundum hanc eorum introductionem de membris ipſius exponuntur.* Hæc ille. Similia AVCTOR commēt. inter opera D. Tho. LYRANVS, & alij in hūc locum. quare ex Græcis, & Latinis Patribus, & Theologis non eſt dubitandum, vniuerſalem in omnibus etiam temporalibus accepiſſe Eccleſiam poteſtatem. Accedo ad aliquot rationes ex allatis deductas.

Pſal. 109.

4. Eam Eccleſia accepit poteſtatem ſuper gentes, quā Chriſtus ſecundum humanā naturam accepit à patre: ſed Chriſtus accepit abſolute à Patre omnem poteſtatem in rebus tēporalibus: ergo & Eccleſia per plenitudinis participationē, vt dicebat Ricar. Ma. patet ex D. Ioan. *Sicut, ait, accepi à Patre meo.* Min. probatur: nā ſatis liquet ex Patribus citatis omnē Chriſtum accepiſſe poteſtatē, vel in comment. in hunc locum, vel ali-

bi, quod ex parte docuimus lib. 1. c. 23. fuſius in lib. de dominio Chriſti. ergo cũ abſolute habuerit Chriſtus poteſtatem in tẽporalibus, & abſolute dicatur fore, vt Eccleſia eam accipiat, abſolute erit in temporalibus poteſtas in Eccleſia.

5. Accedit, quod Ioan. ità ſe explicat nomine virgæ, & regiminis, cap. 19. Apocal. vbi eadem verba ferè repetuntur: ait enim; *De ore eius*, Chriſti, *procedebat gladius ex vtraque parte acutus, ut in ipſo percutiat gentes, & ipſe regat eas in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis, & habet in veſtimento, & femore ſuo ſcriptum: Rex Regum, & Dominus Dominantium.* hæc ibi. nemo non videt eadem hic repeti verba, quæ cap. 2. dicuntur. Significari hic Chriſti in rebus omnibus dominiũ abſolute, habetur ex Greg. Paterio, Ambr. Beda, Anſel. Ruper. Ansber. Ricar. Primaſio, Haym. Aretha, & aliis: & patet, quia per veſtimentum, & femur (vt adnotauit Gregor. & cum illo alij) exprimitur Chriſti humana natura, quare virgæ nomine ſignificatur in omnibus coactiua poteſtas, quam cum acceperit Eccleſia per Chriſtum, an non ipſa abſolute erit regina, & Petri ſucceſſor Vicarium caput Rex, & Dominus omnium?

Greg. homi. 13. in Ezec. alij in com. in hunc locum.

6. Reſpexit Chriſtus, vt plures Patres adnotarunt in citatis modo locis, nẽpe c. 2. & 19. Apoc. ad pſ. 2. vnde ſine dubio deſumpta ſunt illa verba; ibi enim à Patre Chriſto datur ſecũdum humanã naturam omnium terreſtrium abſolute dominium, vt ex Optato, Baſilio, Caſſiod. Theodor. & communi cõſenſu Patrum docuimus lib. 1. c. 23. ergo cum eiſdem verbis dicat hanc poteſtatem Ioannes datam Eccleſiæ, non erit regina Eccleſia poteſtate coactiua abſolute in rebus omnibus terreſtribus? *Poſtula*, dicitur Pſal. 2. *& dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & poſſeſſionem tuã terminos terræ; reges*

eos

eos in virgâ ferrea,& tamquã vas figuli confringes eos, & nunc Reges intelligite. hæc ibi.en vt Chriſtus per Eccleſiam regat gentes,& loco Chriſti habeant Apoſtoli & Eccleſia iure hęreditario(vt plures Patres dicũt) gẽtes, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ, vt regat virga ferrea: igitur abſolute dominium in rebus temporalibus negari non poterit Eccleſiæ.

7. Atteſtatur etiam huic noſtræ aſſertioni phraſis, qua cap.2.& 19.vtitur Ioannes,& habetur etiam Pſ. 2. iuxta LXX. Interpretũ tranſlationẽ:nam hiſce in locis habetur verbum ποιμαίνω, quod verbum generale etiã in rebus tẽporalibus ſignificat dominium, ſeu poteſtatem regiã,vt lib.3.initio oſtendimus: & quidem denotare conſueuit ſine vlla adiũctione ſæpe lene imperiũ paterna quadã cura,ſicuti etiam virgæ nomine,vt patet Pſ.44.& Mich.7. at adiũctione ferri aſperum ſignificat imperium, & durũ, quod adnotauit etiã Arethas ſupra citatus, Deut.28,*Seruies inimico tuo, quẽ mittet tibi Dominus in fame, ſiti, & nuditate,& omni penuria, & ponet iugum ferreum ſuper ceruicem tuã,donec te conterat.*& c.4.*Vos autem tulit Dominus,et eduxit de fornace ferrea Aegypti.* itaque ſicuti ex parte poteſtatis Eccleſiaſticæ durũ ſignificatur,& potens imperium; ſic ex altera parte infirmitas,vt tãquam vas figuli conterãtur gentes, vt non remaneat teſta, qua ferri poſſit igniculus,vt Ricardus,Rupert.& plures ex citatis Patribus ex Hieremia exponũt.Ex hiſce omnibus deducitur Primo abſolute eſſe poteſtatẽ in Eccleſia rerũ temporalium: nam accepiſſe Eccleſia aſſeritur ab Apoſtolo,& expoſitoribus Patribus,quam Chriſtus accepit à Patre Pſ. 2. vnde Apoſtolus deſumpſit ea verba,& vt declarat ipſe Ioan.c.19.Apoc. at in hiſce locis Chriſtus iuxta humanam naturam accepit abſolutum rerum omniũ temporalium dominium: ergo & vice eius miniſtra poteſtate Eccleſia:eſt itaq; abſolute rerũ tẽporalium coactiua po

teſtas

dubitatio. Videtur hic locus Ioannis intelligi non de militanti Eccleſia, & in hoc ſeculo, ſed in futuro, cum Chriſtus iudicaturus eſt mundum, & cum ipſo electi,& Sancti: etenim cum dicat Ioannes: *Qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem opera mea*, aperte ſignificat finalem perſeuerantiam, iuxta illud apud Matth. *Qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit*. Si itaque pollicetur Chriſtus per hanc perſeuerantiam talem poteſtatē, non poteſt explicari, vt ea detur poteſtas, antequam perſeuerantiā conſummauerit finalem: ea autem obtinetur in vitæ fine; & propterea debet intelligi Ioannes de poteſtate iudiciaria, cum Sancti vnà cum Chriſto mundum iudicabunt. *Prima obiectio.* *Matth. 10.*

2 Altera dubitatio: Plures Patres Ioannē interpretantur de prædicatione, quo modo emiſſa dicitur ex Sion virga pſal. 109. at nemo dixerit omnibus, qui Chriſti prædicant verbum, conuenire talem, qualem nos diximus poteſtatem; & propterea potius de iudiciaria poteſtate vnà cum Chriſto in fine mundi debet Ioannes intelligi. *Secunda obiectio.*

Sed vtraque dubitatio facile ſoluitur. Ad priorem duplex ex Patribus a nobis citatis afferri poteſt ſolutio, prior eſt, vt intelligatur de ſcientia prædeſtinationis, ut illis Chiſtus polliceatur hanc poteſtatē, quos ipſe præſciuit, & ordinauit perſeueraturos vſque in finem. ita ſoluit Ambroſius, & Ansbertus, & iuxta hanc ſolutionem electis, ſiue ſanctis communicata dicitur illa poteſtas: quamuis dici poteſt communicari electis, ſiue ſanctis iuxta phraſim diuinarum literarum, præſertim Pauli, vt intelligantur electi, ſeu ſancti Chriſtiani, quia vocati ſunt per fidem ad ſanctitatem, vt Chriſto capiti adhæreant, ceu membrum ipſius, vt ſalutem conſequātur. *Solutio primæ obiect.*

Alia ſolutio eſt, quæ non diſcrepat a priore, vt intelligamus illud verbum, *in finem*, pro perfectione, vt

Chriſtus loco præmij polliceatur illis, qui ad perfectionem peruenerint, eam poteſtatem, quippe illis conueniat & illi ſtatui, non aliis iure debeatur; eſt enim ſtatus Epiſcopi non acquirendæ; ſed iam habitæ perfectionis exercendæ, vt D. Thomas, & alij ſentiunt. & conuenire poteſt hæc expoſitio cum Græca phraſi; nam quod dicitur Latine, vſque in finem, habetur Græce ἀχρὶ τέλους: τέλος vero ſignificat perfectionem, quare Epiſcopalis ſtatus denotari poteſt, qui eſt perfectionis, & iis ſolum dari debet Epiſcopatus, qui ſunt in ſtatu perfectionis, vt dictum eſt, exercendæ. atque hoc modo de perfectione interpretantur Rupertus, & Ricardus.

D. Thom. 2. 2. q. 84. ar. 6.

Reiectio expoſitionis quorundã.

Ex his errare nonnullos recentiores apparet, qui ita Ioannem interpretantur, vt velint tantum intelligi de futuro ſeculo in iudicio vniuerſali, quo ſancti cũ Chriſto mundum iudicabunt; nam etſi reuera etiam de hoc intelligatur, cum perfecti viri iudicaturi ſint mundum, & conſequenter Epiſcopi, qui in ſtatu ſunt perfectionis exercendæ, attamen non poteſt negari, intelligi etiam in præſenti ſæculo. Conſtat, quia Patres omnes, quos citauimus in commentariis in hunc locum, ita explicant; & quamuis aliqui de futuro ſæculo explicant, attamen etiam in præſenti exponunt, aut certe minus negant non poſſe de præſenti ſeculo exponi. & neminem legi ex Patribus, qui hoc expreſſe negaret; tum quia verba Ioannis deſumpta ſunt ex Pſal. 2. illa autem intelliguntur, vt diximus, de præſenti ſeculo, & aliæ etiam adductæ a nobis rationes id oſtendunt.

Solutio 2. obiect.

Secundæ Dubitationi ſic occurritur, ſi intelligamus de prædicatione, quomodo ea verba pſalm. 109. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: a multis intelliguntur, vt dicemus lib. 4. reſpondendum erit, verum eſſe de illis, quorum eſt præcipuum, & proprium

officium

officium paſcere verbo Dei: eſt autem proprium officium Epiſcoporum, quos poſuit Spiritus ſanctus regere Eccleſiam Dei, illi enim præcipue paſcere ex officio debent ſibi ſubiectos verbo prædicationis, vt propterea Paulus diceret: *Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangelizare*, 1. Cor. 1. & c. 9. *Neceſsitas enim mihi incumbit, veh enim mihi eſt, ſi non euangelizauero*. Act. Apoſt. c. 6. *Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis*. Idcirco præcipuum munus Epiſcoporum eſſe paſcere verbo, docet Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cæteris autem conuenit ſub iſtis tamquam eorum ſit proprium, & præcipuum, quare dubitatio nullius eſt momenti.

EX LOCIS HACTENVS CITATIS *ex Nouo teſtamento quædam Illationes deducuntur contra diſcrepantias ab allata a nobis Concluſione de Monarchia temporali Eccleſiæ.*

Cap. XVI.

EX allatis hucuſque locis Noui teſtamenti quædam colligi poſſunt contra diſcrepantias, & limitationes relatas in Primo libro cap. tertio, ab aſſerta a nobis concluſione de Temporali Eccleſiæ Monarchia; bene itaque erit, vt breui ſumma perſtringamus, quæ fuſe diximus, quod a nobis etiam fiet poſt citatos, & explicatos ex Veteri teſtamento locos, & poſt teſtimonia Pontificum, & varias claſſes Conciliorum, & poſt teſtimonia Patrum & cæterorum; ita enim fiet, vt lector breui ſumma propoſitũ ante oculos habeat, quod

fuſe probatum eſt. & melius confutatæ appareant limitationes, & diſcrepantiæ.

PRIMA ILLATIO: Eſt penes Eccleſiaſticos vis ſuprema coactiua in omnibus rebus temporalibus diuino iure reuelato, & expreſſo in diuinis literis illatio hæc deducitur ex omnibus citatis auctoritatibus diuinarum litterarum, & priore loco habetur ex epiſtola 1. ad Corinthios cap. 6. ex quinque rationibus ibi ex contextu Pauli deductis, ex Summis Pontificibus, Conciliis, Patribus, & Theologis, ac Canoniſtis; præſertim autem illam oſtendunt, quæ dicta ſunt contra limitationes Ocham, Gabrielis, Aliacenſis, & Pariſienſis cap. nono, ita vt Concilium Chartaginenſe tertium, & vna cum eo Concilium apud Palatium Vernis habitum reſpectu Clericorum dicat de vniuerſa Eccleſia Clericum male ſentire, qui de iudicio ſæculari poſcit auxiliũ cum Apoſtolus præceperit priuatorum, ſeu laicorum cauſas apud Eccleſiam terminari, & Procopius, eos, qui iuriſdictioni etiam temporali obſiſtunt, inſtar ſerpẽtis eſſe dicat egreſſuri e tribu Dan innuens per hæc verba, Antichriſtum, qui proditurus eſt ex tribu Dan. conſulat Lector hæc loca, & videbit recte deduci ſupremam uim coactiuam in rebus omnibus temporalibus circa laicos, & quoſcunque homines: quod ſemper intelligitur ſano modo, non tollendo, aut impediendo legitimum dominium, vel rectum vſum Principum ſecularium, vſque ad cautelam moralem mali vitandi, vel boni conſeruandi, vt lib. 1. cap. 2. explicauimus.

Alter locus ex epiſtola ad Hebræos lib. 2. cap. 11. adductus eandem illationem demonſtrat: nam ſi in ſacerdotio Nouæ legis, iuxta ordinem Melchiſedech, eſt regnum vna cum ſacerdotio coniũctum, prout regnum diſtinctum eſt a ſacerdotio; iam poteſtas directe, ſeu omni ex parte (id enim nomine hoc, *directe*, intelligimus.

vt (ſæpe explicauimus) coactiua erit, & ordinaria penes Eccleſiaſticos: regnum enim dicit poteſtatem ordinariam, & coactiuam. Porro regnum hoc coniunctum eſſe vna cum ſacerdotio; ita vt ſacerdos Nouæ legis ſit inſtar Melchiſedech Rex ſimul & Sacerdos, oſtenſum eſt lib. 2. cap. 11. pluribus rationibus, & auctoritate Ambroſij, Primaſij, Remigij, Anſelmi, Chryſoſtomi, & plurium Patrum.

7. Tertius locus eandem illationem roborat, cum oſtenſum ſit, ſupremum totius Eccleſiæ conſtantis regno, & ſacerdotio regimen datum Petro duodecim rationibus ex Chriſti verbis deductis quod ſentiſſe vidimus plures Pontifices, plura Concilia, Græcos, & Latinos Patres, Theologos pariter, & Canoniſtas.

8. Quartus locus, & primus lib. Tertij omnino idē confirmat; adeo vt explicans illum S. Gregorius ſeptimus dicat aliter ſentientes membra eſſe Antichriſti, & ſimiliter expreſſe confirmant adductæ auctoritates ex Mat. cap. 18. Lucæ cap. 22. & ex prima Petri 2. & ex Apocalypſi Ioannis.

9. SECVNDA ILLATIO: Non ſolum diuino iure reuelato; ſed naturali colligitur ex diuinis litteris, Pontifici conuenire hanc ſupremam vim coactiuam: Pro qua re ſciendum eſt multis modis poſſe hoc intelligi. Primo, vt Papa ſit ſupremus in tota Eccleſia Monarcha, & quilibet Epiſcopus in ſua; ita vt hæc Monarchia intelligatur extendi ad ea, quæ ſunt iuris naturalis, & id ſine dubio omnes, & ſingulæ auctoritates allatę probant, hoc ipſo quod Pontifex eſt ſupremus Hierarcha, & Monarcha in omnibus.

10. Secundo modo, vt iſta Monarchia reuera conueniat iure naturæ, & in hoc ſenſu videtur difficultas; Vtrum colligatur ex ſacris literis conuenire iure naturæ hanc monarchiam Pontifici Romano, & id nos dicimus colligi

Digitized by Google

ligi ex ſacris literis ſuppoſita ſuprema Hierarchia in Romano Pontifice in tota Eccleſia,& cuiuſcunque Epiſcopi in ſua particulari Eccleſia: de qua re conſtat ex toto ferè hoc opere, præſertim ex dictis in 6.cap.lib. 1. Dixi, ſuppoſita Hierarchia, quia verbi gratia iure naturæ ſapientibus debitum eſt regnum (vt docuimus ex Philoſophis in eodem lib.1.cap. decimo, & id oſtendimus ibi ſentire Senecam) quia naturæ iure ignobiliora nobilioribus ſubmittuntur, & propterea ſapientibus ſint iure cæteri ſubiecti: quod autem ſit ſupremus Pontifex Romanus ſapiens accipitur, & ſupponitur; & ex tali ſuppoſitione iure naturæ debitum regnum deducitur. ſic itaque ſupponentes Petri ſucceſſores eſſe ſupremos Paſtores, & capita totius Eccleſiæ, in re noſtra oſtenditur iure naturæ conuenire Pontifici Monarchia in temporalibus.

Quare S. Thomas opuſculo 20. de regimine principum lib.3.c. 19. cum docuiſſet Romano Pontifici conuenire temporalem Monarchiam iure diuino reuelato: *Secundo* ait *ex iure naturali,quia ſuppoſito illũ primum locum tenere in principatu, oportet eũ dici caput, a quo omnis motus, & ſenſus in corpore myſtico, per quod habemus, quod omnis influentia regiminis ab ipſo dependeat*. Sic ille.& S. Ioannes Chryſoſtomus ait eſſe naturalem ordinem inuertere, ſi quis ſubditus Prælatum iudicet Eccleſiæ, vt caput loco ſit pedum, & pedes loco capitis; eius verba citauimus lib. 2.cap.1.

Porro veluti docuimus lib. 1. in confutatione ſecundæ diſcrepantiæ, ius naturale multipliciter accipi poteſt, primo pro inclinatione ad bonum ſecundum naturam, in quo conuenit cum omnibus rebus, & ſubſtantijs, ita Philoſophus lib.1. Ethicorum initio, omnia bonum appetere aſſerit.

Secundo accipitur pro inclinatione, quæ conuenit

cæteris

cæteris animantibus, ita eſt coniunctio maris,& fæminæ, educatio liberorum: ſic Philoſophus primo Polit. cap. 3. natura animum dicit imperare corpori, marem fæminę.

Tertio accipitur ratione differentiæ,& formæ ſpecificæ, ita mens ab eodem Philoſopho dicitur ſecundum naturam imperare appetitui, & illi parti quæ ſubiacet perturbationibus, quod non modo Philoſophi docent ſed Iuriſperiti, & Canoniſtæ; vt docuimus lib. 1. cap. 7. & in confutatione 3. diſcrepantiæ, & docet etiam S. Thomas 1.2.q.94.ar.2.

Iam ad rem demoſtremus ex diuinis litteris iure naturæ etiam primo modo maxime generatim accepto conuenire Romano Pontifici vi coactiua in rebus omnibus Monarchiam.

Habetur itaque primo ex D. Paulo in priore Epiſt. ad Corinthios; oſtēdimus enim D. Paulum ex ſubordinatione totali rerum omnium ad vnū finem ſupremum argumentari ſibi omnia eſſe ſubiecta, vt a nemine iudicari poſſit, ita lib. 2. cap. 1. & poſſumus ita ex eo colligere.

1 Naturali iure in rebus omni ex parte ſubordinatis inferiora ſubſunt ſuperioribus: ſed temporalia ſunt e ſua natura inferiora, & omni ex parte propter ſpiritualia: igitur &c. Eſſe temporalia omni ex parte ob ſpiritualia, conſtat ex cap. tertio primæ ad Corinthios verbis illis: *Omnia veſtra ſunt, vos Chriſti* &c. vbi referri omnia per Eccleſiam docuimus in ratione duodecima; & lib. 2. cap. primo, & eſſe ex ſua natura ob ſpiritualia docuimus pluribus lib. 1. ex pluribus ethnicis Philoſophis, præſertim in vndecima ratione cap. decimoquarto, vbi ignobilia nobilioribus inſeruire etiam cum ſui laſione oſtendimus, & inductione probat Phyloſophus cap. 3. lib primi Polit. ſunt autem temporalia ignobilia

lia præ ſpiritualibus:cum enim ſint omni ex parte propter ſpiritualia,habebunt ſemper rationem medij præ ipſis ſpiritualibus,eſt autem finis nobilior,teſte Ariſ.iis
e. Phyſic. quæ ſunt ad finem.

2 Præterea iure naturæ, eiuſdẽ eſt facultatis finis, & media ordinata ad eum finẽ,quatenus ſunt ad illum ordinata,vt 2. phyſ. habet Ariſt.& ſeptimo Polit. cap. decimo tertio, & nos cum illo lib. 1. cap. 6. in ratione ſecunda, & cap. vigeſimo in confutatione tertiæ diſcrepantiæ,& late in ratione vigeſima:ſed omnia temporalia ſemper rationem medij(vt modo dictum eſt)hãbent, cum ſint omni ex parte e ſua natura propter ſpiritualia(quod ſæpe oſtẽſum eſt in eodem lib. primo)ergo,&c. Hanc rationem indicat Paulus in calce cap.tertij prioris Epiſt.ad Chor.vbi ordinata omnia(ſicut dicebatur) per fideles, & Chriſtum ad Deum edocet, & ſe eſſe miniſtrum myniſteriorũ vice Chriſti ad Deum; nimirum finem omnium,quo ad eum perducat fideles & deinceps agit de iuditiaria poteſtate, ſibiq; eam collatam oſtendit.

Ad hæc ex Ariſt.vti deduximus in decima ſeptima ratione, quidquid poteſt in maius, poteſt & in minus, quoties minus omni ex parte continetur ſub maiore, & ad illud omni ex parte eſt ordinatum,veluti cernere eſt in omnibus potentijs naturalibus:oſtendit hanc rationem Apoſtolus verbis illis: *Si in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis*: itemque *quanto magis ſæcularia.*

4 Accedit quod cum ſit reſpublica virtutis cauſa,iure naturæ illi plus cõuenit poteſtatis in repub. qui plus confert ad talem finem veluti ex eodem Ariſt.oſtendimus lib. 1.cap. 5. & propterea iure ſapienti debitum eſt regnum,vt plures docẽt Philoſophi allati in citato lib. cap. decimo & tota ratione nona, & colligitur ex Ariſ.

1.Polit.

1. Polit.cap.3. conſtat vero ex eadem ratione iudicium de ſapientia humana,& diuina penes Pontificē veluti Hierarcham in ſpiritualibus eſſe, & clauim infallibilis ſcientiæ apud Petri ſucceſſorem in vniuerſali morum regimine, vt oſtendimus lib. 2.cap.14. quare iure naturæ debita illi erit Monarchia,in ſua Eccleſia Epiſcopo, Papæ in tota Eccleſia. hanc rationem indicat Paulus illis verbis,non eſt inter vos ſapiens, veluti etiam aperuimus lib. ſecundo cap. primo, hęc ſatis ex prima auctoritate adducta.

Iam vero ſecunda auctoritas, tertia, & quarta oſtendunt Petrum ſupremum in tota Eccleſia, & toto orbe Monarcham: quod ne poſſet negari, Chriſtus verbis,quibus pollicitus eſt Principatum apoſtolicum decem & amplius vicibus,nomen vnius,& ſingularis perſonæ Petri expreſſit, vel adiectiuis, vel pronominibus, vel cognomine, vel alia ratione; & totidem vicibus, cum tradidit promiſſum principatum Eccleſiæ.quo vni Petro ſingulari perſonæ velut capiti oſtenderet ſe totius Eccleſiæ regimen tradere,vt late oſtendi in altero opere de ſpirituali Eccleſię Monarchia:ergo ſicuti colligebat S.Thomas,cū omnis motus ſit a capite, neceſſario dependebit omnis poteſtas iure naturæ a Petri poteſtate: Sicuti omnis motus eſt a capite, & omnia membra dependent ab illo.

TERTIA ILLATIO: Hæc temporalispoteſtas coactiua diuino reuelato, & naturali iure non ſolum eſt ratione lætalis criminis,ſeu ſecundum neceſſitatem, ad ſalutem comparandam, ſed etiam ſecundum progreſſum rerum ſpiritualium, ſeu fidei, ſeu morum penes Eccleſiaſticos, vſque ad moralem cautelam boni conſeruandi,vel mali deuitandi. Illationem hanc in primis oſtendit prima auctoritas adducta ex epiſt.ad Cor. & Paulus argumētatur ſe habere huiuſmodi poteſtatē,

quia habet rerum maiorum; immo magis minorum ha bere dicit: at hæc conſequentia non valeret, niſi habe- ret etiam coactiuam ad progreſſum; certum eſt enim habuiſſe ſpiritualium poteſtatem coactiuam etiam ad progreſſum, vſque ad moralem quandam cautelam mo do dicto.

Accedit, quod ſupponit Paulus, maiorem eſſe apud Eccleſiaſticos poteſtatem, quam penes Ethnicos foret, vt ibi aduertimus, at penes illos erat coactiua; quoad progreſſum boni reipublicæ, & finis eius.

Præterea quia alioquin ſi haberet Eccleſia talem poteſtatem tantum ratione peccati, aut reſpectu Ethni corum, non bene exponeret Paulũ Auguſtinus, ſe aſtrin gi a Paulo ad iudicandas lites temporales aſſerens; nec etiam Ambroſius, & alij, cum iam Imperatores eſſent Chriſtiani, neq; pro arbitrio laici in omnibus tempora- libus litibus acceſſiſſent ad Epiſcopum, a quo lites diri- merentur: & tamen inter ceteros Auguſtinus, cum tot accederent ad ſe laici, dicit ſe aſtringi iure Apoſtolico ad lites iudicandas; & pari modo Concilium Cartha- ginenſe non bene dixiſſet, cum ait præcepiſſe Apoſto- lum, vt laicorum lites iudicarentur apud Eccleſiam; & alia ibi citata Cõcilia, quæ docent iure Apoſtolico quo- rumcumque hominum cauſas determinandi habere Eccleſiã poteſtatẽ. Quod ſi Epiſcopi poſtea ab huiuſ- modi litibus dijudicandis deſtiterunt, quo potioribus ſpiritualibus vacarent, & ob eandem cauſam, nimirum ob maiorem progreſſum poſſunt aſſumere, aut debent, ſi res foret præſertim magni momenti, niſi forte aliun- de adſit impedimentum; verbi gratia ad euitandum ſcandalum, quomodo Chriſtus tributum ſoluit, cum fo- ret immunis Matth. cap. 17.

Ad hæc, ita intelligitur Paulus de vſu poteſtatis vſq; ad decentem ſtatum, & moralem terminum, qualis eſt

ſubor-

ſubordinatio temporalium ad ſpiritualia; ſed illa ſubordinatio eſt omni ex parte: ergo & vſus vſque ad moralem terminum omni ex parte. Minor propoſitio nota eſt; probatur Maior ex omnibus alijs potentiis, quæ agunt de medijs ad ſe ſubordinatis ad progreſſum, & conſeruationem finis vſque moralem terminum, veluti in confutatione tertiæ diſcrepantiæ eſt oſtenſum: & ex vndecima ratione, vbi ignobilia inſeruire nobilioribus probauimus etiam cum ſui læſione.

Neque dicas non poſſe deduci ex totali ſubordinatione totale dominium: nam primo, modo allata Propoſitio Philoſophica contrarium demonſtrat, & Paulus ipſe, & cum ipſo Pontifices, Concilia, Patres Græci, & Latini, ac Theologi: & late decipi iſtos oſtendimus in ratione vigeſima ex diuinis litteris, Patribus, Philoſophis, Theologis, & pluribus rationibus. Deinde quia nomē ipſum id oſtendit, nam ſi ſub ordine eſt omnino, ergo omnino ſub illo eſt, ſeu ſubeſt, vel ſubiacet (ſenſu enim idem hęc ſunt) hinc Chryſoſtomus (vt paulo ante dicebatur) exponens hunc locum Pauli; & ſubordinationem omnium referens ad caput Eccleſiæ, ſeu prælatum velle ipſum iudicaré aſſerit eſſe naturalem ordinem inuertere, vt caput loco ſit pedum, & pedes loco capitis.

Secunda auctoritas rem noſtram pari modo probat, etenim regnum prout eſt diſtinctum a ſacerdotio dicit poteſtatem directe in rebus temporalibus etiam ad progreſſum finis reipublicæ, bonum animi. Sic etiam

Tertia auctoritas qua probatum eſt eſſe regnum in Eccleſia militanti, & thronum Dauidicum. & ſupremam clauim eius regni, & generalem in omnibus Petro poteſtatem collatam non ſolum ne pereat Eccleſia, ſed in ędificationem morum, & fidei, quibus conſtat Eccleſiæ ædificium.

Idē aſſeritur de auctoritate Petri adducta,& Ioannis Apoſtoli ex Apocalypſi:ſi enim quam habuit Chriſtus poteſtatem coactiuam in omnibus, prout accepit poſſeſſionem ſuam terminos orbis terrarum, cōmunicauit Eccleſiæ;iam ad vtilitatem etiā tranſtulit; habuit enim ſine dubio Chriſtus non modo quoad neceſſitatem,ſed vtilitatem,ad progreſſum bonorum morum,& rerum ſpiritualium,vſque ad moralem quādam cautelam boni conſeruandi, & mali deuitandi.

QVARTA ILLATIO: Eſt hæc ſuprema coactiua poteſtas &c. penes Eccleſiaſticos in foro etiam exteriore:hanc illationem oſtendunt omnes, & ſingulæ auctoritates adductæ, prior Pauli ad Corinthios,& altera ex epiſt. ad Hebræos.item illa qua promiſſus, eſt principatus Apoſtolicus, & altera qua traditus eſt;quę ſimiliter allata eſt ex cap. 18. Matth.& alia de duobus gladiis ex Luca,& auctoritas epiſt. D.Petri:nā regnum eſt circa res externas,& Ioannis,qua oſtenditur ſuprema in rebus omnibus vice Chriſti poteſtas, & propterea etiam in externis. Hæc cum clara ſint,ideo prætermittimus declarare.

QVINTA ILLATIO: Prædicta poteſtate eſt Eccleſiaſticorum legem temporalem cōdere:patere id poteſt ex ſuperioribus illationibus, quare Paulus legem temporalem condidit prohibens,ne adirent Chriſtiani iudicia Ethnicorum,& oſtendit ſe potuiſſe condere,dum potius eligendos dicit iudices contemptibiles, quam adeāt Chriſtiani tribunalia Ethnicorū; & rationes ibi adductæ oſtendunt potuiſſe condi, cum probet Paulus lōge maiorē eſſe auctoritatem apud Eccleſiam, quā foret apud Ethnicos, quare ſicuti Ethnici poterāt condere, ita Eccleſia. Concilium Carthaginenſe ibi citatum tulit, & Clemens Papa, vt tali die deciderentur lites tali modo.Pari modo legem temporalem tulit

Anacletus Papa ſtatuens, vt quilibet laicus chriſtianus libere poſſet oppreſſus ſacerdotū appellare iudicium, & a nemine prohiberetur, & a ſacerdotibus defenderetur. Et ne tibi ſubrepat ſcrupulus, vt fore ſuſpiceris nō eſſe ea verba germana Anacleti, oſtendemus nos ea germana eſſe in ipſius Anacleti reſtimonijs lib. 6. & citari ea ipſa a nōnullis antiquis Cōcilijs. Deniq; Paulus in eo uim facit ſemel, & iterum (quod paulo ante adnotabamus) vt oſtendat Eccleſiaſticos multo magis poſſe iudicare temporalia, quando de maioribus ſpiritualibus diiudicant, & cum Paulo eodem modo Pontifices, Cōcilia, Patres Latini, Patres Græci, Theologi; at hæc conſequentia clare demonſtrat poſſe legem condi temporalem ab Eccleſia.

Si enim multo magis de minimis poſſunt, ſeu digni ſunt Eccleſiaſtici iudicare (verbum enim dignus ita ibi accipitur, vt magis poſſint, & ita accipi oſtendimus in diuinis litteris lib. 1. cap. 5.) ſequitur vt ſi poſſint principes ſeculares iudicare ferendo leges temporales, & Eccleſiaſtici multo magis.

Præterea ſi regnum, vt diſtinctum eſt a ſacerdotio, eſt in Eccleſia; vt oſtendit auctoritas allata ex epiſt. ad Hebręos, et probant ſequētes auctoritates, iam erit Eccleſiæ, legem temporalem cōdere: per regnum enim ſunt ſacerdotes reges; regum vero eſt leges temporales condere. hinc Ambroſius, vt legem temporalem ferret ex poteſtate pręcepit Imperatori Theodoſio, et Ioānes XXII. ne ſede vacāte Imperij aliquid noui fieret. Stephanus Papa ſtatuens auctoritate apoſtolica, vt ad hæredes Pipini regnum trāſmitteretur, ablato a proſapia Clodouei, legē temporalem condidit. Alexander Quartus prohibens Electoribus Germanici Imperij, ne eligerent Conradum Cæſarem ſub pæna excommunicationis, vt retulimus lib. 1. cap. 21. legem temporalem condidit

didit,& plura huiuſmodi egiſſe Romanos Pontifices re periesy vt ſuo loco dicetur. Quæ autem adducta ſunt in 3. illatione,hoc ipſum confirmant.

SEXTA ILLATIO: Poſſunt puniri laici pœnis etiam temporalibus:aperta eſt hæc Illatio ex præcedentibus, & ex ſuprema monarchia in temporalibus quoad vim coactiuam in foro externo, alioquin enim non eſſet monarchia in temporalibus; quare cum oſtendant ſingulæ auctoritates adductæ hanc Monarchiam; ſingulæ oſtendunt etiam poſſe puniri laicos pœnis etiā temporalibus: & præſertim id probat locus adductus in libro hoc ex Lucæ cap. 22. de duobus gladiis; ideo Gregorius Septimus poſſe auferri quorumcumque hominum poſſeſſiones ab Epiſcopis pro demeritis, multo magis affirmat; veluti retulimus ſupra capite tertio, & priuans Paulus Ethnicorum tribunalia dominio, dum vetat, ne adeant illa Chriſtiani, nonne punire hoc eſt pœnis temporalibus? quod adnotatum eſt a D.Thoma præ cæteris, quem retulimus ſupra in hoc libro cap. 1. & Concilium Carthaginenſe Tertium pœnis temporalibus puniuit, vt vidimus lib.2. cap.3.& patet maniſeſta ratione deſumpta ex auctoritate Matth. adducta ſupra cap. 3. ibi enim, vt oſtendimus, Chriſtus admonendum quidem vult fratrem delinquentem prima vice priuatim, quod ſi minus emendetur,duobus, vel tribus teſtibus, quod ſi nec hoc pacto emendetur,deferendum delictum ad Eccleſiam, vbi vides iacturam poſſe fieri famæ ratione ſalutis fraternæ: eſt autem fama altioris ordinis, quam ſit quæcumque res externa, & quæcunque res temporalis: igitur ratione bonorum ſpiritualium poterunt ab Eccleſia priuari regno Reges. quod ſi publica vtilitas præferenda eſt priuatæ. l.vnica.§.fin.C.de caduc. toll. & eſt textus in l. 1. ff. ſol.mat. quod late docuimus nos in vndecima ratio-

ne

Digitized by Google

ne lib. 1. & plures docuere Philoſophi: cur non magis ob maius bonum, quale eſt ſpirituale, & internum, & magis ſe ad plura extendens, cum priuatio regni ſolum in damnum externum ſit ipſius regis, & aliquorum ipſi adhærentium?

SEPTIMA ILLATIO. Eſt hæc poteſtas penes Eccleſiam iure Diuino, & reuelato, & naturali reſpectu etiã Ethnicorum: patet, quia è ſua natura tẽporale eſt ſubiectum ſpirituali, vt pluribus ſupra oſtendimus, & adnotauit D. Thomas opuſc. 20. de regim. prin. lib. 3. cap. 16. circa medium. & c. 10. pariter circa med. & liquet ex ſuperioribus Illationibus, præſertim 3. quare apud quemcumq; reperiatur temporale dominium, neceſſario ſubiacebit Hierarchę in ſpiritualibus. & hoc habetur ex locis, quibus promiſſus & traditus eſt Petro principatus Apoſtolicus: nam illius curæ, & poteſtati tamquam Hierarchæ in ſpiritualibus, & omnibus vice ipſius Chriſti totius mundi data cura, ſeu præfectura: quare etiam in temporalibus. Quod ſi non ſunt omnes homines de facto ex ouili huius Paſtoris, deberent eſſe de iure, vt ſupra diximus; ideo omnes creaturas Petro traditas, vel totum orbem dixerunt Petro ibi Patres, & vitio hominis eſt, vt non ſint ex hoc ouili. Probat etiam hanc illationem vltimus locus Ioannis, vbi quam habuit in toto orbe Chriſtus poteſtatem, eandem pollicetur viris Apoſtolicis, ſeu Epiſcopis, nimirũ tamquam in partem ſolicitudinis paſtoralis aſſumptis, conſtitutis Principibus ſuper omnem terram, iuxta Pſ. 44. ſed præcipue probatur hoc ex Paulo 1. Corinth. c. 6. ex totali ſubordinatione rerum omnium ad Eccleſiam, & caput eius Chriſtum, & Deum; ideo Paulus, vt dicebamus, priuauit Ethnicos dominio, dum prohibuit Chriſtianis, ne adirent Ethnicorum tribunalia. & propterea dicebat S. Thomas poſſe id fieri ab Eccle-

lib. 1. c. 4. et ratio. 10 11. & 12.

Patres lib. 2. c. 1. & 2.

ſia, & licet non fiat eſt ob ſcandalum, ſicuti Chriſtus ſoluit tributum propter ſcandalum, cum liber foret: & Poſſidius refert S. Auguſtinum auctoritate Apoſtolica S. Pauli ex epiſt. 1. ad Cor. iudicare conſueuiſſe omnes lites cuiuſcumque ſectæ hominum. quod ſi argumenta Pauli ex eo capite uim haberent, quod maior ſit auctoritas Eccleſiæ iudicandi temporalia omni ex parte, quã penes Ethnicos foret, iam etiã ſuper Ethnicos erat Eccleſiæ poteſtas: nam Ethnici dominabantur fidelibus, & infidelibus, quare & ſuperiori poteſtate Eccleſia. ex his omnibus

Poſſid. in vita Auguſt. citatus lib. 2. c. 5.

OCTAVA ILLATIO deducitur: Ob hanc ſupremam monarchiam temporalem (non auferendo legitimum dominium, nec rectum vſum, vel impediendo vt lib. 1. c. 2. & ſequenti declarauimus) iuſtis de cauſis poſſe deponi Imperatores, transferri imperia, & nullius eſſe momenti cæteras Diſcrepantias, veluti patet ex dictis. Hæc ſummatim contra Diſcrepantias ab aſſerta a nobis concluſione de temporali D. Petri ſuprema Monarchia.

* * *

FINIS LIBRI TERTII.

DE TEM-

DE TEMPORALI ECCLESIAE MONARCHIA ET IVRISDICTIONE

Liber Quartus.

IN QVO PLVRES EX VETERI TESTAMENTO loci citantur.

QVOMODO PER CHRISTVM IN Eccleſia Thronus Dauidicus reparatus ſit. Cap. I.

NON ſemel in hoc opere mentio facta eſt a nobis de throno Dauidico Chriſti aduentu in Eccleſia reſtaurando; cum itaque plura attulerimus loca ex Nouo Teſtamento, conſequens eſſe videtur, vt afferamus ex Veteri; & ante omnia de reſtauratione huius Dauidici throni dicamus, Quia vero res eſt obſcurior, vt facilius, quæ volumus, aſſequamur, congeremus loca multa de Throno Dauidico, etiã ex Nouo

Teſtamento ; ita enim fiet, vt ex pluribus ſimul congeſtis commodius rem perfecte inueſtigemus. de throno itaque Dauidico ſic Eſaias, vt ab ipſo ducamus exordium, cap. 9.

Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, et vocabitur nomen eius, admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis; multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, ſuper ſolium Dauid, *& ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & roboret in iuditio, & in iuſtitia, a modo, & vſque in ſempiternum.*

Et cap. 16. *& præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in veritate, in tabernaculo Dauid iudicans, & quærens iuditium, & velociter reddens quod iuſtum eſt.*

Hierem. 23. *Ecce dies venient dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iuditium, & iuſtitiam in terra: in diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter, & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum,* Dominus *iuſtus noſter.*

Cap. 33. *Ecce dies venient dicit Dominus, & ſuſcitabo verbum bonum, quod loquutus ſum ad domum Iſrael, & ad domum Iuda in diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ, & faciet iuditium, & iuſtitiam in terra. in diebus illis ſaluabitur Iuda, & Hieruſalē habitabit confidenter, & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum,* Dominus *iuſtus noſter. quia dicit hęc Dominus, non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael, & de ſacerdotibus, & Leuitis non interibit vir a facie mea, qui offerat holocauſtomata, & incendat ſacrificium, & cedat victimas omnibus diebus. & factum eſt verbum Domini ad Hieremiam*

dicens

dicens, hæc dicit Dominus, ſi irritum poteſt fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non ſit dies, & nox in tempore ſuo, & pactum meum irritum eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo, vt non ſit ex eo filius, qui regnet in throno eius, & Leuitæ, & ſacerdotes miniſtri mei, ſicut enumerari non poſſunt ſtellæ cæli, & metiri arena maris; ſic multiplicabo ſemen Dauid *ſerui mei, & Leuitas Miniſtros meos.*

Ezechielis 34. *Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcet eas, ſeruum meum Dauid, & ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem, ego autem Dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus* Dauid *princeps in medio eorum.*

Simile quid habetur apud hunc eundem Vatem cap. 37.

Amos 9. *In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit,* & *reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant, inſtaurabo, & reædificabo eum ſicut in diebus antiquis, vt poſſideant reliquias Idumeæ, & omnes nationes, eo quod inuocatum ſit nomen meum ſuper eos, dicit Dominus faciens hæc.*

Pſal. 88. *Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit, & thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis.* Et alia quæ proſequitur hoc Pſalmo Vates.

Pſal. 131. *Iurauit* Dominus *veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.*

2. Regum cap. 7. *Aedificabit domum* ſit ſermo de Salomone *nomini meo, et ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum ego ero ei in patrem, et ipſe erit mihi in filium, qui ſi inique aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, et in plagis filiorum hominum; mi-*

 ſeri-

ſericordiam autem meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli a Saul, quem amoui a facie mea. hæc ferè eadem habentur 1. Paral.c.22.

Lucę 1. loquitur Angelus cum Beatiſſima Virgine Maria: *Paries filiũ, et vocabis nomen eius Ieſum, hic erit magnus, et filius Altiſſimi vocabitur, et dabit illi* Dominus Deus ſedem Dauid *patris eius, et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.*

Epiſt. ad Rom.c. 15. *Rurſus Eſaias ait: Et erit radix Ieſſe, & qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt.* & hactenus ſint loca de throno Dauidico, de quo etſi poſſent alia adduci, commodius explicabuntur per hæc citata, cum illa examinabimus. porro quò rem noſtram concludamus, colligemus ex his citatis locis, quaſdam prius generales conditiones, ex quibus temporalem iuriſdictionem Eccleſiæ deducemus. deinde vero ſingillatim vnumquemque locum expendemus, Patrum auctoritates afferentes.

Prima conditio: Thronus Dauidicus rẹſtaurãdus erat Chriſti aduentu; id oſtendunt loca Eſaiæ, & clarius Septuaginta ita expreſſerunt: *Magnus principatus illius, & pacis eius non erit finis, ſuper thronum* Dauid, *& regnum eius, vt erigat illud, & vindicet, vt apprehendat in iuditio, & iuſtitia, ex nunc, & in ſæculum*: id etiam probant verba Amos. *Suſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit*; & loca Hieremiæ, & cæterorum etiam Vatum hanc probant conditionem.

Secunda conditio: Thronus Dauid ita reſtaurandus erat per Chriſtum, vt ſemper deinceps duraturus foret: *A modo* inquit Eſaias *& vſque in ſempiternum*. Septuaginta *ex nunc, & in ſæculum*. quæ etiam non interrupta duratio colligitur ex Hieremia, *Non interibit*, inquit, *vir de* Dauid, *qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael.* Pſal. 88. *Vſque in æternum præparabo ſe-*

men tuum, & ædificabo in generatione, & generationem ſedem tuam. Lucæ 1. *et regni eius non erit finis*. ita 2. Regum 7. & Pſal. 131.

Tertia cōditio: Thronus Dauidicus ita ampliandus erat, vt vbique gentium foret, et vbique locorum: apud Amos: *Poſſideat reliquias Idumeæ, et omnes nationes*: hoc etiam habetur pſ. 71: licet ipſum minus adduxerimus, & communi conſenſu de Chriſto exponitur, qui præceſſerit in typo in Salomone; *Adorabunt*, ibi dicitur, *eum* Chriſtum *omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei*. Pſal. 2. *poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*, & alibi etiam id habetur.

Quarta conditio thronus Dauidicus erat roborandus, & confirmandus in iuditio, & iuſtitia, & veritate, ita apud Eſaiam: *Super ſolium* Dauid, *& ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & roboret in iuditio, & in iuſtitia*, & apud eundem cap. 16. *Præparabitur in miſericordia ſolium; & ſedebit ſuper eum in veritate, in tabernaculo Dauid iudicans, & quærens iuditium*. & apud Hierem. *Regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet iuditium & iuſtitiam in terra*, & capite 23. *Germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ, & faciet iuditium, & iuſtitiam in terra*. Iſta autem corroboratio, & confirmatio regiæ Dauidicæ poteſtatis futura erat perpetua; nimirum non interrupto tempore. ita enim citatus Eſaias: *Confirmet illud, & roboret in iuditio, & in iuſtitia a modo vſque in ſempiternum*. Sic Hierem. cum ſimilia retuliſſet, ſubiungit, *non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael*. Pſal. 88. *Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli*. quòd alijs eſt in locis cernere.

Quinta

Quinta conditio: Iſte thronus, & iſtud ſolium Dauid futurum prædicitur in terris. liquet hoc ex tertia conditione: nam fore aſſeritur, vt poſſideat omnes gentes. Pſal. 71. *Dominabitur vſq; ad terminos orbis terrarum, & omnes gentes ſeruient.* apud Amos futurum, *Vt poſſideat reliquias Idumeæ, & omnes nationes*; hæc vero intelligũtur in terris, de quibus affirmatur futura Chriſti poſſeſſio. id etiam conſtare poteſt Pſal. 2. vbi futura Chriſti poſſeſſio termini terræ affirmantur; quare ſemel & iterum ait Hierem. *Faciet iuſtitiã, & iudicium in terris.* itemque: *non deficiet vir in ſolio Dauid, neq; Leuitæ offerentes holocauſthomata.* at ſicuti holocauſthomata offeruntur in terris; ita ſolium Dauid in terris debet intelligi; tum quia iuſtitia, & iudicium fit de iis, quæ dubia ſaltem ſunt, an in illis ſit aliquod delictũ, vel delinquens, quare oportet de Eccleſia militanti intelligere, nõ de triũphanti, in qua nulla delicta, vel ſcãdala erũt.

Sexta conditio: Solium hoc Dauid diſtinctum eſt a ſacerdotali; id probatur, quia tamquam per ſpeciale aliquod priuilegium dicuntur, quæ aſſeruntur de Dauidico ſolio, quod perierat (quod infra melius explicabitur) illud autem erat diſtinctum tribu, & familia; nam Leuitica ſtirps erat diuerſa, apud quam erat ſacerdotalis dignitas, a regia, quæ erat apud tribum Iuda in familia Dauid. id etiam eſt videre ex loco citato Hieremiæ, vbi tamquam diſtinctæ referuntur illæ dignitates, per Chriſtum clarificandæ, vt non amplius intereant: *Hoc* inquit *nomen, quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter: quia hæc dicit Dominus, non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael, & de ſacerdotibus, & Leuitis non interibit vir a facie mea, qui offerat holocauſthomata & incendat ſacrificium,* &c. hæc ſicuti erat diſtincta, & diſtincta enumerantur a Vate;

tamquam

Digitized by Google

tamquam diſtincta etiam accipi debent.

Septima conditio: Dignitas ſacerdotalis, & regia futuræ erant coniunctæ, vt idẽ ſacerdos eſſet ſupremus, & ſupremus Rex: ſic apud Ezech. *Et ſuſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, qui paſcet eos, ſeruum meum Dauid, et ipſe erit eis in paſtorem; ego autem Dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum.* De hoc etiam Sophoniæ 3. *Reddam populis labium electum, et ſeruient ei humero vno.* Fit hic ſermo de Chriſto, vt in commentariis Hieronymus, Theodoretus, Rupertus, & Remigius aſſerunt; veluti etiam Chryſoſtomus affirmat; & prædici videtur vnus ſupremus Monarcha, veluti tempore Noë, ſub quo erat (teſte Scriptura) labium vnum ante diſperſionem gentium; aſſeritur itaque, vt vni ſeruiant omnes, ſicuti vni oneri ſupponunt plures humeros; ita vt Chriſto *omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtriũ, & infernorum, & omnis liagua confiteatur*, & completum de facto videtur tempore Apoſtolorum, qui linguis omnium loquebantur, & erat credentium cor vnum, & anima vna, licet de iure ſemper conueniat hoc dominiũ, modo a nobis explicato; ſed tã multa dicta ſunt de hac vnitate ſupra, & deinceps dicentur, vt non opus ſit hæc pluribus confirmare. Iam ad rem noſtram applicemus has conditiones, & comperiemus ſolum in Præſulem Eccleſiæ eas conuenire loco Chriſti Vicarium Petrum, & Petri ſucceſſorem Romanum Pontificem.

Hier. Theodor. Ruper. & Remig. in commēt. in hunc locum.

Chryſoſt. demonſtra. aduerſus gẽtes, quod Chriſtus ſit Deus.

Prima conditio id probe oſtendit, ſi enim reſtaurandus erat Chriſti aduentu thronus Dauidicus, vt deinceps duraret in Eccleſia; quæro qua ratione id actum ſit, cum nulli diu in Eccleſia fuerint Reges Chriſtiani; debet ergo intelligi de aliquo, qui ſit loco Chriſti: hic eſt eius Vicarius Petrus, cui vices commiſit ſuas, vt ſuperiore libro eſt oſtenſum.

Secun-

Secunda conditio docens ſemper thronum Dauidicum a Chriſti ortu duraturum, hoc ipſum confirmat: nam certum eſt, poſt captiuitatem Babylonicam nullum de ſemine, & familia Dauid Regem fuiſſe; nec in tribu Iuda, nec in aliis tribubus Iſrael, vt dicam infra ex Euſebio, Baſilio, & aliis. & patet Hierem. cap. 22. Quod ſi aliquo modo Rex fuit, certe circa tẽpora Chriſti de ſemine alienigeno, & Idumæo Herodes regnabat: ergo quæ in ea conditione dicuntur, intelliguntur de Chriſto, at ſi in terris erat hic thronus, & perpetuo erat duraturus, cuiuſnam hic erit, niſi Pontificis Romani, cui in Petro dictum eſt, *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, vt reuera *Non intereat vir de ſolio Dauid*, qui regnet; & offerat victimas, ſacerdos nimirum, & Rex, cuius ſedes in generatione, & generationem ædificetur, id eſt augeatur, ſtabiliatur, & firmetur? hoc enim ſignificat Verbum ædificare; vt adnotauit inter cæteros Theodoretus.

Theodoretus in comen. in pſ. 88.

Tertia conditio, qua oſtendebatur Thronum Dauidicum ampliandum vbique gentium, & locorum, idem demonſtrat: etenim cum Eccleſia catholica ſit, & vbique gentium, & locorũ diffuſa, reuera ſub hoc throno ſunt omnes gẽtes, vt reuera completum ſit vaticinium, quod pſ. 2. habetur, vbi ex perſona Patris ſic fit ſermo ad Chriſtum filium, qui recepturus ſit omnes nationes ſecundum humanam naturam, cuius eſt poſtulare in poſſeſſionem illis verbis: *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, reges eos in virga ferrea* &c. & Pſal. 44. vbi de regno Chriſti loquitur vates, & fore Apoſtolos principes ita edicit: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij conſtitues eos principes ſuper omnem terram, memores erunt nominis tui Domine in omni generatione, & generationem; propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculum*

Digitized by Google

culum ſeculi. Adeo vero breui diffuſa eſt Chriſtiana religio per Apoſtolos; adeo ſanguine eorum fuit breui multiplicata, vt tempore Traiani, cuius imperij initio adhuc viuebat Ioannes Apoſtolus, ſcribat Plinius, cum ageret Proconſulem in Aſia, religionem Chriſtianam vbique eſſe diffuſam; nec tantum ſuis cultoribus ciuitates repleſſe, ſed vicos, & agros, ut fere deſolata remanſerint idolorum templa, & rariſſimus eſſet victimarum emptor. Quod vero eſſent etiam Eccleſiarum magnæ diuitiç tempore ipſorum Imperatorũ Ethnicorum, qui Chriſtianos inſectabantur, ex multis conſtat, præſertim vero abundabat præ cæteris Romana Eccleſia, vt ad multas Eccleſias ſolita eſſet mittere temporalia ſubſidia, ad ſuſtentandam non modo egentium inopiam; ſed illorum etiam, qui ad metalla eſſent damnati, afflictionem releuandam; de qua re plenam fidem facit Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus epiſt. ad Sotherum Papam, qui vixit Marci Aurelij Imperatoris tempore. Sixti vero tempore ingentes fuiſſe facultates ex eo apparet, quod illas, theſauros Eccleſiæ, appellat Ambroſius, vnde tãtopere ipſis inhiabat Tyrannus Valerianus. id ipſum teſtatur epiſtola Cornelij Papæ ad Fabium Epiſcopum Antiochenum, cuius nobile fragmẽtum extat apud Euſebium lib. 6. cap. 35. Ponam hic verba Cornelij: *Nouatum omnino præterijt*, inquit Cornelius, *vnum ſolum Epiſcopum oportere eſſe in hac Eccleſia Catholica, in qua tamen non ignorabat (quomodo enim poterat?) Presbyteros eſſe quadraginta ſex, Diaconos ſeptem, Subdiaconos ſeptem* (nota ordines Eccleſiaſticos) *Acolythos quadraginta duos, Exorciſtas, & Lectores vna cum Oſtiarijs, quinquaginta duos, viduas, & alios morbo atque egeſtate afflictos mille, & quingentos, quos omnes domini gratia, & bonignitas abunde ſuſtentat.* hæc ibi, quibus conſtat ingentes opes fuiſſe Eccleſiæ

Plinius lib. 10. ep. 97.

Ambro. lib. 1. offic. c. 41

Euſeb. lib. 4. ca. 23. in ep. Diony.

ſiæ Romanæ, alioquin enim non potuiſſet tot pauperes abundeſuſtentare. tanta vero erat Maieſtas Romani Pontificis, vt dicat Cyprianus, Sedem pótificiam Cornelij, veluti æmulam Imperatoris fuiſſe: & Aurelianus Imperator Ethnicus cum Concilio Antiocheno depoſitus eſſet Paulus Samoſatenus, & ex ædibus Epiſcopalibus deiectus, & ad eundem Aurelianum recuriſſet Paulus, vt moris hęreticorum eſſe conſueuit, iuditio Epiſcoporum reſponderit Imper. ſtandum, & Romani Pontificis iuditio, vt videre eſt apud Euſebium. ſed de hac re cum de decenti ſplendore Eccleſię agemus, fuſe dicetur, ſatis in præſentia oſtendiſſe magno in ſplendore Eccleſiam fuiſſe, etiam inter Imperatorum perſecutiones. Iam vero ad rem noſtram cum nullus vnquam Rex, vel Imperator totum orbem ſuo Imperio ſubiectum habuerit, neceſſario thronus Dauid de Petri ſucceſſore debet intelligi, cui in Petro totius Orbis præfectura commiſſa eſt, & caput eſt totius Eccleſiæ, quę Catholica cum ſit, vbique gentium & vbique locorum eſt diffuſa.

Cypria. ep. 52. ſeu lib. 4. epiſt. 2. ad Antonin. longe ante med.

Euſeb. lib. 7. cap. 24.

Quarta conditio proprie non conuenit vllis Principibus ſæcularibus; etenim illorum multos defeciſſe conſtat a recta fide, & rectis moribus, vt in retro actis temporibus apparet, cũ multi Ario adhæſerint, & cæteris hæreſiarchis, & noſtro tempore Luthero, & Caluino: nec Patriarchis, aut cæteris Epiſcopis, quorum permultos hæreſibus infectos fuiſſe conſtat; quare proprie Romano Pontifici conueniet, cui in Petro dictum eſt a Chriſto: *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*; & alibi: *Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*. Petri ergo ſedes, cum ſingulari priuilegio minus errare poſſit in fidei, & morum decretis in vniuerſali regimine, roboratur in iuſtitia, & iuditio a modo, & vſque

in

Digitized by Google

in ſempiternum; poteſt tamen conuenire cæteris ſuo modo Præſulibus Eccleſiaſticis: nam roboratur Thronus Dauid per legem Euangelicam, cuius ſunt diuinitus conſtituti interpretes, & lex ex eorum perſcripto eſt requirenda, & per ſacerdotalem dignitatem miniſtram gratiæ Euangelicæ, qua renera roboratur lex naturalis, & perficitur regia poteſtas: ſine gratia enim, & fide (vt ſupra dicebatur) nec totam legem naturalẽ implere poſſumus, nec perfectam felicitatẽ aſſequi.

Quinta conditio allata eſt,ne quis cõfugeret ad cæleſte ſolium,excludens terreſtre vel rerum terreſtrium. oſtendit autem viſibile hoc ſolium vna cum ſupra enumeratis conditionibus nõ poſſe affirmari,niſi de Romano Pontifice; ipſius enim thronus eſt vice Chriſti in terris, qui permanſit loco Chriſti a tempore illius ex hiſce caducis abſceſſu, ipſius thronus,veluti ſupremus ſua auctoritate ſe extendit ad omnes vbique nationes, & Orbem totum,cum totius Orbis cura ſit Petro commiſſa.

Sexta cõditio adducta eſt,ne quis excluderet rerum etiã temporalium dominiũ:docẽs vero thronũ Dauidicũ debere intelligi de rerũ temporaliũ poteſtate, cum de Dauid tanquam particulare priuilegium dicatur,& tanquam aliquid diſtinctũ a ſacerdotali dignitate;iam plane demonſtrat,talem thronum in Eccleſia per Chriſtum reſtauratum ſemper futurum vnà cum ſacerdotio. Quia vero altera,quæ eſt.

Septima conditio, oſtendit fore, vt in vna perſona ſit coniuncta vtraque poteſtas ſacerdotalis,& regia,vt ſit vnus paſtor;ideo dicẽdum eſt penes ſacerdotes Nouæ legis vtramque poteſtatem tranſmiſſam iuxta ordinem ſacerdotij Melchiſedech,in quo fuit vtraque coniuncta dignitas ſacerdotalis,& regia,prout toties a Nobis in hoc opere eſt probatum. Romanus vero Ponti-

ſex ſit ſupremus Paſtor in omnibus Chriſti vice conſtitutus in rebus omnibus Monarcha.

SINGILLATIM OSTENDITVR *ex Eſaia Thronus Dauidicus per Chriſtum in Eccleſiam fuiſſe transmiſſus.*

Cap. II.

COngeſtis locis de Throno Dauidico, & quibuſdam inde deductis, quaſi generalibus conditionibus probauimus regiam poteſtatem ad Catholicæ præſulem Eccleſiæ per Chriſtum fuiſſe tranſmiſſam; id ipſum oſtendere poſſumus, ſi vnumquemque ex allatis locis ſingillatim examinemus.

1. Primus locus, qui eſt Eſaiæ, id probat. Conſtat Chriſtum ſecundum humanam naturam habuiſſe principatum rerum etiam temporalium, cum itaque Eſaias affirmet, fore, vt ſedeat ſuper Thronum Dauid, qui Thronus fuit rerum temporalium, non debemus a ſenſu litteræ recedere: litteralis enim expoſitio, cum commode fieri poteſt, debet attendi, vt referebamus ſupra è Baſilio. Fuiſſe Chriſtum ſecundum humanam naturam Regem rerum etiam temporalium, patet ex Eſaiæ verbis: *Factus eſt*, inquit, *principatus ſuper humerum eius*, & mox, *multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis*, quare inter multiplex imperium, hoc quoq; rerum temporaliũ, debemus affirmare eſſe Throni Dauidici; & quo vates oſtenderet, hanc regiam dignitatem tranſmiſſam in Eccleſiam, dixit paulò ante, nobis puerum & filium datum, & natum. libet autem cum Paulo argumentari, ſi Deus tradidit filium, quomodo non omnia cum ipſo donauit? cenſeri enim

debet

Digitized by Google

debet Deus, quibus maiora tribuerit, dediſſe & minora, ſicuti Patres aiunt hunc Pauli locum explicantes, Chryſoſtomus, Theodoretus, Ambroſius, & cæteri; quare ſi ſpiritualium dedit, & ſacerdotij poteſtatem, & temporalium, ſeu regni etiam dedit.

2. Sed accedamus ad alterum argumentum: illud regnum Dauid reſtaurandum aſſeritur ab Eſaia, quod proſtratum iacebat a captiuitate Babylonica, vt docent Procopius, Hieronymus, Euſebius, & alij, quos paulo poſt afferemus; at qui regnum illud, quod ceciderat, & proſtratum iacebat, vt nullus deinceps fuerit Rex è ſemine Dauid erat rerũ temporaliũ, & in terris in viſibili aliqua perſona: ſi itaque reparatum eſt illud regnum a Chriſto, erit conſequenter rerum temporalium in terris in viſibili aliqua perſona loco Chriſti, & hæc erit Vicarius illius Præſul ſupremus in Eccleſia Catholica.

Alter locus Eſaiæ eandem rem oſtendit; nam ibi etiam fit ſermo de Chriſto, & ſupremo eius dominio, vt apparet initio capitis: *Emitte*, ait Vates, *agnum dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion*, & cum aliqua de Moabitis retuliſſet, ſubiungit, fore, vt præparetur in miſericordia ſolium: *Et ſedebit*, inquit, *ſuper eum in veritate in tabernaculo Dauid*: itaque aſſeritur fore, vt Chriſtus agnus dominator terræ præparet ſolium, & reſtituat regnum Dauid. Confirmari poſſunt hæc duo loca ex Patrum interpretatione.

3. PROCOPIVS: *Vt præterea intelligamus venturum eſſe ad Thronum, eiuſque regnum, quod ceciderat, excitandum (euerſum enim ab eo tempore iacebat, quo per Nabuchodonoſor occupatum erat, ſed prædicebant prophetæ ipſum non ſecus, ac ſolem per orbem vniuerſum ſplendorem ſuum emiſſurum) venit ergo ex Dauide ſecundum carnem Chriſtus, vt promiſſa præſtaret*

ſex ſit ſupremus Paſtor in omnibus Chriſti vice conſtitutus in rebus omnibus Monarcha.

SINGILLATIM OSTENDITVR ex Eſaia Thronus Dauidicus per Chriſtum in Eccleſiam fuiſſe transmiſſus. Cap. II.

Congeſtis locis de Throno Dauidico, & quibuſdam inde deductis, quaſi generalibus conditionibus probauimus regiam poteſtatem ad Catholicæ præſulem Eccleſiæ per Chriſtum fuiſſe tranſmiſſam; id ipſum oſtendere poſſumus, ſi vnumquemque ex allatis locis ſingillatim examinemus.

1. Primus locus, qui eſt Eſaiæ, id probat. Conſtat Chriſtum ſecundum humanam naturam habuiſſe principatum rerum etiam temporalium, cum itaque Eſaias affirmet, fore, vt ſedeat ſuper Thronum Dauid, qui Thronus fuit rerum temporalium, non debemus a ſenſu litteræ recedere: litteralis enim expoſitio, cum commode fieri poteſt, debet attendi, vt referebamus ſupra è Baſilio. Fuiſſe Chriſtum ſecundum humanam naturam Regem rerum etiam temporalium, patet ex Eſaiæ verbis: *Factus eſt*, inquit, *principatus ſuper humerum eius*, & mox, *multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis*. quare inter multiplex imperium, hoc quoq; rerum temporaliũ, debemus affirmare eſſe Throni Dauidici; & quo vates oſtenderet, hanc regiam dignitatem tranſmiſſam in Eccleſiam, dixit paulò ante, nobis puerum & filium datum, & natum. libet autem cum Paulo argumentari, ſi Deus tradidit filium, quomodo non omnia cum ipſo donauit? cenſeri enim

debet

debet Deus, quibus maiora tribuerit, dediſſe & minora, ſicuti Patres aiunt hunc Pauli locum explicantes, Chryſoſtomus, Theodoretus, Ambroſius, & cæteri; quare ſi ſpiritualium dedit, & ſacerdotij poteſtatem, & temporalium, ſeu regni etiam dedit.

2. Sed accedamus ad alterum argumentum: illud regnum Dauid reſtaurandum aſſeritur ab Eſaia, quod proſtratum iacebat a captiuitate Babylonica, vt docent Procopius, Hieronymus, Euſebius, & alij, quos paulo poſt afferemus; at qui regnum illud, quod ceciderat, & proſtratum iacebat, vt nullus deinceps fuerit Rex è ſemine Dauid erat rerũ temporaliũ, & in terris in viſibili aliqua perſona: ſi itaque reparatum eſt illud regnum a Chriſto, erit conſequenter rerum temporalium in terris in viſibili aliqua perſona loco Chriſti, & hæc erit Vicarius illius Præſul ſupremus in Eccleſia Catholica.

Alter locus Eſaiæ eandem rem oſtendit; nam ibi etiam fit ſermo de Chriſto, & ſupremo eius dominio, vt apparet initio capitis: *Emitte*, ait Vates, *agnum dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion*, & cum aliqua de Moabitis retuliſſet, ſubiungit, fore, vt præparetur in miſericordia ſolium: *Et ſedebit*, inquit, *ſuper eum in veritate in tabernaculo Dauid*: itaque aſſeritur fore, vt Chriſtus agnus dominator terræ præparet ſolium, & reſtituat regnum Dauid. Confirmari poſſunt hæc duo loca ex Patrum interpretatione.

3. PROCOPIVS: *Vt præterea intelligamus venturum eſſe ad Thronum, eiuſque regnum, quod ceciderat, excitandum (euerſum enim ab eo tempore iacebat, quo per Nabuchodonoſor occupatum erat, ſed prædicebant prophetæ ipſum non ſecus, ac ſolem per orbem vniuerſum ſplendorem ſuum emiſſurum) venit ergo ex Dauide ſecundum carnem Chriſtus, vt promiſſa præſtaret*

ret, & hominum animas illuſtraret, & ſuum denique ipſe regnum Orbe vniuerſo potitus, quantumuis a Iudæis interfectus, ſtabiliret.

Et in cap. 16. *Cui autem, niſi Chriſto omnino, qui ex Dauidis ſemine naſciturus erat, præparatum iri putemus? ſolet præterea tabernaculum Dauid Eccleſiam ſignificare prophetia; ſicut & Dauidis nomine ipſum Chriſtum, tamquam Dauidis filium; per Thronum denique in Eccleſia exiſtentem eius Præſidem ſignificat, qui corporeum Thronum occupans, locum veluti Chriſto reſeruat: verum, ne non tabernaculi nomine collectam ex gentibus Eccleſiam intellexiſſe putemus, abunde id primus ille Hieroſolymorum Antiſtes Iacobus in Apoſtolorum* Act. 15. *Actibus docuit, vbi ait: Viri fratres audite me, Simon narrauit, quemadmodum primus Deus viſitauit ſumere ex Gentibus populum nomini ſuo, & huic concordant verba Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt, Reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, et diruta eius reædificabo, & erigã illud, vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes Gentes, ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit* Dominus: *hæc igitur non figuris, & Symbolis, ſed in veritate futura demonſtrat, collecta, enim apud Moabitas Eccleſia, qui eidem præfuerit iuſte iudicans ſedebit, vel certe thronum ideo dicit, vt a Chriſto omnes regendos, & gubernandos ſignificet, iuxta illud: Oportet ipſum regnare, donec ponam inimicos ſuos ſub pedibus ſuis.* Hæc Procopius, qui per thronum Dauid explicat regnum Dauid, quod proſtratum iacebat a tempore Nabuchodonoſor, illud autẽ erat rerum temporaliũ: & dicit in eo intelligi Præſulẽ Eccleſię, qui corporeum thronũ occupet, & veluti Chriſto reſeruet; itaque ex interpretatione Procopij habetur ad Præſules Eccleſiæ ſolium, & thronum Dauid translatum.

HIERONYMVS: *Nec dubitari poterit de multipli-*

tipli-

tiplici Saluatoris imperio, & pacis eius, quæ non habet finem, qui in pſalmo legerit: Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam; & poſſeſſionem tuam terminos terræ; & multitudo pacis, donec auferatur Luna, ideſt vſq; ad conſumationem ſæculi. Principatus autem illius, & imperium erit ſuper ſolium, & regnum Dauid, quod poſt captiuitatem Babylonicā fuerat diſſipatum, vt confirmet illud, & roboret, vt doceat eſſe perpetuum, nec caſſa Dei promiſsio uideatur, ab incarnationis tempore, vſque in ſempiternum. Sic Hieronymus. Et in commentarijs in cap. 16. cum retuliſſet eſſe aliquorum Hebræorum ſententiam, qui referebant ea, quę dicuntur eo cap. ad tempora Ezechiæ regis fugato rege Aſſyriorum, & aliorum, qui ad tempora Antichriſti, & diem iuditij: ſubdit Hieronimus: *Nec vlla dubitatio, quia capitulum hoc de Chriſto vaticinetur, ſed nos in primo aduentu id ipſum intelligere poſſumus, atque in Eccleſiæ tabernaculo demonſtrare, quod in omni tempore Moab Eccleſiarum trophea ſurgentia Chriſti teſtentur imperium.* ita Hieronymus exponens Eſaiam de Eccleſia, & de imperio Chriſti in Eccleſia, cum vero fore ait, vt ſedeat Chriſtus ſuper ſolium Dauid, quod captiuitate Babylonica fuerat diſſipatum, iam etiam rerum terreſtrium debet intelligi, quod magis apparet voluiſſe Hieronymum, cum explicet hoc regnum auctoritate pſal. 2. vbi de terreno domino eſt ſermo. Pſ. 2.

EVSEBIVS lib. 6. Demonſtra. Euangelicæ c. 3. cum dixiſſet a captiuitate Babylonica vſque ad Chriſtum nullum regem fuiſſe e ſemine Dauid talem, deinde docet eſſe Chriſtum: *Qui de ſemine Dauid ortus eſt, in totum orbem terrarum Rex denuntiatus eſt, tāquam ea, quæ de terra, & ruina inſtaurata ſit, ipſa illa ſedes Dauid, per diuinam Saluatoris noſtri regnum erecta eſt, & permanebit in æternum.* Hæc Euſebius referens poſtea

ſteà ex Michæa locum Natalem Chriſti,& Magnorum ad Chriſtum regem aduentum, ex quibus apparet reuera voluiſſe Euſebium per Chriſtum reſtauratum ſolium Dauid, quod a tempore captiuitatis Babylonicę iacebat, fore autem vt illud permaneat ſemper.

RVPERTVS Abbas: *Multiplicabitur* inquit *eius imperium, & pacis non erit finis &c. multiplicabitur inquam eius imperium, vt non Iudæorum tantum, quibus imperauit Dauid, ſed omnium imperator ſit gentium a modo, & vſque in ſempiternum.*

D. Thomas in

D. THOMAS *Duo ponit: primo regni magnitudinem, multiplicabitur eius imperium, Danielis 7. & omnes reges ſeruient, & obedient ei, quantum ad pacis quietem, & pacis eius non erit finis infra 26. ſeruabis pacem, qui in te ſperauerunt ſuper ſolium Dauid: hic deſcribit regni nobilitatem ſuper ſolium* Dauid, *ideſt Eccleſiam, quæ ſignificatur in regno Dauid, Lucæ 2. Dabit ei dominus* Deus *ſedem* Dauid *Patris eius, quantum ad effectum regni, vt confirmet ad reſiſtendum, vt corroboret etiam ad impugnandum, in iuditio, ideſt per iuditium. Hiere. 23. Regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iuditium, & iuſtitiã in terra, quantum ad æternitatem, a modo, ideſt, a tempore incarnationis, & vſque in ſempiternum:* Hæc D. Thomas expreſſe de Chriſto,& Eccleſia explicans.

Theod. in comm. in pſ. 88.

Ad horum expoſitionem accedunt Baſilius in commentarijs in Eſaiam, Theodoretus, & plures alij, & ex noſtri temporis ſcriptoribus Leo Caſtrenſis citans Procopium,& Epiphanium hæreſ. 29. vbi affirmat regnum & ſacerdotium translatum in Eccleſiam, & Epiſcopos per Chriſtum. & hoc ita eſſe confirmari poteſt ex eodem Eſaia, qui infra cap. 60. ita ſe explicat, docet enim ibi, gentes & regna eſſe ſubiecta Eccleſiæ, ita vt niſi illi inſeruiant, pereant, & quomodo eadem Eccleſia lactan-

lactanda ſit mammilla Regum, ſubiungens mox: *Et ponam viſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos iuſtitiã*: Septuaginta, *& dabo Principes tuos in pace, & Epiſcopos tuos in iuſtitia*: cernere hic eſt diuinitus nomen Epiſcopi expreſſiſſe ſeptuaginta; & de Apoſtolis & Epiſcopis hæc verba dicta eſſe affirmant Irenæus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Hieronymus, Procopius, & alij. At illa duo Symbola pacis nimirũ, & iuſtitiæ tanquam peculiaria dicuntur de throno Dauid, non modo ab Eſaia, ſed aliis vatibus, vt videre eſt ex ſupradictis, & pſ. 71. vt hinc conſtet reuera thronum Dauidicum in Eccleſiam, & Epiſcopos eſſe translatum, & per eos in iuſtitia roborari, & de iure illis deberi, qui iuxta ius Euangelij & legis, requirendæ ex præſcripto a ſacerdote diiudicẽt res temporales. quare, vt ex Ambroſio, & aliis retulimus lib. 2. cap. 2. ſoliti erant Epiſcopi ex Apoſtolica inſtitutione res temporales iudicare.

Irenæus lib. 4. contra hæreſ. cap. 44.
Chryſoſtomus in demonſt. quod Chriſtus ſit Deus.
Cyrillus Hieron. & Procop. in commen.

AVCTORITATIBVS HIEREMIAE Regium Dauid Solium penes Eccleſiam eſſe demonſtratur.
Cap. III.

AVctoritates, quas ex Hieremia attulimus, eundem Dauid Thronum apud Eccleſiæ Præſules eſſe demonſtrant; etenim, quæ cap. 23. docet Hieremias, ſi bene conſiderentur, de Chriſto debẽt exponi, & vice ipſius de Apoſtolis, quos Chriſtus vice ſui reliquit in terris. Vt hoc probemus, demonſtrandum prius eſt, quod ex parte ſupra tetigimus, nullũ ex Dauidis familia Regem poſt captiuitatẽ fuiſſe; deinde, quæ dicuntur cap. 23. de Chriſto intelligi, quibus demonſtratis tertio

loco probabimus, apud Eccleſiaſticos regiam eſſe dignitatem.

Primum a nobis propoſitum affirmant Græci,& Latini Patres: ita Procopius, & Euſebius ſupra adducti, ex genere Dauid dicentes nullum extitiſſe Regem ab eo tempore, quo captiuus ductus eſt populus, vſque ad Tiberij Imperatoris, & Chriſti tempora. Baſilius in Epiſtola ad Amphilochium: *Ab initio quidem vſque ad captiuitatem regnabant, qui ex genere Dauid fuerunt; regreſſi autem Salathiel,& Zorobabel populariter præerant principatu iam in Sacerdotium declinante, propter quod commixtæ erant Sacerdotalis, & Regalis tribus; vnde Dominus Rex, & ſacerdos ad Deum, & non defecit quidem Regalis tribus, vſque ad Chriſti aduentum, non tamen ſedit ſuper Thronum Dauid de ſemine Ieconiæ: thronus enim dicitur Regalis dignitas.* & in Pſal.88. *Deſtruxiſti regnum eius,& pacta cum illo inita diſſoluiſti: Chriſtum hic Regem vocat. captiui autem ducti ſunt duo Dauidis poſteri Ieconias, & Sedecias, in illis vero deſiit regnum Dauid; Zorobabel ſiquidem, qui poſt captiuitatem principatum geſſit, populi Dux fuit, non Rex.* Ita Baſilius. Eadem Theodoretus Hierem. 22.& ſuper Pſalmum 88. & ibidem Euthymius, & antiquus Pater Irenæus libro tertio contra hæreſ. cap. trigeſimo. *Ex quo* ait Auguſtinus lib. 18. de ciuitate Dei, *De Babylonica captiuitate reuerſi ſunt, templumque reſtauratum eſt, non Reges, ſed Duces, vel principes habuerunt, nempe Iudæi, quãuis, qui Rex eſt, poſsit dici Princeps a principatu imperandi; & Dux, eo quod ſit ductor exercitus, ſed non continuo quicunque Principes, vel Duces ſunt, Reges dici poſſunt.* Hæc ille.

Idẽ ſentit D.Hierony. in comment. in 22. c.Hiere. & Ambroſius lib.3. in Lucam cap. 3. affirmantes nullum poſt captiuitatem vſque ad Chriſtum de ſtirpe Dauid obtinuiſſe regiam dignitatem.

Accedat ad hos Ioſephus,qui affirmat poſt captiuitatem regimen penes Sacerdotes fuiſſe, Antiquitatum lib.

lib. 11. cap. 4. verba faciens de captiuis Iudæis: *Qui reuerſi fuerant in Iudæam, habitabant in Hieroſolymis, & Optimatũ gubernatione regebantur: nam Sacerdotes tracta-bant eorum negotia*. Idem colligitur ex libro 14.cap. 14. & 26.& lib. 20.cap.18.ita penes ſacerdotes fuiſſe regimẽ loco modo citato ſenſit Ambroſius, & cum eo Hieronymus, citans Ioſeph. in c. 22. Hierem. & id voluiſſe apparet Theodoretum in cap.33. Hierem. nec non Baſilium vbi ſupra, aſſerentem principatum declinaſſe in Sacerdotium; ita etiam Euſebius lib. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 6. *Poſt reditum,* inquit, *ex captiuitate Babylonica Pontifices ſummam rerum adminiſtrarunt vſque ad ad Herodem, ex quo tempore Principes, & Duces ex Iuda, hoc eſt, ex Iudæorum familia, & gente prognati Rempublicam illam regere deſtiterunt*. Hæc Euſebius. Ex his omnibus conſtat, poſt captiuitatem Babylonicam nullum ex ſtirpe Dauidica Regem fuiſſe, & regimen fuiſſe Reipublicæ penes Sacerdotes.

Probare hoc ipſum poſſumus ex diuinis litteris: nam Hieremiæ 22. cap. dicitur, nullum de ſtirpe Ieconiæ futurum vltra Regem: *Nec*, inquit Vates, *erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda*. Et id voluiſſe his verbis Hieremiã exponunt citati ſupra Patres, Baſilius, Theodoretus, Hieronymus, Ambroſius, Irenæus, Rabanus, D. Thomas, & alij.

Iam ad ſecundum, quod a nobis erat propoſitum, illud apparet ex modo dictis: nam ait Vates: *Suſcitabo*, inquit, *Dauid germen iuſtum, & regnabit Rex, & ſapiens erit*. Hic prædicitur aliquis de ſtirpe Dauid futurus Rex. Si ergo nullus de ſtirpe Ieconiæ prædicitur futurus rex, nec Zorobabel fuit Rex, ſed Dux; iam plane conſtat hic ſermonẽ eſſe de Chriſto, ex ſemine quidem Dauid, & Zorobabel, ſed non modo humano concepto, ſed Spiritus ſancti opera. & certe ea, quæ dicun-

tur de hoc Rege, nulli quadrare poſſunt poſt captiuitatem, niſi Chriſto. ſic itaque de Chriſto exponunt Cyrillus, Theodoretus, Hieronymus, Rabanus Maurus, & cæteri.

Vbi infra Cyrill. Theodo. Hiero. & cæteri in comm.

Et ex his tertium, quod dicebamus, colligitur, eſſe Thronum Dauidicum penes Apoſtolos, & ſucceſſores illorum: probatur hoc; nam Hieremias vbi minatus eſt Ieconiæ fore, vt nullus de eius ſemine ſedeat, & generatim paſtoribus omnibus: *Suſcitabo*, ait, *ſuper eos paſtores, & paſcent eos, non formidabunt vltra, et non pauebunt, & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus, ecce dies venient, dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum*, &c. Si generatim de omnibus paſtoribus eſt vaticinium, vtique etiam non Sacerdotes, & Leuitas intelligit Vates, ſicut & Regem etiam Ioachim; itaque ſi loco ipſorum edicit Deus ſe conſtituturum alios, ſcilicet Apoſtolos, iam erit penes illos regimen etiam rerum temporalium. intelligi locum hunc de Apoſtolis conſtat, quia mox loquitur de Chriſto, & ex Patribus, quos paulo poſt afferemus.

Reſpōdetur tacitæ obiectioni.

Decepit forte aliquos, quod decepit Hebræos, quia enim regem Chriſtum putabant inſtar aliorum Regum futurum cum multitudine militum, & exercituum in magna illa externa apparentiæ mundanæ gloria, cum tamen Chriſtus, licet dominium haberet rerum temporalium, abiectus eſſe voluerit: ſic ergo iſti quia Apoſtoli abiectam duxerunt vitam, putant non fuiſſe reges loco Chriſti: non fuerunt Reges eo modo, quo de Chriſto exiſtimabant Hebræi, Reges tamen fuerunt quoad poteſtatem iuditiariam & directionem rerum temporalium, ita vt in omnibus ſubiaceant Reges temporales poteſtati Eccleſiaſticæ, & Apoſtolicæ. idcirco S. Cyrillus lib. 7. in Ioan. cap. 9. *Putarunt Iudæi regnum a Prophetis Chriſto promiſſum ſolummodo temporaneum eſſe*

debere

Digitized by Google

debere, & inſtar aliorum regnorum mundanum, cum apud Hieremiam legerent: & regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet iuditium, & iuſtitiam: & in Pſal. 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius prædicans præceptum eius: cum tamen huiuſmodi regnum non ſit in exteriore potentatu, aut principatu mundi (Nota hæc verba) *armatura exercitus, bellatorum conſcriptione, aut Miniſtrorum ſtipatione, ſed in ſpirituali potius dominatu debet accipi, quo in mentibus fidelium regnat Chriſtus per fidem, & mandatorum obſeruationem: dixit enim Pilato, Regnum meum non eſt de hoc mundo, ſi de hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non eſt hinc. & in Pſalm. de ſe dicit: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuētute mea, denique in Zacharia. Noli timere Siō, ecce Rex tuus venit tibi, manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis, & ipſe pauper. cum igitur ab Angelo ad B. Virginem dicitur, & dabit ei Dominus Deus ſedem David Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, et regni eius non erit finis, regnum ei potius ſpirituale deſignatur, quo expulſo mundi principe in animis fidelium per totum mundi ambitum erat regnaturus: & quemadmodum in pſalmo pater ad filiū dicit: Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, at vero Iudæi velamen habentes ignoratiæ inductum cordibus eorum, carnaliter intelligebant Chriſtum armis & militibus more aliorum Regum debere principari*. ita Cyrillus qui cum dicat putaſſe Iudæos regnum Chriſti ſolummodo temporalium eſſe debere inſtar aliorum Regum, iam conſtat voluiſſe eſſe quoad poteſtatem regiam, ſed quoad externam apparentiam inſtar aliorum Regum non fuiſſe mūdanum, & potius fuiſſe ſpirituale, & in ſpirituali potius dominatu, quod bene docet Cyrillus, & vna cum illo Clemens Romanus in Epiſtola ad Corinthios; verba retulimus ſupra lib. 1. *lib. 1. c. 23.*

Et Dominum, & Regem per hæc verba Hieremiæ Chriſtum prædici affirmat etiam HIERONYMVS: *Abiectis ait paſtoribus Synagogæ, Scribis videlicet & Phari-*

ſtris & ſaluatis reliquiis ex Iſrael, Apoſtoliſque Euangelij in locum priorum Principum conſtitutis, inducitur Paſtor paſtorum, Princeps Principum, & Rex Regum, & Dominus Dominãtium, Chriſtus videlicet, Saluator noſter, qui propriè eſt germen iuſtũ, ſiue Oriens iuſtus, de quo legitur; Orietur in diebus eius iuſtitia, & in alio loco: Ecce vir oriens nomẽ eius & ſubter eum orietur, & ædificabit tẽplum Domino. & poſt pauca, *& faciet iuditium, & iuſtitiam in terra; non enim pater iudicat quemquam, ſed omne iuditium dedit filio: in diebus illis & duæ, & decem tribus Iuda, & Iſrael pariter ſaluabuntur, & de duabus virgis iuxta Ezechielem vna virga fiet.* Vult Hiero. prædici hic Regem Regum, & Dominum Dominantium, igitur & rerum temporalium; quod alijs verbis habet, cum omne iuditium dediſſe filio affirmat, & ita fieri iuditium, vt vna ſit virga, iuxta Ezechiel. id eſt, omnes regantur ſub vnius imperio, vt eſt apud eundem Ezechielem cap. 37.

Cum Hieronymo citantẽ eadem verba apparet ſenſiſſe RABANVM, & pari ratione D. Thomã aſſerentẽ Regnum Chriſti tale eſſe, vt omnes Reges ſeruiant, & obediant ei, qui hunc eundem Hieremiæ locum alias citat translatum regnum affirmans ad Romanum Pontificem; adduximus eius verba ſupra lib. 2.

Sequitur altera auctoritas Hierem. 33. & pari ratione de Regia poteſtate Chriſti debet exponi, quæ coniuncta ſit cum Sacerdotali, vtraque vero translata ſit in Eccleſiam per ſacerdotium Noui teſtamenti ſecundum ordinem Melchiſedech, qui ſimul Rex fuit & ſacerdos. Et primo probatur ex Patrum interpretatione.

1. *In tempore illo*, ait THEODORETVS, *excitabo cornu Dauidi, Orientem iuſtum, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra: iam diximus ſuperius iſta figurate tempore Zorobabelis impleta eſſe, proprie vero Dominum nos docuiſſe veritatem prophetiæ.* & poſt pauca. *Non delebitur Dauidi vir ſedens ſuper ſolium domus Iſrael, quod etiam Patriar-*

cha

cha Iacob prædixit: Non deficiet Princeps de Iuda, & Dux de femoribus eius, donec veniat, qui repoſitus eſt, & ipſe eſt expectatio Gentium. At poſt Zorobabelem non nouimus quẽquam fuiſſe Ducem de Tribu Iuda: reperimus tamen prophetiæ veritatem: nam tribus regiæ & Sacerdotalis facta eſt commixtio; Sacerdotes autem imperauerunt vſque ad Herodem alienigenam, quocirca præſenti prophetia his, quæ de Dauide dicuntur, connectunt ea, quæ pertinent ad ſacerdotes; & de Sacerdotibus inquit, & Leuitis non interibit a facie mea vir offerens holocauſthomata, & adolens ſacrificium, & faciens iudicium omnibus diebus, cuius prophetiæ videmus euentum; donato enim iuxta promiſsionem diuinam Nouo teſtamento, donatum eſt etiam Sacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech, quod qui adepti ſunt, offerunt iugiter ſacrificium rationale. Hactenus Theodoretus.

RABANVS Maurus: *Hoc teſtamentum, quia nemo ad regnum Iudaici populi, vel ad* Sacerdotium *Veteris teſtamenti, & ad cæremonias priſcæ legis aptare poteſt, neceſſe eſt, vt totum ad regnum Chriſti, & ſacerdotium eius & cultum Noui teſtamenti transferatur, de cuius regni potentia diuina vox in Pſalmis ait: Ponam in ſeculum ſeculi ſedem eius, & thronum eius ſicut dies cæli. De ſacerdotio vero ita ſcriptum eſt: Iurauit Dominus, & non pænitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. de quo ad Heli ſacerdotem etiam diuina vox ait: Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciat, & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus ſacerdotij filij, ſunt filij ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, Petro atteſtante, qui ait: Vos autem eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, huius quidem holocauſthomata, & ſacrificia grata Deo offerentur, & victimæ acceptabiles illi fient cunctis diebus.*

D. THOMAS: *& ſuſcitabo, & implebo verbum bonum, quod promiſi de regni reſtauratione Oſeæ 1. & congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & aſcendent de terra, quod impletum eſt in Chriſto, in diebus illis germen iuſtitiæ Chriſtus, qui eſt ipſa iuſtitia, Eſaiæ 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & faciet* D. Thomas in commẽt.

iudi-

iudicium in primo aduentu pro mundo, in ſecundo de mundo & poſt pauca: *Hic ponit reſtaurationem ſacerdotij, & ſicut regnum reſtauratur in ipſo Chriſto, & membris eius, ita & ſacerdotium: ipſe enim ſicut Rex, ita ſacerdos eſt. Pſal. 109. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, & membra ſua Reges, & Sacerdotes fecit Apoc. 5. Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes*. ita D. Thomas. volunt itaq; hi eſſe in Eccleſiam tranſmiſſum per ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech regnum, & ſacerdotium.

2. Verba ipſa Hieremiæ id aperte demonſtrant: qua enim ratione conuenire poſſunt hæc, quæ a Vate dicuntur, illis, qui poſt captiuitatem redierunt, vt, Sicuti enumerari non poſſunt ſtellæ cæli, & metiri arena maris, ſic multiplicabo ait ſemen Dauid, & Leuitas miniſtros meos? numerus eorum, qui redierunt ex captiuitate, refertur 1. Eſdræ cap. 2. his verbis: *Omnis multitudo quaſi vnus quadraginta duo millia trecenti ſexaginta; exceptis ſeruis eorum, & ancillis, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem*. at longe plures reperies egreſſos ex Aegypto, c. 12. Exo. vbi referuntur fuiſſe ſexcenta fere millia peditum virorum, abſque paruulis, & mulieribus: deinde quia decem Tribus Iſrael, quæ ductæ ſunt captiuę, (Hieronymo teſte, Ioſepho, & aliis, vt poſtea dicam) remanſerunt in montibus, & vrbibus Medorum captiuæ, quomodo ergo dicitur: *Iuda ſaluabitur, & Iſrael habitabit confidenter*. Et qua ratione, vt ſtellæ cæli, & arena maris ſemen Dauid multiplicandus refertur? intelligi itaque hæc debent de Chriſtianis Iſraelitis, factis filiis Dei per fidem, & de ſacerdotibus, quibus plenæ prouinciæ, oppida, vici, qui quoad diuinitus datam poteſtatem characteris ſunt regale genus: & hoc modo multiplicatũ eſt ſemen Dauid dignitas ſacerdotalis, & regia per Chriſtum Regem, & Sacerdotem de ſemine Dauid, vt ab ortu Solis vſque ad occaſum in

omni

Digitized by Google

omni loco offeratur oblatio munda, vt vaticinatus eſt Malachias. *Malach.* 1.

2. *Non interibit*, ait Hieremias, *de Dauid vir, qui ſedeat ſuper Thronum domus Iſrael, & de Sacerdotibus non interibit vir a facie mea, qui offerat holocauſtomata cunctis diebus*. Nemo, vt arbitror, negabit hic prædici fore aliquam viſibilem perſonam loco Chriſti, qui ſemper offerat holocauſtomata in terris: at pari modo dicitur fore, vt non intereat de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael, vaticinatur itaque Hieremias reſtaurādam Regiam, & Sacerdotalem dignitatem, eamque fore perpetuam in Eccleſia in viſibili aliqua perſona per Chriſtum: quomodo ergo regiam, & ſacerdotalē dignitatē Eccleſiæ non dedit Chriſtus? aut qui vice eius eſt ſucceſſor Petri, Rex non eſt & Sacerdos?

3. *Super Thronum domus Iſrael:* per Iſrael (vt infrà melius declarabo) Vates hic gentes omnes intelligit, ſeu orbem totum, ſicuti etiam patet ex aliis locis de Throno Dauidico, vbi totius orbis futura illius poſſeſſio prædicitur: quis autem vnquam fuit totius orbis Rex, & Imperator, qui a tempore Chriſti ſederit in regali ſede? nullus ex Ethnicis: nam Romani Imperatores, qui tempore Chriſti, & deinceps late dominati ſunt multas Orbis partes ſuo nō ſubiecerūt imperio: Et etiam ſi loquamur de Chriſtianis Imperatoribus, Rex Catholicus ob orthodoxam fidem, & eximias virtutes ampliſſimas tenet regiones, & Nouum Orbē Deus illi ſubiecit, non tamē multas Aſiæ, Africæ, & Europæ regiones obtinet, omnes tamē prorſus regiones ſuo ſubiecit Chriſtus imperio meritis mortis aquiſitas, accipiēs gentes in hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ.

4. Accedit, quod quas acquiſiuere Romani, induſtria potius humana acquiſiuere, non modo quodam

diuino, & ſupernaturali, quo Dei miſericordia reſtaurandum Dauidis ſolium dicitur, & roborandum in iuſtitia, & iudicio; & in peiora prolapſi ſunt, ſpurciſſima loco numinis venerantes, & regna etiam noſtra, olim Catholica, deſciuere a recta fide, & bonis moribus, & vtinam quotidie non deſciſcerent.

5. Præterea in illis non poteſt explicari, quomodo multiplicatum ſit ſemen Dauid, Dei, & Leui miniſtri eius, quemadmodum ſtellæ cæli, & arena maris, quæ enumerari non poſſunt, quod nos ſatis explicamus per genus electum, & regale ſacerdotium Chriſtianorum adhærentium Petri Cathedræ, qui per characterem diuinitus ſacramento baptiſmatis impreſſum, & habitum infuſum fidei, filij Dei nominantur, & ſunt mēbra Chriſti Regis, & Sacerdotis; magis vero proprie per Sacerdotes, qui per ſacramentum Ordinis, & poteſtatem charactheris, iuxta ordinem Melchiſedech ſunt regale ſacerdotium, offerentes Chriſtum filium Dauid vbique gentium, & locorum, adeo vt multiplicentur quidem quotidie toto orbe, tot ſacræ hoſtiæ, ſeu ſpecies, & offerantur, & aſſumantur a tot fidelibus, & ſic multiplicetur ſemen Dauid per diuerſas ſpecies, & multitudinem eorum, qui aſſumunt; ſit tamen vnus vir filius Dauid Chriſtus in illis & licet ſint tot Sacerdotes in maxima multitudine, ſit tamen vnus vir loco Chriſti ſupremus viſibilem tenens locum in terris Chriſti, qui è tribu ortus eſt Regia Dauid, & Leuitica Sacerdotali; quare alter ex Euangeliſtis Matthæus genealogiam Chriſti per Reges, alter per Sacerdotes expreſſit, quo Chriſtum Regem, & Sacerdotem ortū ducentem ex his tribubus exprimerent, quod adnotarunt communi conſenſu Patres, vt paulo poſt dicam, & ſic verum ſit, quod ait Hieremias: *Non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper Thronum domus Iſrael, & de ſacerdotibus, & Leuitis*

Digitized by Google

uitis, non interibit vir a facie mea, qui offerat holocau ſtomata, & incendat ſacrificium, & cedat victimas cun ctis diebus, ſcilicet ſemper a tempore Chriſti Regis, & Sacerdotis ſupremi, vnus ſit, qui vice Chriſti ſuprema poteſtate fungatur in terris Pontifex Romanus ſupremus Rex, & ſupremus Sacerdos.

AVCTORITATES SVPRA CITATAE Ezechielis, & Amos de Throno David exponuntur. Cap. IV.

AVCTORITATES Ezechielis commodius infra explicabuntur; interim autem vnam afferam rationem ab vnitate ſolij, ſeu regni deductam. Ea, quæ dicuntur ab Ezechiele de Dauidis ſolio, & regno, dicuntur veluti de vno ſolio per vnum paſtorem regendo, & adminiſtrando; atqui hæc non poſſunt exponi, niſi de Romano Pontifice; eſt itaque penes ipſum Regni Dauidici in terris adminiſtratio, & ſuprema poteſtas. Quod ita ſit, hoc pacto probatur: Suppono Chriſtũ per Miniſtros viſibiles adminiſtrare thronum Dauidicum; ſicuti enim viſibilis eſt Eccleſia (vt antea dicebamus) ita per viſibiles Miniſtros adminiſtrari conuenit: ſic enim decet, vt quando homo corporatus eſt, & viſibilis, ſic per viſibilem Miniſtrum regatur; & ſicuti per viſibiles minores Chriſtus voluit adminiſtrari Eccleſiam in rebus ſpiritualibus, ita in temporalibus adminiſtraretur. hoc ſuppoſito Ezechiel vaticinatur de ſolio Dauid, quaſi de vno ſolio, & vno paſtore in omnibus, in quibus omnibus comprehenditur Chriſtus Dauidis nomine dictus, vel

intelligitur ergo Ezechiel de poteſtatibus ſæcularibus, etiam Chriſtianis; vel de ſacris, veluti ſunt Epiſcopi in diuerſis locis; vel de Pontifice Romano ſupremo Epiſcopo; hæc enim videtur ſufficiens diuiſio: non de ſecularibus poteſtatibus Chriſtianis; nec enim illis quadrant verba Ezechielis, quamuis enim Reges Chriſtiani, vnum ſolium poſſint dici, quia gerunt vicem vnius Chriſti, tamen vnuſquiſque ſuam habet iuriſdictionem diſtinctam ab altero, nec vnus in alterum exercet, vel habet poteſtatẽ; itaque diſtincta viſibilia regna, diſtinctæ iuriſdictiones, per diſtinctos viſibiles Miniſtros: tum quia etiã hoc verificatur de Ethnicis Regibus, vel Imperatoribus, quos Apoſtolus Paulus Miniſtros Dei in bonum appellat, vt qui eis reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtat, & tamen nemo dixerit, omnes has poteſtates eſſe vnum regnum, vnum paſtorem, ſeu Regem Dauid nomine comprehenſum.

Rom. 13.

Quod vero nec de Epiſcopis etiam explicari poſſit, ſic apparet: quamuis enim Epiſcopi magis gerant Chriſti vices, veluti mediatores Dei, & hominum, & magis reſpiciant vnum finem, propter vltimum finem, qui maxime vnus eſt, cum ad illum reducantur omnia; non poſſunt tamen dici vnus Epiſcopus, nec vna gubernatio, & iuriſdictio, cum vnus in alterum non habeat poteſtatem. reſtat ergo a ſufficienti diuiſione, vt intelligamus Ezechielem de vno ſupremo paſtore, qui ſubiectos habeat omnes; & hic eſt Petrus, & eius Succeſſores. ea ergo, quæ dicuntur de ſolio Dauid, quamuis cõueniant Epiſcopis ſuo modo tanquam in partem ſolicitudinis aſſumpti, proprie tamen ſupremo Paſtori Petro, Chriſti Vicario, & Romano Pontifici eius Succeſſori.

Vaticinij Amos variæ videntur eſſe expoſitiones

breuiter

breuiter, quæ ſint referam, & quo pacto vna ab altera non diſcrepat, aperiam, noſtram colligens de regia dignitate Eccleſiaſtica ſententiam.

Prima expoſitio eſt Cyrilli aſſerentis hic per tabernaculum Dauid, carnem Chriſti intelligi, quæ ad immortalitatem excitata eſt: *Prophetica voce*, inquit lib. 4. in Ioannem cap. 35. *ſic dicitur: Et erigam tabernaculum* Dauid, *quod cecidit; tabernaculum enim caroque Chriſti à ſanguine* Dauid *ſumpta, prima ad immortalitatem virtute Dei Patris excitata eſt.* Ad eandē expoſitionem accedit Theodoretus in commentariis in Amos Prophetam, & lib. 10. de oraculis, Epiphanius hæreſi 64. contra Origen. Oecumenius, & Theophilactus in commentariis in Acta Apoſtolorum, Hilarius in Pſal. 51. Ruffinus in hunc locum, & plurium eſt Hebræorum ſententia explicantium per tabernaculum Dauid Chriſti corpus, quod morte ceciderat, & ad vitam rediit; vt videre eſt apud Galatinum lib. 8. de Arcanis Catholicæ veritatis, cap. 22. nec recedit ab hac expoſitione Chryſoſtomus homilia 10. in Ioannem; qui licet expreſſe de reſurrectione non interpretetur, attamen de natura noſtra, quæ in Adam ceciderat, quæ reſtituta eſt aſſumpta à filio Dei ſuper Angelos, Archangelos, Principatus, & Poteſtates conſtituta in regio throno, ita vt eius dignitatem, nec homo, vel Angelus queat explicare.

Secunda expoſitio eorum eſt, qui intelligunt de captiuis, qui poſt captiuitatem Babylonicā reuerſi ſunt reſtituti in Regnum, ita Ruffinus, a qua nec Chryſoſtomus videtur abeſſe, dum ait homilia 33. in Acta Apoſtolorum explicans Iacobum Apoſtolum, qui citauit locum Amos: *Et quam,* ait Chryſoſtomus, *dicit ſolutionem eam, quæ eſt poſt Babylonem.*

Tertia expoſitio eſt Procopij, vt vidimus ſupra; qui

vna

intelligitur ergo Ezechiel de poteſtatibus ſæcularibus, etiam Chriſtianis; vel de ſacris, veluti ſunt Epiſcopi in diuerſis locis; vel de Pontifice Romano ſupremo Epiſcopo; hæc enim videtur ſufficiens diuiſio: non de ſecularibus poteſtatibus Chriſtianis; nec enim illis quadrant verba Ezechielis, quamuis enim Reges Chriſtiani, vnum ſolium poſſint dici, quia gerunt vicem vnius Chriſti, tamen vnuſquiſque ſuam habet iuriſdictionem diſtinctam ab altero, nec vnus in alterum exercet, vel habet poteſtatē; itaque diſtincta viſibilia regna, diſtinctæ iuriſdictiones, per diſtinctos viſibiles Miniſtros: tum quia etiã hoc verificatur de Ethnicis Regibus, vel Imperatoribus, quos Apoſtolus
Rom. 13. Paulus Miniſtros Dei in bonum appellat, vt qui eis reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtat, & tamen nemo dixerit, omnes has poteſtates eſſe vnum regnum, vnum paſtorem, ſeu Regem Dauid nomine comprehenſum.

Quod vero nec de Epiſcopis etiam explicari poſſit, ſic apparet: quamuis enim Epiſcopi magis gerant Chriſti vices, veluti mediatores Dei, & hominum, & magis reſpiciant vnum finem, propter vltimum finem, qui maxime vnus eſt, cum ad illum reducantur omnia; non poſſunt tamen dici vnus Epiſcopus, nec vna gubernatio, & iuriſdictio, cum vnus in alterum non habeat poteſtatem. reſtat ergo a ſufficienti diuiſione, vt intelligamus Ezechielem de vno ſupremo paſtore, qui ſubiectos habeat omnes; & hic eſt Petrus, & eius Succeſſores. ea ergo, quæ dicuntur de ſolio Dauid, quamuis cõueniant Epiſcopis ſuo modo tanquam in partem ſolicitudinis aſſumpti, proprie tamen ſupremo Paſtori Petro, Chriſti Vicario, & Romano Pontifici eius Succeſſori.

Vaticinij Amos variæ videntur eſſe expoſitiones

breuiter

Digitized by Google

breuiter, quæ ſint referam, & quo pacto vna ab altera non diſcrepat, aperiam, noſtram colligens de regia dignitate Eccleſiaſtica ſententiam.

Prima expoſitio eſt Cyrilli aſſerentis hic per tabernaculum Dauid, carnem Chriſti intelligi, quæ ad immortalitatem excitata eſt: *Prophetica voce*, inquit lib. 4. in Ioannem cap. 35. *ſic dicitur: Et erigam tabernaculum* Dauid, *quod cecidit; tabernaculum enim caroque Chriſti a ſanguine* Dauid *ſumpta, prima ad immortalitatem virtute Dei Patris excitata eſt.* Ad eandē expoſitionem accedit Theodoretus in commentariis in Amos Prophetam, & lib. 10. de oraculis, Epiphanius hæreſi 64. contra Origen. Oecumenius, & Theophilactus in commentariis in Acta Apoſtolorum, Hilarius in Pſal. 51. Ruffinus in hunc locum, & plurium eſt Hebræorum ſententia explicantium per tabernaculum Dauid Chriſti corpus, quod morte ceciderat, & ad vitam rediit; vt videre eſt apud Galatinum lib. 8. de Arcanis Catholicæ veritatis, cap. 22. nec recedit ab hac expoſitione Chryſoſtomus homilia 10. in Ioannem; qui licet expreſſe de reſurrectione non interpretetur; attamen de natura noſtra, quæ in Adam ceciderat, quæ reſtituta eſt aſſumpta a filio Dei ſuper Angelos, Archangelos, Principatus, & Poteſtates conſtituta in regio throno, ita vt eius dignitatem, nec homo, vel Angelus queat explicare.

Secunda expoſitio eorum eſt, qui intelligunt de captiuis, qui poſt captiuitatem Babylonicā reuerſi ſunt reſtituti in Regnum, ita Ruffinus, a qua nec Chryſoſtomus videtur abeſſe; dum ait homilia 33. in Acta Apoſtolorum explicans Iacobum Apoſtolum, qui citauit locum Amos: *Et quam*, ait Chryſoſtomus, *dicit ſolutionem eam, quæ eſt poſt Babylonem.*

Tertia expoſitio eſt Procopij; vt vidimus ſupra, qui

vna cum Iacobo Apoſtolo citante in Actis Apoſtolicis verba Amos de Eccleſia interpretatur, eiusque Præſule thronum viſibilem loco Chriſti occupante: de Eccleſia etiam interpretatur S. Hieronymus, S. Ambroſius, Rupertus Abbas, & Remigius in hunc locum, S. Proſper de vocatione Gentium lib. 2. cap. 18. D. Thomas, Lyranus, Carthuſianus, Caietanus, & eruditiſſimi noſtri temporis diuinæ Scripturæ Interpretes, Benedictus Arrias, & Ribera, & alij: & hanc litteralem, & germanā eſſe interpretationē apparet ex regula, quam ſæpe retulimus ex D. Auguſtino, qua docet, optimam eam eſſe interpretationem, qua vnus locus obſcurus diuinæ Scripturę per alium clariorem exponitur. Conſtat in Actis Apoſtolicis cap. 15. D. Iacobum hanc attuliſſe interpretationem, vbi hæc leguntur: *Reſpondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me: Simon narrauit, quemadmodum primum Deus viſitauit ſumere ex gentibus populum nomini ſuo: & huic concordant verba prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: Poſt hæc reuertar, & reædificabo, tabernaculū Dauid, quod cecidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud, vt requirant cæteri hominum Dominum, et omnes gentes, ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit Dominus, faciens hæc. notum a ſeculo eſt Domino opus ſuum, propter quod ego iudico, non inquietari eos, qui ex gentibus conuertuntur ad Deum.* Ita Iacobus. quem nemo non videt citare locū Amos, & de gētibus explicare, de quibus loquutus erat & Petrus, quare (vt ait Hiero.) nō opus eſt aliam quærere interpretationē.

Ambr. lib. 2. de vocat. gent. c. 7.

Iam vero intelligi etiam regnum Dauid, quoad dominium rerum temporalium, & directionem (nam quo ad externam illam apparentiam, armorum nimirum, ſtrepitum, hominumque ſtrages, quomodo expectabant Iudæi Chriſti regnum, non loquimur, cum in hac re decepti ſunt Iudæi, vt adnotabamus ſupra ex Cyril-

lo,

lo, & hic aduertit Hieronymus) per hæc verba Amos, quod regnum amplificatum ſit, & dilatatum quoad hoc dominium per orbem totũ, & roboratum per Chriſti fidem, & religionem, conſtat multis. Meminiſſe primo oportet decem tribus a Dauid regno fuiſſe diuiſas, quæ diuiſio non ſolum fuit quoad regnum temporalium rerum, ſed etiam quo ad religionem. de hac diuiſione his verbis fit ſermo libro quarto Regum cap. 17. *Proiecitque Dominus omne ſemen Iſrael, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec proÿceret eos a facie ſua, ex eo iam tempore, quo ſciſſus eſt Iſrael a domo* Dauid, *& conſtituerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabat; ſeparauerat enim Hieroboam Iſrael a* Domino, *& peccare eos fecit peccatum magnum, & ambulauerunt filÿ Iſrael in vniuerſis peccatis Ieroboam, quæ fecerat, & non receſſerunt ab eis vſquequo Dominus auferret Iſrael a facie ſua; ſicut loquutus fuerat in manu omnium ſeruorum ſuorum prophetarum, translatuſque eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios vſque in diem hanc*: hæc ibi. Peccatum vero Hieroboam refertur 3. Regum cap. 12. quomodo duos vitulos erexerit, quos adorarent filij Iſrael, idque egit eo conſilio (inquit diuina ſcriptura) ne aſcenderent populi Hieruſalem in templũ, & reuerterentur ad domum Dauid, regnum tribuum, quæ a Roboam filio Salomonis deſciuerat, & hoc primum quod adnotandum eſt.

Secundo adnotandum. Tribus Iſrael ſæpe dici in diuinis litteris pro omnibus gentibus; quemadmodum enim totius regni Hebræorum gens ex Aegypto educta, & ſeruitute Pharaonis liberata, illis tribubus erat collecta, ita gentes omnes per duodecim Apoſtolos ad Eccleſiam collectæ denotantur: ita in typo dictum a Chriſto: *Sedebitis ſupra ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael.* an Apoſtoli iudicaturi ſint ſolum duodecim *Matth. 19.*

tribus

tribus Iſrael, ſeu Hebræos, certe mundum iudicaturos eſſe, & Angelos, docet Paulus 1. ad Cor. c. 6.

Ex his deducitur ratio, Regnum Dauidicum prædicitur reſtaurandum, quod ceciderat: atqui ceciderat, & quoad temporalia diuiſum a familia, & regno Dauid per decem tribus 3. Regum c. 11. & 12. diuiſum etiam erat quoad Religionem a veri Dei cultu, & a veris ſacerdotibus Leuitici generis, ex qua tribu ſolum Sacerdotes debere eſſe iuſſerat Deus, & pro illis conſtituti erant Sacerdotes, qui non erant de tribu Leui; 3. Reg. 12. itaque ſi verum eſt vaticinium, reſtaurandũ erat in Chriſto in veri Dei cultu, quo ad verã religionẽ, & quoad dominium omnium gentium, vt ipſe Chriſtus omnium gentium in omnibus dominium haberet.

Non ſatis fuit Amos dicere: *Suſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit*: ſed adiungit, *& reædificabo aperturas murorum eius*. Neque his contentus addit: *Et ea quæ corruerant, inſtaurabo*: quę omnia ideo toties inculcantur, vt appareat Vatem velle prædicere fore, vt reſtauretur quoad omnem partẽ, & quo ad verum cultum, & ſpiritualia: & quoad regnum, & temporalia: quare *Reædificabo*, inquit, quaſi concludens, *ſicut in diebus antiquis*: atqui erant a principio omnes tribus ſubiectæ Dauid. & ne putares ſolum anguſtis terminis Iudææ, & Palæſtinæ concluſum Chriſti regnum: *Vt poſſideat*, ait, *reliquias Idumææ, & omnes nationes, eo quod inuocatum ſit nomen meum ſuper eos*. Hiſce enim verbis prædicitur totius orbis Chriſti futura poſſeſſio, & omnium gentium, quæ typo quodam, vt dixi, denotabantur duodecim tribubus. hunc ſenſum expreſſit Chaldaica paraphraſis, quæ ita vertit: *Tempore illo ſuſcitabo regnum domus Dauid, quod collapſum fuerat, & condam propugnacula eorum, & rupturas eorum reparabo, dominabiturque in omnia regna, confringet,*

get, & deperdet copioſas eorum legiones, ipſum vero ædificabitur, fundabiturque ſicut diebus ſeculi, vt poſſideant reliquias Idum, eorum; & omnes populos domus Iſrael, ſuper quos inuocatum eſt nomen meum, ait Dominus. Cum dicat Chaldaica paraphraſis, dominabiturque in omnia regna, certe hæc debent intelligi, etiam quo ad regna temporalia, nec poſſunt aptari ſub Zorobabel poſt captiuitatem, cum nihil tale geſtum ſit, & propterea ſub Chriſto, qui meritis ſuæ mortis rerum omnium ſupremum acquiſiuit dominium.

2. Id voluiſſe etiam Iacobum Apoſtolum, ex eo cōſtat, quia vtebatur inſigni regio, quo oſtenderet non modo ſacerdotalem per Chriſtum, ſed regiam etiam dignitatem in Apoſtolos eſſe deriuatam, vt habetur ex Epiphanio hęreſi 29. quo etiam regio inſigni vſum eſſe eius fratrem Ioannem conſtat. id etiam voluiſſe Petrum, quem citat Iacobus, apparet: nam de ſede Dauid ſermonem habens Act. 2. ait Chriſtum exaltatum, & ad dexteram Dei collocatum, factumque Dominum, quod intelligit ſecundum humanam naturam, vt infra dicam.

Hoc ipſum præterea habetur ex alijs verbis Amos, quæ poſt reſtaurationem regni Dauidici ſequuntur: *Ecce dies venient dicit Dominus, & comprehendet arator meſſorem, & calcator vuæ mittentem ſemen.* Hiſce enim, & ſequentibus verbis pollicetur Deus rerum non modo ſpiritualium, ſed temporalium abundantiam; quod ita eſſe conſtat etiam ex cap. 60. Eſaiæ, vbi Eſaias fore ſubiecta omnia regna Eccleſiæ prædixit, & temporalium, etiam abundantiam, quæ licet quo ad luxum, & quandam apparentem ſecularem potius gloriam, non intelligamus, certe quoad rerum temporalium ſubiectionem debemus intelligere, ita vt iure ſint regna, & Reges ſubiecti, & ſeruire debeant,

Hhhh quo

(quo vtar verbis Hiero. in eum Eſaiæ locum:) *Bonam & vtilem ſeruitutem, vt transferantur in dignitatem Apoſtolicam, alioquin enim peribunt ea perditione, qua impij damnabuntur.* Quare de temporalium bonorum abundantia, verba Amos explicat Theodoretus, & alij; & Hieronymus ſolum negat ſtatum illum ſecularem in multitudine militum, equitum, & exercitus, quo modo expectabant Iudæi Chriſtum; quem nos etiam excludimus, vt adnotauimus initio operis, & fine 3. lib. ex Gelaſio.

Ex quibus omnibus conſtat, quid dicendum de aliis expoſitionibus, quæ nihil obſtant: etenim ſecunda expoſitio vera eſt, vt typo hæc præceſſerint poſt captiuitatem, attamen ea non ſunt completa, niſi ex parte; omni enim ex parte completa ſunt in Chriſto. liquet quia Tribus Iſrael vſque in præſentem diem referuntur captiuæ 4. Regum loco citato; tum quia nullum poſt captiuitatem regnum fuit in familia Dauid, nec omnes nationes fuerunt illi ſubiectæ, quod prædicitur ab Amos.

Prima expoſitio vera eſt: Chriſtus enim meritis mortis reparauit noſtram naturam, & gloriam ſui corporis acquiſiuit ſibi, & nomen, & notitiam externam; gloriam vero animæ, licet non acquiſiuerit (cũ anima Chriſti ab inſtanti conceptionis diuina frueretur viſione) acquiſiuit nobis, ſicuti & corporis, & ſempiternorum bonorum æternam felicitatem. ſed illud etiam verum eſt, acquiſiuiſſe Eccleſiam ſuo ſanguine, & rerum omnium dominium; & hanc Eccleſiam gubernandam Petro dedit, & conſequenter regni, & ſacerdotij, quibus conſtat Eccleſia; & hoc dicendum eſſe, manifeſtum eſt ex ſupradictis, cum fore dicat Amos; vt reſtauret regnum Dauid, & poſſideat omnes nationes, quod conuenit cum altero vaticinio Pſal. 2. *Dabo*, inquit Deus,

gentes

gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ: quibus ſignificatur rerum omnium etiam terreſtrium dominium, communi conſenſu Græcorum, & Latinorum Patrum, vt dicemus, cum de dominio Chriſti agemus.

AVCTORITATES EX PSALMIS de Regia Dauidis Sede adducta explicantur. Cap. V.

Vaticinium ex Pſalm. 88. conuenire poteſt ex parte Salomoni, tãquam in quodam typo Chriſti: at reuera, vt Patres adnotarunt, omni ex parte ſoli Chriſto: quædam enim in illo dicuntur, quæ non poſſunt Salomoni conuenire, vt verba illa: *Ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli*. Itemque: *Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis*. Quare Euſebius ad Chriſtum retulit, cuius verba ſupra retulimus: Theodoretus, Cyrillus Hieroſolymitanus, Athanaſius, Baſilius, Euthymius, ex Latinis Eucherius, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Arnobius, & cæteri.

Euſeb. loco ſup. cit. cap.
Theodor. in comment.
Cyril. cath. 12.
Athanaſ. hom. de incar.
Baſi. in ſcholijs, & Euthym. in comment.
Euch. in li. 3. Reg. c. 8.
Ambr. lib. 3. in Lucã c. 3.
Aug. et Hiero in com.
Arnob.

Sed ad rem noſtram, pollicetur Deus futurum Dauidis regnum perpetuum, ita vt nunquam deficiat; ne itaque caſſa ſit, & irrita Dei promiſſio, debemus neceſſario aſſerere, eſſe penes aliquẽ in terris relictum iſtud Chriſti regnum, per quem adminiſtretur: at hic non poſſunt alij adduci, niſi Apoſtoli, & ſucceſſores Apoſtolorum Epiſcopi, ſeu Petrus ſupremus Chriſti Vicarius: eſt itaq; penes Petri ſucceſſores regia Dauidis ſedes: oſtendamus hæc omnia ſingillatim: quia vero pan-

ticularis quædam difficultas videtur de ſede temporali, & viſibili in terris, eas adhibebimus probationes, quæ id ſpeciatim oſtendant.

Quod itaque futura ſit perpetua ſedes, eaque etiam rerum temporalium conſtat ex Patribus. Theodoretus in commentariis in hunc locum: *Neque*, inquit, *Dauidis tempeſtate, nec celeberrimi Salomonis finem hæc ſortita ſunt, quandoquidem neque Salomon, neque Dauid mari potitus eſt, neque primogenitus Dei nominatus eſt; neque Regum omnium poteſtatem accepit; ſic enim Aquila interpretatus eſt, ſublimem* Regibus *terræ, & Symmachus longe ſupremum Regum terræ dixit: ſi autem hæc verba nec* Dauidi, *nec Salomoni accommodata ſunt, & uera* Dei *promiſſio eſt, hallucinantur Iudæi nolentes eum, qui ſecundum carnem ex Dauide ortus eſt, colere.* & poſt pauca: *Oſtendant igitur Iudæi regium* Dauidis *ſolium, & vſque in hodiernum diem permanens, quod in æternum Deus ſe cuſtoditurum promiſit, demonſtrent autem illius ſemen regno præditum.* Hæc Theodoretus.

Baſilius in ſchol. Hierony. in comment. Eadem fere Baſilius, & Hieronymus, excelſum præ cunctis factum Chriſtum, quippe aſcendens in cælum, regna cuncta mundi ſubiecerit; cæteri vero Hilarius, Euſebius, Ambroſius, Arnobius, vel non negant, vel tantum negant quoad ſecularem honorem, quod ſupra dicebamus ex Cyrillo, & quo ad modum humanum, qua ratione nō eſt ex ſemine Dauid conceptus; eſt enim non humano modo, ſed diuino: nam Spiritus ſancti opera vnctus accepit omnium poteſtatem, non electione humana, & ex humanis cauſis, vt inter cæteros adnotaſſe videntur Epiphanius, & Ambroſius: cæterum non negant rerum temporalium nō habuiſſe dominiū: nam aperte hi omnes Patres Chriſto ſecundum humanam naturam rerum omnium etiam terreſtriū tribuunt domi-

dominiũ, vt pluribus adductis eorum verbis oſtendam libro de Dominio Chriſti;& Epiphanius ad Pontifices, & Præſules Eccleſiæ regnum Dauid, & Sacerdotium translatum affirmat.

Sed quid Patribus opus eſt rem probare,quãdo ipſa verba Pſalmi id oſtendunt: *Ponam in mari manum,eius & in fluminibus dexteram eius; & ego primogenitũ ponam illum excelſum præ Regibus terræ.* ſi fore dicitur vt Chriſti manus,ſeu potentia ſit in mari,& in fluminibus, vtique rerum etiam terreſtrium accepit Chriſtus dominium;ſi excelſus præ regibus terræ poſitus eſt, ergo in temporalibus; Reges enim terræ temporales ſunt, futura vero iſta ſedes perpetua vna cum Rege Chriſto habetur verbis illis: *Vſque in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generatione,& generationem ſedem tuam.* Hebraica lectio: *Vſque in æternum ſtabiliam ſemen tuum, & ædificabo in generatione, & generationem thronum tuum ſemper.* Chaldaica paraphraſis: *Vſque in æternum firmabo filios tuos, & ædificabo in generatione, & generationem ſedem regni tui.* Eodem modo Syriaca translatio. Idem probant ea verba: *Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli:* atqui dies cæli erunt, quouſque erit tempus, & motus cæli. & poſt pauca: *Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit, & thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis.* Tribus itaque vicibus eſt iterata promiſſio; quomodo Petro tribus vicibus iterata ſuprema Eccleſiæ gubernatio, vt certa res redderetur, & in omnibus oſtenderetur throni Dauidici futura poſſeſſio, ſeu in ſpiritualibus, ſeu temporalibus; miſericordia tamen Dei,& eius præparatione cæleſti,vt intelligamus nõ humana opera, ſed diuina factum eſſe (vt dicebamus ſupra) vt Rex,

& Re-

& Regnum ſtabiliretur, & ſacerdotium Eccleſiæ. hæc cum clara ſint, probemus debere intelligi verba hęc de throno viſibili in terris.

Primo itaque conſtat verba huius Pſalmi intelligenda de dominio Chriſti etiam in temporalibus, ita vt ſignificetur Chriſtus Rex, non quidem temporalis, vt deficiat Chriſtus Rex, quomodo aliqui decepti ſunt, rerum tamen temporalium, & regnum etiam ſpiritualium: at enim quid eſt, quod Chriſtus reliquerit per viſibiles Miniſtros ſacerdotium Eccleſiæ adminiſtrandum & non regnum, ex eo tempore, quo ipſe in cælos aſcendit?

Euſeb. Baſilius. Theodor. locis ſupra citatis.

Deinde Dauid in hoc pſal. voce quaſi querimoniæ (vt adnotabat Euſebius, & ſimilia habent etiam Baſilius, Theodoretus, & alii) conuertens orationem ad Deum, ait: *Auertiſti teſtamentum ſerui tui, prophanaſti in terra ſanctuarium eius*. id eſt, diadema, vt habet Chaldæus interpres: & poſt plura quaſi quærimoniæ verba: *Sedem eius in terra colliſiſti*. expectabat itaque Dauid, quod ſcelere præuidebat Regum Iudæ fore, vt captiuitate Babylonica eſſet caſurum regnum, reſtauraretur per Chriſtum: at eſto, quod appeteret etiam cæleſtia, certe non eſt negandum vllo modo debere intelligi etiam de regno viſibili in terris, quod a Dauide tranſmiſſum erat ad filios poſteros vſque ad captiuitatem Babylonicam, cum verba ſint de excidio regni, ſcelere impiorum euerſo; cum proponat promiſſionem diuinam, quæ erat fore, vt ad poſteros tranſiret regnum, & ſtabiliretur in æternum per Chriſtum.

Tertio probatur; Chriſtus ſecundum humanam naturam originem duxit a tribu Leuitica, & a tribu regia, ideo alter Euangeliſtarum genealogiam Chriſti texuit per Dauid, Salomonem, & alios Reges, alter vero per Nathan, & cæteros, quo videlicet vtraque

Chriſti

Chriſti ſecundum humanam naturam denotaretur dignitas Regia,& Sacerdotalis.

Matthæus, inquit Hilarius, *paternam originem, quæ ex Iuda proficiſcitur, recenſet, Lucas vero acceptum per Nathan ex tribu Leui genus edocet; & ſuis vterque partibus Domino Noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt æternus Rex; & ſacerdos, in carnali ortu vtriuſque generis gloriam probauerunt.* *Hilar. in commen. in Matth.*

Auguſtinus de conſenſu Euangeliſtarum: *Cum ergo* inquit, *Matthæus circa Regis, Lucas circa Sacerdotis perſonam gereret intentionem, vtrique humanitatem Chriſti maxime commendarunt; ſecundum hominem quippe Chriſtus Rex, & ſacerdos effectus eſt.* *Auguſtin.*

Ambroſius: *Quod per Salomonem Matthæus generationem deriuandam putauit, Lucas vero per Nathan, alter Regiam, alter Sacerdotalem Chriſti familiam videtur oſtendere, quod non ita accipere debemus, quod alterum altero verius, ſed alter alteri pari fide, & veritate concordat: fuit enim vere, & ſecundum carnem regalis, & ſacerdotalis familiæ, Rex ex Regibus, Sacerdos ex Sacerdotibus.* ita Ambroſius. & cum his Patribus idem docent *Ambroſ. in commen. in Lucam.*

Baſilius in epiſt. ad Amphilochium, Theodoretus Quæſt. in Exodum, Bernardus epiſt. 40. ad Conradum, Gregorius Magnus, Beda, & alij: quod S. Gregorius Nazianzenus carmine de Chriſti genealogia, ſic cecinit. *Baſil. Theodor. Berna. Greg. hom. 10. in Euā. Beda in cōmē. in Mat.*

Ex Dauide Nathan fluxit, Salomonque parente,
Quorum alter veluti magnum de flumine riuum,
Sic traxit regale genus, ſceptrumque ſuperbum
A Patre ſacrificium duxit genus alter eodem.
At Chriſtus ſimul & Princeps erat, atq; Sacerdos.

ita Nazianzenus.

Ex

Digitized by Google

Ex his facio argumẽtum: Tamquam ſpeciale priuilegium familiæ Dauid Deus pollicetur hoc Pſalmo tribus vicibus, vt vidimus, perpetuam regni ſedem, ſicuti per Dauid, & Reges Matthęus expreſſit regiam Chriſti dignitatem, tanquam peculiari, nomine factam ad Dauid, vt adnotarunt bene nonnulli: Sed ſi intelligamus, non de ſede rerum temporalium, ſeu regia diſtincta a ſacerdotali, ſed potius de ſacra circa res ſpirituales, iam nihil præ cæteris peculiare Dauidi videtur Deus pollicitus; igitur debet promiſſio Dei intelligi de regia viſibili in terris poteſtate, quæ exerceatur loco Chriſti gratia honoris illius, & gloriæ. Quod ita ſit, ſic apparet: etenim etiam Chriſtus eſt ſemen ſacerdotum, ab illis, vt vidimus, trahens originem; nam virgo Beatiſſima Maria, ex cuius puriſſimis ſanguinibus formatus eſt opera Spiritus ſancti, Chriſtus fuit è tribu Leuitica ex materno genere: (nã ex maſculino fuit è tribu Iuda, & familia Dauid) aliquo modo deſcendens, vt ex citatis modo Patribus videtur poſſe colligi, & docet expreſſe Vgo Abbas S. Victoris quæſt. 71. in Epiſt. ad Hebræos, quare multo magis ſpectabit, & pertinebit ad Sacerdotes huiuſmodi promiſſio.

Confirmatur hoc: Quia ſacerdotium verſatur circa diuinum cultum, ſeu ſpiritualia, quare ſi dicitur reſtaurata Dauid ſedes per res ſpirituales, & cæleſtes, ſolummodo quia (vt dicunt aliqui) erat typus Dauid, ſedes ſolum quoad ſpiritualia: iam promiſſio illa magis pertinet ad ſacerdotes; erant enim magis typus eorum, quæ gerebãtur a Sacerdotibus Antiquæ Legis rerum ſpiritualiũ, quę futura erant in Noua lege, tanquam ad ſuum finem ordinata, quam regnum Dauid; & tanto magis, quod res non deficit aſſecutione ſui finis, ſed perficitur, ita Chriſtus dixit: *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere*. Non enim ſoluebatur illis quorum typus,

pus, & vmbra erat Vetus lex: erat autem typus Nouæ legis.

Præterea reuera Chriſtus ex ſemine Noë fuit, ex ſemine Heber, ex ſemine Booz, & cæterorum, quos recenſet S. Lucas; at pari ratione ad iſtos ſpectaret hæc promiſſio, quando eſt Chriſtus ex eorum ſemine, & pertinet etiam ad illos cæleſtium, & ſpiritualium regnum, cum Chriſtus pro omnibus mortuus ſit: ergo vt aliquid ſpeciale per ſedem Dauidicam promiſſum eſſe Dauidi dicamus, debemus intelligere de regno etiam viſibili in terris in viſibili perſona loco Chriſti Regis, ex ſemine Dauidis: ita enim Chriſtus in ſede Dauid regnat in terris, & in Eccleſia; quemadmodū enim potentiſſimus Rex Philippus dicitur regnare in Indiis Occidentalibus, licet ibi non ſit ipſe, ſed eius Prorex loco eius; ita quia Vicarius Petrus, & eius ſucceſſores regnant in terris, & in Eccleſia in viſibili ſede, Chriſtus etiam regnare in viſibili ſede dicitur in ſuis Vicarijs.

Alterum Vaticinium ex Pſalmo 131. ſatis apertum videtur ex Patrum interpretatione: nam ARNOBIVS de Chriſto explicat, & ipſius Apoſtolis: *Qui*, inquit, *non ſolum cuſtodierunt teſtamentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſed & teſtimonia eius, qui docuit eos: nunc filij eorum vſque hodie ſedent ſuper ſedem eorum, habentes & ipſi ſoluendi, ligandique poteſtaeem, hoc autem eis conceſſum eſt, quia recuſauit Dominus Synagogam falſitatis, & elegit Sion ſanctam, ſcilicet fidei rectæ Eccleſiam, quam prælegit præſcius in habitationem ſibi.* & paulo infra: *In qua Eccleſia Sacerdotes induuntur iuſtitia, in qua ſancti exultatione exultant, in qua productum eſt cornu, id eſt regnum Dauid, ipſa eſt lucerna ſuper candelabrum*, &c.

EPIPHANIVS hæreſi 29. *Cum Dominus dixerit ad Dauid non pænitebit eum manifeſtum eſt, quod in-*

tranſmutabile eſt Dei promiſſio, & primum, quod iuramentum apud Deum quid aliud eſt, quam quod dicit Dominus: *Per memetipſum iuraui: non enim per maiorem habet Deus iuſiurandum, ſed neque iurat Deus, verum ad declarationem confirmationis ſermo ille vim habet, cum iuramēto enim iurauit Dominus David: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. teſtantur autem Apoſtoli, quod ex ſemine David oportebat generari, veluti etiam genitus eſt. vt autem omittam plura teſtimonia, vt ne, velut dixi, longius orationem extendam; fortaſſe autem dixerit aliquis: Si Chriſtus genitus eſt ex ſemine* Dauid *ſecundum carnem, hoc eſt, ex Sanctiſſima Virgine Maria, qua ratione ſuper ſedem Dauid? nam venerunt, inquit in Euangelio, vt vngerent ipſum in Regem, quo cognito, ſeceſſit, & occultatus eſt in Ephai, ciuitate deſerti: cum igitur peruenerimus nos ad locum huius dicti, & interrogati ſimus de hoc teſtimonio, ac propoſito, qua ratione carnaliter impletum non eſt: in Saluatore, vt ſedeat ſuper thronum, & ſedem Dauid? quidam enim putauerunt hoc impletum non eſſe: rem ipſam, velut ſe habet, referamus: nulla enim dictio ſanctæ Dei Scripturæ intercidit. Thronus igitur Dauid, & Regia ſedes, & Sacerdotium in ſancta Eccleſia, quam dignitatem Regiam, ſimulque Pontificiam ſimul coniunctim largitus eſt Dominus ſanctæ Eccleſiæ ſuæ, translato in ipſam Throno* Dauid, *non deficiente in æternum.* & poſt pauca: *Sedet ſuper thronum* Dauid, *ita vt regnum* Dauid *vna cum Pontificatu tranſtulerit, ac largitus ſit ſeruis ſuis, hoc eſt Pontificibus Catholicæ Eccleſiæ.*

Sic etiam Theodoretus explicat de Chriſto, & eius dominio morte acquiſito, & dato a Deo, vbi reſurrexit a mortuis, in commentariis: & Rupertus Abbas 3. de diuinis officiis cap. 19. & de Chriſto intelligi, qui

ſuper

ſuper ſedem Dauid ſederit, communis eſt Patrum ſententia: Irenæi lib. 3. contra hære. cap. 37. Euſebij loco ſupra citato, Athanaſ. de incarnat. verbi, Cypriani de teſti. ſacræ Scripturæ ad Quirinum, Gregor. in primum lib. Regum in cap. 1. Nyſſen. de aduentu Domini in carne, Cyrilli Hieroſolymit. cath. 12. Damaſc. lib. 4. de fide orthod. Ambroſ. lib. 3. in Luc. c. 3. Tertull. lib. 3. contra Marcionem, Procopij in cap. 9. Eſaiæ; Bedæ in comment. in hunc Pſal. Rabani, & D. Thom. locis ſupra adductis. nouiſſime vero omni virtutum genere ornatus, & lumen Chriſtianæ hiſtoriæ Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, citans S. Epiphanium, docet regnum, & Thronum Dauid vna cum ſacerdotio translatum ad Eccleſiam Annalium tomo primo anno Chriſti 57. vbi etiam optime, vt moris ipſius eſt, multa adducit ad probandam diuinitus traditam temporalem Eccleſiæ iuriſdictionem. *Cardinalis Baronius.*

Nec hiſce Patribus obſtant illi, qui de Dauide exponunt, & Salomone eius filio, qui ſucceſſerat in regno poſt Dauidem, vti exponit Baſilius, & Chryſoſtomus: nam ita reuera eſt, vt typo quodam hæc præceſſerint in Salomone, ſicuti ea, quæ Pſal. 88. & 71. dicuntur, ſed reuera completa ſunt in Chriſto, quare plures Patres ad Chriſtum, & filios Dauid referunt, vt Beda, & Theodoretus.

Nec etiam illi Patres contra ſunt, qui potius de cæleſti regno exponere videntur, aut aperte exponunt, veluti Caſſiodorus, Hilarius, Auguſtinus, & Proſper, qui adducunt eam auctoritatem ad rei explicationem de Apoſtolis dictam: *Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael*. vel Ricardus Pampolit. Remigius Bruno, qui de cæleſti regno interpretantur: etenim ſi de cæleſti regno interpretantur, aut de ſpirituali, non excludũt propterea rerum temporalium

dominium Chriſtum habuiſſe, & regnum Dauidicum quo ad poteſtatem, & dominium, licet quo ad pompam & ſecularē gloriam plures negant, vt Ambroſius, Cyrillus, & alij. ſed adductis Patrum auctoritatibus, adducamus rationes.

1. Rex,& regnum inuicem referūtur; & talis eſt Rex, tale regnum: atqui regnum Dauit fuit rerum temporalium: ſi itaque fore dicitur, vt Chriſtus ſedeat ſuper thronum Dauid; P*onam*, inquit, *ſuper ſedem tuam*: vtique Chriſtus fuit Rex rerum temporalium.

2. Secundo probatur verbis illis: *Illic producam cornu* D*auid*. per cornu enim ſignificatur regia Dauidis poteſtas, eaque firma, & ſtabilis, ideo dicebat Theodoretus,non poſſe hæc intelligi de Zorobabele, quia paruo temporis ſpatio imperauit;& quidem typo quodam in Synagoga poſt Dauid ita fuit: nam poſt Dauid regnauit in Sion, ſeu Hieruſalem Salomon, typus veri Salomonis Chriſti: reuera autem per Sion in Noua lege Eccleſiam expreſſit Vates, quaſi typo quodam, quia in monte Sion erat templum ædificatum, vt plures ex citatis Patribus docuere, per Sion interpretantes Eccleſiam. igitur reuera eſt in Eccleſia regnum Dauid; quamquam per quendam typum, & anagogiam exprimatur etiam cæleſte. eſt enim Eccleſia (teſte Dionyſio) media inrer Synagogam,& cæleſtem beatitudinem: & ideo participat de extremis, quare ſicuti quæ fiebant in Synagoga, erant typus earum rerum, quæ futura erant in Eccleſia cæleſtis Hieruſalem, & Sion æternæ patriæ, prædicitur itaque illis verbis: *Illic producam cornu* D*auid*, regia poteſtas ſtabilis, & firma in Eccleſia, quæ Sion nomine appellatur.

3. Tertia ratio;de Syon,quam elegit Dominus in habitationem, duo inter cætera dicuntur fore, vt *Sacerdotes induantur ſalutari, & Sancti exultent*. alterum,

quod

quod ſtatim ſubiungitur, vt illic in Sion producatur regnum, ſeu *Cornu* Dauid, quibus conſtat tamquam aliquid diſtinctum prædici per *Cornu* Dauid, a ſacerdotali dignitate, & poteſtate rerum ſpiritualium; vtraq; tamen dignitas tam ſacerdotalis, quam regia futura prædicitur per Chriſtum in Eccleſia, ſignificata per Sion: & hoc ipſum ſupra obſeruatum reperies; *Sacerdotes tui*, ait Vates, *induantur iuſtitia, & ſancti tui exultent*, & ſtatim ſubiungitur poſt ſacerdotalem dignitatem promiſſa regia dignitas: *Propter* Dauid *ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui, iurauit* Dominus *veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*, ſeu vt habet tranſlatio Chaldaica, & Syriaca: De *fructu ventris tui ponam Regem ſuper ſedem tuam*.

Quarta ratio colligitur ex vltimis verbis Pſalmi: *Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea*, Hebraice *ſuper ipſum autem efflorebit diadema meum*. Paraphraſis Chaldaica, & Syriaca verſio: *Faciam germinare Regem glorioſum in domo* Dauid. quibus verbis floridum Eccleſiæ regnum denotatur per Chriſtum, & ſic tribus vicibus habetur expreſſa regia Chriſti in Eccleſia dignitas, ſicuti alibi factum adnotauimus per Chriſtum in Petro in promiſſione principatus Apoſtolici, **Matth. 16. & vbi datus eſt principatus Ioann. cap. vltimo.**

Quinta ratio ſumitur ex D. Petri interpretatione: in Actis enim Apoſtolicis citat Petrus pſalmum hunc, & de Chriſto exponit, vt inter cæteros adnotarunt Athanaſius, Theodoretus, & alij: verba Petri hæc ſunt: *Propheta cum eſſet*, ſcilicet Dauid, *& ſciret, quia iureiurando iuraſſet illi* Deus, *de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius, prouidens loquutus eſt de* Reſurrectione *Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, nec*

Act. 2. Athan. locis ſupra citis Theod.

caro

Digitized by Google

caro eius vidit corruptionem, hunc Ieſum reſuſcitauit, cuius omnes nos teſtes ſumus. dextera igitur Dei *exaltatus, & promiſſione* Spiritus Sancti *accepta à Patre, effudit hunc, quem uos videtis, & auditis; non enim* Dauid *aſcendit in cælum: dicit enim ipſe:* Di-
Pſal. 109. *xit* Dominus Domino *meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. certiſſime ſciat ergo omnis domus Iſrael, quia &* Dominum, *& Chriſtum fecit Deus hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis.* Ita Petrus. qui explicat quidem de regno cæleſti, ſed non de illo ſolum, ſed etiam de terreſtrium, & omnium dominio. quod aperte oſtenditur: Propoſitum erat Petro in illa concione demonſtrare Chriſti gloriam, & dignitatem, & ante oculos ponere ſcelus illud maximũ, quo Chriſtum regem reſpuentes, dixerunt Iudæi: Non habemus Regem, niſi Cæſarem: & eo nomine, quia ſe Regem fecerat, impulerunt Pilatum, vt Chriſtum cruci affigẽdum condemnaret. oſtendit igitur Petrus Chriſtum Regem eſſe ex loco pſalmi citato, & poſt reſurrectionem datum Chriſto dominium ſecundum humanam naturam rerum omnium ſuam orationem uerbis illis concludens: *Certiſsimè ſciat ergo omnis domus Iſrael, quia Dominum, & Chriſtum fecit* Deus *hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis.* Eſt autem cruci affixus ſecundum humanam naturam.

Confirmatur hoc ex aliis verbis, quibus locum Pſal-
Pſal. 109. mi explicat Petrus: D*ixit* D*ominus* D*omino meo, ſede a dextris meis.* hiſce enim verbis acquiſitum rerum omnium denotatur Chriſti dominium meritis mortis ſecundum humanam naturam, vt videre eſt ex Paulo cap. 1. epiſt. ad Epheſ. *Suſcitans*, ait, *eum*, Chriſtum, *a mortis conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſupra omnem Principatum, Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum*

lum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Si conſtitutus eſt ſupra omne nomen, quod nominatur in hoc ſeculo; ergo ſuper Reges Rex Chriſtus Regum, & Dominus dominantium: & quādo poteſtas illa directe in res temporales eſt aliqua dignitas, & nomen, etiam ſuper illam eſt Chriſtus conſtitutus ſecundum humanam naturam, ſecūdum quam eſt reſuſcitatus a mortuis. quare Patres Dominum, & Chriſtum factum Ieſum volunt ſecundum humanam naturam: ita permulti, quos retulimus in lib. de Dominio Chriſti, & inter cæteros Gregorius Beticus Iliberitanus Epiſcopus de Trinitate, & fide contra Arianos, Fauſtinus de fide contra eoſdem Arianos ad Flacillam Auguſtam, qui explicant de Chriſti dominio poſt adductam Petri auctoritatem, & ſacerdotio Melchiſedech, aſſerentes Chriſtum Regem, & Sacerdotem eſſe vnctum Spiritu ſancto non electione humana: & bene: etenim verba illa a Petro citata: *Dixit Dominus Domino meo*, ſunt è Pſalmo 109. deſumpta, vbi de Chriſti agitur dominio, & dignitate, & fore aſſeritur ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, & ex his habetur Chriſtum reliquiſſe regni ſucceſſorem in terris aliquem, ſicut & reliquit ſacerdotij. ſicuti autem licet Chriſtus ſit in cælis æternus ſacerdos, & ſempiternum habens ſacerdotium, reliquit in terris Vicarios loco ſui Sacerdotes, & ſupremū ſacerdotem Petrum: ita licet ſit æternus Rex, & ſempiternū regnū habet reliquit eiuſdē regni Petrum ſucceſſorem. immo hoc ipſo quod reliquit Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech regni, & ſacerdotij reliquit Vicarium; conſtat enim ſacerdotium Melchiſedech regno, & ſacerdotio, vt liquet ex ſupra dictis. Dicitur autem æternum ſacerdotium, & regnum ratione Chriſti permanentis in æternum, & ratione finis, ad quem ordinatum eſt regnum

con-

coniunctum cum ſacerdotio, vt per gratuita, & gratiam aſſequamur eum finem, beatitudinem æternam.

RELIQVAE AVCTORITATES de ſolio Dauidico exponuntur. Cap. VI.

PErcurramus alias auctoritates de ſolio Dauidico. Auctoritatē ex 2. Reg. cap. 7. intelligi de Chriſto apparet ex Apoſtolo Paulo in 1. cap. Epiſt. ad Hebræos. *Tanto*, inquit, (verba facit de Chriſto) *melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit; cui enim dixit aliquādo Angelorū, filius meus es tu, ego hodie genui te: & rurſum: Ego ero illi in patrem, et ipſe erit mihi in filium?* &c. reuera ſi verba illa attendamus 2. Regum cap. 7. ibi ſermo eſt de Salomone; adducamus illa, quo rem noſtram oſtendamus.

Cumque completi fuerint dies tui, id eſt Dauid, *dormieriſq; cum Patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, ipſe ędificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum, ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium, qui ſi inique aliquid geſſerit, arguam eum in uirga virorum, & in plagis filiorum hominum, miſericordiam autem meam non auferam ab eo, ſicuti abſtuli a Saul, quem amoui a facie mea.* Ita ibi. Quis negabit hæc reuera non fuiſſe ex parte ſaltem acta in Salomone: nam reuera Salomon ædificauit templum; reuera non amouit ab eo Deus miſericordiam, cum peccauit, caſtigauit tamen illū, ſuſcitans aduerſarium, & prædicens fore, vt ſcinderetur poſt illum Regnum 3. Regum

Digitized by Google

Regum cap. 11. ergo ad regulam conſuetam recurrere debemus, vt in typo præceſſerit in Salomone, completa vero ſit ea promiſſio de firmitate throni Dauidici in Chriſto, & Eccleſia; ita vt Chriſtus Eccleſiam, ſeu templum ædificarit, & thronus eius regius ſit firmatus.

Quare Eucherius in commentariis in hoc c. 2. Reg. Theodoretus, Rupertus, & Angelomus monachus in commentariis in lib. Regum, docent templum, quod ædificatum eſt, eſſe Eccleſiam. Sic etiam Patres in commentariis in eum locum Pauli, Chriſtum aſſerentes ſe cundũ humanitatem intelligi, qui firmarit Thronum Dauidicum, Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius; ex Latinis Ambroſius, Primaſius, Remigius, & cæteri. Hic autem hoc obſeruandum eſt, Chriſtum prædici fore, vt ædificet templum, ſeu Eccleſiam: ſimul autem fore, vt ſtabiliatur regnum Dauid vtique per Chriſtum caput Eccleſiæ, & in Eccleſia; vt videas obſeruatam a nobis veram eſſe regulam, vbi ſit mentio de ædifitio Eccleſiæ, mentionem etiam fieri de regno per Chriſtum in illam tranſmiſſo, adeo, vt portæ inferi non præualeant aduerſus Eccleſiam, nec conſequenter contra poteſtatem Eccleſiæ conſtantis regno, & ſacerdotio, ſeu ſpiritualium, & temporalium regimine, in vna per Chriſtum perſona totius Eccleſiæ capite viſibili.

Theodor. in Pſal 88. Rupert. lib. 2 de Trini. & oper. eius cap. 30.

Vaticinium ex cap. 1. Lucæ explicatum vidimus ſupra ab Epiphanio, qui illud hæreſi 29. attulit ad probandum regiam dignitatem vnà cum Pontificia poteſtate translatam in Eccleſiam, eiusque Præſules: ita Cyrillus dicebat, non temporale tantum fuiſſe Chriſti regnum, ſed cæleſte, ita vt velit Cyrillus fuiſſe quidem Chriſtum rerum temporalium Dominum, ſed non inſtar aliorum Regum, qui tantum rerum temporalium habent dominium, & magis eſt in externa, & apparenti glo-

Cyril. cita. ca 3. huius lib.

ti gloria: ita etiam voluiſſe Euſebium conſtat, cuius verba ſupra adduximus, & D. Thomam explicantem per regnum Dauid regiam eius dignitatem ex Hiere. cap.23.& alibi hunc thronum eſſe ipſam Eccleſiam aſſerentem.

Conſentit cum his Irenæus, qui lib. 3.cap.18.de ſupremo dominio in omnibus videtur explicare: *Angelus* inquit, *euangelizans Mariæ, ait: Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit ei Dominus thronum Dauid patris ſui eum, qui ſit filius Altiſſimi, hunc eundem & Dauid filium confitens, cuius Dauid diſpoſitionem aduentus per Spiritum Sanctum cognoſcens, per quam Dominus eſt omnium viuorum, & mortuorum, dominum eum confeſſus eſt, & ſedentem ad dexteram Patris Altiſſimi*. hæc Irenæus, ſignificans ſecundum diſpoſitionem carnis futurum dominium, & alludit ad Pſalm.109. & Petri expoſitionem in Actis Apoſtolicis. Arethas pari modo de regio dominio explicat, & datum Petro affirmat. & Vigilius Martyr Epiſcopus Tridentinus, eius verba attulimus ſupra, Salonius Epiſcopus Viennenſis, & alij.

Vig cit. lib. 3.c.14. Salon in expoſit. in parab. Salom.

Denique certum eſſe, Chriſtum ſecundum humanam naturam habuiſſe regiam dignitatem, quare, vt diximus, Matthæus per Reges recenſuit Chriſti generationem, & propterea præpoſuit primo loco Dauid Regem, dicens: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid*, quod adnotarunt nonnulli, & conuenire Chriſto ſecundum humanam naturam rerum omnium dominium probauimus communi Græcorum, & Latinorum Patrum conſenſu, cum agemus de dominio Chriſti: at id ſonant apices, & verba, cum ſedem dandam Chriſto edicit Angelus reuera fore, vt regiam Dauid dignitatem accipiat: ſedes enim, & thronus Dauid ſignificat regiam Dauidis dignitatem: & hæc reddi poteſt cauſa, cur

ſa,cur

ſa, cur Lucas per Sacerdotes recenſet Chriſti generationem, propterea quod iam mentio facta erat de Chriſti regia dignitate, hiſce verbis Angeli: *Dabit ei Dominus ſedem Dauid patris*; cui & altera addi poteſt, quia Matthæus iam regiam Chriſti dignitatẽ per Reges expreſſerat, & cum poſterior ſcripſerit Euangelium Lucas, ideo prætermiſit recenſere generationem per Reges.

Quod vero in Eccleſia futura prædicatur hęc regia dignitas, conſtat verbis ſequentibus Angeli, cũ ſubiungit: *Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*. Eſto enim quod de regimine rerum ſpiritualium intelligantur hæc verba; at certe, & de Regia debere intelligi, ratio perſuadet, cum mentio facta fuerit de regia dignitate: intelligi vero per ea verba, *In domo Iacob*, Eccleſiam, apparet ex 2. cap. Eſaiæ, & Michææ 4. vbi communi Patrum expoſitione ſermo fit de Eccleſia: *Venite*, inquiunt ibi Vates, *aſcendamus ad montem* Domini, *& ad domum* Dei *Iacob*. ſimilia verba habentur eodem cap. 4. Michææ paulo poſt allata verba: *Et regnabit*, ait Michæas, *Dominus, ſuper eos in Monte Sion ex hoc, nunc, & vſque in æternum*. Et domum Iacob pro Eccleſia accipi adnotauit Tertullianus libro contra Iudæos, Origenes homil. 2. in Eſaiam. Chriſtus itaque regnat in Eccleſia ſemper ſacerdotio, & regno, quibus conſtat Eccleſia militans, quæ cum vna ſit cum triumphanti, licet militare deſinet; non deficiet in ſuo fine vltimo Deo, cui coniungetur in æterna patria; & hoc modo regnum habet ſempiternum: ſicuti etiam ratione Chriſti hominis (caput enim Eccleſiæ Chriſtus, Chriſti vero caput Deus) cum æterna ſit illa in Chriſto poteſtas regni, & ſacerdotij, vt ſæpe a nobis dictum eſt, & in his verbis Angeli obſeruauit Arethas, & Athanaſius, quem infra referemus; ſed

ti gloria: ita etiam voluiſſe Euſebium conſtat, cuius verba ſupra adduximus, & D. Thomam explicantem per regnum Dauid regiam eius dignitatem ex Hiere. cap. 23. & alibi hunc thronum eſſe ipſam Eccleſiam aſſerentem.

Conſentit cum his Irenæus, qui lib. 3. cap. 18. de ſupremo dominio in omnibus videtur explicare: *Angelus* inquit, *euangelizans Mariæ, ait: Hic erit magnus, & filius Altisſimi vocabitur, & dabit ei Dominus thronum Dauid patris ſui eum, qui ſit filius Altiſſimi, hunc eundem & Dauid filium confitens, cuius Dauid diſpoſitionem aduentus per Spiritum Sanctum cognoſcens, per quam Dominus eſt omnium viuorum, & mortuorum, dominum eum confeſſus eſt, & ſedentem ad dexteram Patris Altiſſimi.* hæc Irenæus, ſignificans ſecundum diſpoſitionem carnis futurum dominium, & alludit ad Pſalm. 109. & Petri expoſitionem in Actis Apoſtolicis. Arethas pari modo de regio dominio explicat, & datum Petro affirmat. & Vigilius Martyr Epiſcopus Tridentinus, eius verba attulimus ſupra, Salonius Epiſcopus Viennenſis, & alij.

Vig. cit. lib. 3. c. 14. Salon in expoſit. in parab. Salom.

Denique certum eſſe, Chriſtum ſecundum humanam naturam habuiſſe regiam dignitatem, quare, vt diximus, Matthæus per Reges recenſuit Chriſti generationem, & propterea præpoſuit primo loco Dauid Regem, dicens: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid*, quod adnotarunt nonnulli, & conuenire Chriſto ſecundum humanam naturam rerum omnium dominium probauimus communi Græcorum, & Latinorum Patrum conſenſu, cum agemus de dominio Chriſti: at id ſonant apices, & verba, cum ſedem dandam Chriſto edicit Angelus reuera fore, vt regiam Dauid dignitatem accipiat: ſedes enim, & thronus Dauid ſignificat regiam Dauidis dignitatem: & hæc reddi poteſt cauſa, cur

ſa, cur Lucas per Sacerdotes recenſet Chriſti generationem, propterea quod iam mentio facta erat de Chriſti regia dignitate, hiſce verbis Angeli: *Dabit ei Dominus ſedem Dauid patris*; cui & altera addi poteſt, quia Matthæus iam regiam Chriſti dignitatẽ per Reges expreſſerat,& cum poſterior ſcripſerit Euangelium Lucas, ideo prætermiſit recenſere generationem per Reges.

Quod vero in Eccleſia futura prædicatur hęc regia dignitas, conſtat verbis ſequentibus Angeli,cũ ſubiungit: *Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*. Eſto enim quod de regimine rerum ſpiritualium intelligantur hæc verba; at certe, & de Regia debere intelligi,ratio perſuadet, cum mentio facta fuerit de regia dignitate: intelligi vero per ea verba, *In domo Iacob*, Eccleſiam,apparet ex 2. cap. Eſaiæ, & Michææ 4. vbi communi Patrum expoſitione ſermo fit de Eccleſia: *Venite*, inquiunt ibi Vates, *aſcendamus ad montem* Domini, *& ad domum* Dei *Iacob*. ſimilia verba habentur eodem cap.4. Michææ paulo poſt allata verba: *Et regnabit*, ait Michæas, *Dominus, ſuper eos in Monte* Sion *ex hoc, nunc, & vſque in æternum*. Et domum Iacob pro Eccleſia accipi adnotauit Tertullianus libro contra Iudæos, Origenes homil.2. in Eſaiam. Chriſtus itaque regnat in Eccleſia ſemper ſacerdotio, & regno, quibus conſtat Eccleſia militans, quæ cum vna ſit cum triumphanti, licet militare deſinet; non deficiet in ſuo fine vltimo Deo,cui coniungetur in æterna patria; & hoc modo regnum habet ſempiternum:ſicuti etiam ratione Chriſti hominis (caput enim Eccleſiæ Chriſtus, Chriſti vero caput Deus) cum æterna ſit illa in Chriſto poteſtas regni, & ſacerdotij, vt ſæpe a nobis dictum eſt, & in his verbis Angeli obſeruauit Arethas, & Athanaſius, quem infra referemus; ſed

quando in terris intelligitur hæc Dauid ſedes, non plene explicatum videtur, qua ratione Chriſtus acceperit in terris Dauidis ſedem, cum dicat Angelus: *Dabit illi Dominus ſedem Dauid patris eius.*

Eſt itaque prima ſolutio Epiphanij, in quam inclinaſſe apparet Aretham, cum velit datam clauem Dauid Petro, cum dictum eſt: *Tibi dabo claues Regni cælorum*, qui accepiſſe Chriſtum vult ſedem, & regnaſſe etiam quo ad regiam poteſtatem in ſuis ſucceſſoribus Epiſcopis, cum in eis tranſtulerit regnum, & ſacerdotium, quare carnaliter impletum eſſe ait in illis, vt acceperit ſedem Dauid, & bene: nam ab initio naſcentis Eccleſiæ iudicare conſueuiſſe lites Epiſcopos, diximus etiam Chriſtianis Imperatoribus per multum tempus, & Romanum Pontificem decenti ſplendore rerum temporalium ſemper floruiſſe, etiam inter Ethnicorum perſecutiones ſupra oſtendimus: licet quod eadem Romana Eccleſia aucta fuerit poſtea pluribus diuitiis, potius habeat per Conſtãtinum, vt adnotauit Bernardus, & pro temporum conditione decenter vti poteſt huiuſmodi ſplendore temporali: & plures ſunt in diuinis litteris auctoritates, de quibus ita dicendum eſſe conſtat, ſi de viſibili regimine loqui velimus, vt cum recturus gentes Chriſtus aſſeritur, fore, vt omnes gentes illi ſeruiant, & aliæ id genus auctoritates.

Bernar. lib. de cõſider. ad Eugen.

Secunda ſolutio: Chriſtus accepit ſedem Dauid quo ad auctoritatem, & dominium, quam auctoritatem, & dominium exercuiſſe pluribus vicibus ſupra diximus, etiam dum vixit in terris vita mortali.

Tertia ſolutio: Licet Chriſtus non accepit ſedem Dauid, vt in viſibili throno ſederit quoad ſecularem honorem, videlicet quoad armorum ſtrepitum, hominum ſtragem, & excidiũ vrbium, & regionum vaſtationem. multitudinem militum, equitum, exercitus: attamen

accepit

accepit ſedem Dauid, non ſolum quia habuit poteſtatem rerum temporalium, quam aliquando exercuerit, ſed etiam quia regnarit regiam quandam recipiens decentem exteriorem gloriam, & dignitatem, quam ſicuti Chriſtus recepit, ita fore, vt reciperet, prædictum fuerat: etenim Magi Chriſtum, ſtella duce, quæſiuerunt ſicuti Regem, *Vbi eſt*, inquiunt, *qui natus eſt Rex Iudæorum*, & Chriſto veluti Regi munera obtulerunt myſticis donis, vt Regem agnoſcentes, ſicuti canit Eccleſia, & docent Patres, S. Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 10. S. Theophylus Patriarcha Alexandrinus in commentariis in Matthæum, Theodotus Ancyrorum Epiſcopus in oratione de Natiuitate Saluatoris Chriſti, Maximus Pſellus Nilus. & præterea Gregorius Nyſſenus, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Magnus, Hilarius, Ambroſius, Iuuencus, & alij plures: atqui regio quodam honore Magi ex Oriente venerunt munera illi veluti nato Regi (natus eſt autem ex Beatiſſima Virgine ſecundum humanam naturam) offerentes: hoc prædictum eſt Pſalm. 71. qui incipit. *Deus iudicium tuum Regi da*, *Reges Tharſis*, ait Vates, *& Inſulæ munera offerent*, *Reges Arabum*, *& Saba dona adducent*, quæ verba completa eſſe aduentu Magorum docent plures Græci, & Latini Patres, ita S. Iuſtinus martyr in dialogo cum Triphone, S. Epiphanius in cōpendio doctrinæ, Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, & lib. aduerſus Iudæos, Cyprianus, ſeu alius auctor fuerit de operibus Cardinalibus, S. Proſper parte 3. de prædict. prom. 6. Iulianus Pomerius lib. 1. aduerſus Iudæos, Arnoldus Abbas, S. Hidelphonſus Archiepiſcopus Toletanus de Virginitate S. Mariæ c. 7. Cyrillus Alexandrinus, Hieronymus, Ruffinus.

Max. Pſell. Nil. apud Theodoretum in Cãtica in ea verba: Surge propera amica mea &c.

Greg. Nyſſ. Greg. Naz. horum verba afferuntur in lib. de dominio Chriſti.

Arnold. in tra. de lau. B. M. virg. Cyril. in coment. in Eſai cap. 60. Hieron. Rufinus in coment. in Pſ.

Alia vice Chriſtus gloriam regiam recepiſſe, eaque vſum eſſe conſtat, vt ſupra aduertimus, cum Apoſtolis,

vt ſol-

vt ſoluerent pullum aſinæ, & ad ſe adducerent, præcepit, & ſedens ſuper illum gloria regia acclamarunt eum pueri ramis palmarum Regẽ Iſrael, & ſic ingreſſus eſt Hieroſolymam. de hac gloria Chriſti regia, ſic Zacharias, quem citant Ioannes, & alij Euangeliſtæ: *Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus. & Saluator, ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & pullum filiũ aſinæ*: vocat Zacharias pauperem, quia licet Chriſtus omnium Dominus, & diues eſſet, quo pateretur, factus eſt noſtri cauſa egenus. nec moueat, quod Chriſtus ſederit ſuper pullum aſinæ: nam nobiles conſueuerunt in Iudæa inſidere aſinis, ita Iudicum cap. 10. triginta filios Iair habuiſſe refertur ſedentes ſuper triginta pullos aſinorum, & cap. 12. Abdon quadraginta filios, & triginta nepotes ſedentes ſuper ſeptuaginta pullos aſinorum.

Vltimum vaticiniũ deſumptum a Paulo eſt ex Eſaia, iuxta Septuaginta Interpretum tranſlationem: nam iuxta D. Hieronymi verſionem ex Hebraico codice ſic legitur: *In illa die radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur.*

Chaldaica paraphraſis Chriſti dominium vna cum Septuaginta expreſſit his verbis: *Vt ſtet in ſignum populorum, ipſi regna obedient, & erit locus manſionis eius in gloria*; porrò Grecè ita habetur, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, verbum vero, ἄρχειν, ſignificat imperium, & dominium, non tam in ſacris rebus, quam prophanis, vnde ἄρχοντες, reipublicæ Principes dicebantur, & iudiciorum Moderatores, quomodo appellat Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, & paſſim reperies tam apud ſacros, quam prophanos auctores in hac ſignificatione: ſic ijdem Septuaginta locum Michææ c. 4. vbi regia Chriſti poteſtas exprimitur verbis illis: *Ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael*: Græcè, ἄρχων, habetur.

Porro

Porrò cum D. Paulo eodem modo legunt, & exponunt Eſaiam de Regno, & imperio in omnes gentes Athanaſius de incarnatione Verbi, & vrget Iudæos, quod nullus fuerit talis Rex, qui gentibus imperarit, Euſebius lib. 2. Demonſtr. Euangelicæ cap. 41. & lib. 3. cap. 2. Cyrillus Hieroſolymit. cath. 12. Hilarius lib. 5. de Trinit. prope finem, Cyprianus lib. primo aduerſus Iudæos, Theodoretus in cap. 33. Ezechielis, Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, Procopius, & Cyrillus in Eſaiam, & cęteri antiqui Patres, qui antequam Hieronymus ſacram Scripturam verteret ex Hebraico Codice in Latinam linguam, vtebātur Septuaginta Interpretum translatione, Ambroſius lib. 3. in Lucam, Chriſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, Primaſius, Remigius in hunc Pauli locum.

Sed ad rem: quæro, vbinam ſit hæc radix Ieſſe, & Dauid (fuit enim Iſai pater Dauid) per quā regantur gentes: Chriſtus enim dum vixit in terris, ad ſui cognitionem non perduxit gentes; ſunt itaque Apoſtoli Principes, per quos regantur gentes: ac ſicuti opera eorum factum eſt, vt gentes ſperarent, & crederent in Chriſtum, ita per eos regerentur loco Chriſti: atque ita impletum eſt Vaticinium, vt Chriſtus de genere Ieſſe, & Dauid ſurrexerit, & regeret Gentes, & in eum gentes ſperarent: ſi itaque iſtud regimen, quod futurum prædicitur, & ſignificatur per verbū ἄρχειν in omnibus impletum eſt in illis, qui Vicarij loco Chriſti ſunt conſtituti, erunt loco Chriſti Apoſtoli Principes in omnibus. eſt itaque thronus Dauid in Eccleſia, & per Chriſtum translatus eſt in Apoſtolos, & Præſules Eccleſiæ Apoſtolorum ſucceſſores.

OCCVR-

OCCVRRITVR NONNVLLIS Dubitationibus. Cap. VII.

OCcurrendum eſt nonnullis Dubitationibus,quæ contra ea,quæ dicta ſunt de Dauidico ſolio, opponi poſſent.

Primo itaque loco obſtare dictis videtur Hieremias cap. 22. vbi aperte aſſerit, nullum vſque ad Chriſti aduentum ex ſemine Ieconiæ ſeſſurum ſuper ſedem Dauid, & habeat poteſtatem vltra in Iſrael; ſi genealogiam Matthæi legas, inuenies Chriſtum ex ſemine Ieconiæ eſſe, vt itaque Euangeliſtam Hieremiæ non dicamus contrarium,debemus aſſerere Chriſtum eſſe Regem ſpiritualem, & cæleſtem,nō temporalem.

Secunda Obiectio:Non videntur hæc cohærere,nullum vſque ad Chriſti aduentum regnaſſe in Palæſtina: etenim Ariſtobolus(teſte Ioſepho lib.13.antiq.cap.14. Epiph.hæreſ.29.Baſilio in epiſt.ad Amphiloc. & aliis) regnauit dignitate regia, & ſacerdotali decoratus.qua ergo ratione nullus regnauit vſque ad Chriſti aduentū a captiuitate Babylonica? & propterea debent vaticinia allata exponi quidem de Chriſto, ſed qui regnarit regno cæleſti, & ſpirituali.

Tertia Obiectio: Poſſumus exponere vaticinia de regno Dauidico de Regibus Chriſtianis, ita exponit Athanaſius,cuius hæc ſunt verba Homilia illa in Euangelium de Deipara: *Angelus dicit: Et dabit illi Dominus ſedem Dauid, neque addidit, vt confirmaret, aut corroboraret, ſed ſimpliciter loquutus eſt, dabit, & iam hinc ex vi eorum, quæ ex hoc verbo colliguntur, quærenda dubij iſtius ſolutio ex eo quod, dabit, pronunciauerit, vt transferret hunc thronum, quemadmodum & ipſe Chri-*

ſtus

ſtus interpretatur ad Iudæos loquens; idcirco auferetur a vobis regnũ, & dabitur genti facienti fructus eius. ergo accipiẽs Chriſtus thronum David, trãſtulit illud, & dedit Sanctis Chriſtianorum Regibus, vt conuerteret eos, ad domum Iacob; qua tradita in opprobriũ, & direptionem, regnabit in æternum, & regni eius non erit finis: non enim populi vlli alij reſidui ſunt prophetæ ſecundum viſiones Danielis, ſed hunc ſolum Meſſiam eſſe prædicant, & agnoſcunt perſeuerantem vſque ad ſecundum ſuum ipſius aduentum, quo tempore cum venerit, manebit Rex in ſæcula, & regni eius non erit finis: ſiquidem genitus ex Virgine, & conſummatis omnibus, quæ ad negotium mortis, & crucis pertinebant poſt reſurrectionem ſuis aiebat: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra: Ecce iam inde regnare incipit, & dicitur Chriſtianorum Rex. Hæc Athanaſius, expreſſe affirmans dictum thronum Dauidicum prædictum ab Angelo Chriſtianis Regibus, vt Chriſtus regnet in Chriſtianis, & ſemper regnaturus ſit in illis. *Matth. vlt.*

Quarta obiectio: Poſſumus dicere prædici quidem reſtaurandum thronum Dauidicum, ſed non eſſe neceſſe, vt intelligamus de regno temporalium rerum, ſed ſatis, ſi intelligamus de regno rerum ſpiritualium, ita vt præceſſerit thronus Dauid tamquam in typo rei futuræ, & ſedis Chriſti ſpiritualis, non temporalis.

Ad primam obiectionem: plures ad hanc obiectionem a Sanctis Patribus afferuntur ſolutiones, explicãtibus locũ ipſum Hieremiæ, & longe plures poſſent etiam afferri, ſed contenti erimus eas ſolum, quæ afferuntur a Patribus in explicatione loci Hieremiæ, adducere.

Prima reſponſio: Licet regnauit Chriſtus ex ſemine Ieconiæ ſuper thronum Dauid, tamen non ex ſemine illius, inſtar aliorum hominum accepit regnum Dauidicum, ſcilicet modo carnali, & ex cauſis humanis, *Reſponſ. ad 1. Obiect.*

OCCVRRITVR NONNVLLIS Dubitationibus. Cap. VII.

OCcurrendum eſt nonnullis Dubitationibus, quæ contra ea, quæ dicta ſunt de Dauidico ſolio, opponi poſſent.

Primo itaque loco obſtare dictis videtur Hieremias cap. 22. vbi aperte aſſerit, nullum vſque ad Chriſti aduentum ex ſemine Ieconiæ ſeſſurum ſuper ſedem Dauid, & habeat poteſtatem vltra in Iſrael; ſi genealogiam Matthæi legas, inuenies Chriſtum ex ſemine Ieconiæ eſſe, vt itaque Euangeliſtam Hieremiæ non dicamus contrarium, debemus aſſerere Chriſtum eſſe Regem ſpiritualem, & cæleſtem, nõ temporalem.

Secunda Obiectio: Non videntur hæc cohærere, nullum vſque ad Chriſti aduentum regnaſſe in Palæſtina: etenim Ariſtobolus (teſte Ioſepho lib. 13. antiq. cap. 14. Epiph. hæreſ. 29. Baſilio in epiſt. ad Amphiloc. & aliis) regnauit dignitate regia, & ſacerdotali decoratus. qua ergo ratione nullus regnauit vſque ad Chriſti aduentũ a captiuitate Babylonica? & propterea debent vaticinia allata exponi quidem de Chriſto, ſed qui regnarit regno cæleſti, & ſpirituali.

Tertia Obiectio: Poſſumus exponere vaticinia de regno Dauidico de Regibus Chriſtianis, ita exponit Athanaſius, cuius hæc ſunt verba Homilia illa in Euangelium de Deipara: *Angelus dicit: Et dabit illi Dominus ſedem Dauid, neque addidit, vt confirmaret, aut corroboraret, ſed ſimpliciter loquutus eſt, dabit, & iam hinc ex vi eorum, quæ ex hoc verbo colliguntur, quærenda dubij iſtius ſolutio ex eo quod, dabit, pronunciauerit, vt transferret hunc thronum, quemadmodum & ipſe Chri-*

ſtus

ſtus interpretatur ad Iudæos loquens; idcirco auferetur a vobis regnũ, & dabitur genti facienti fructus eius. ergo accipiẽs Christus thronum Dauid, trãſtulit illud, & dedit Sanctis Christianorum Regibus, *vt conuerteret eos, ad domum Iacob; qua tradita in opprobriũ, & direptionem, regnabit in æternum, & regni eius non erit finis: non enim populi vlli alij reſidui ſunt prophetæ ſecundum viſiones Danielis, ſed hunc ſolum Meſſiam eſſe prædicant, & agnoſcunt perſeuerantem vſque ad ſecundum ſuum ipſius aduentum, quo tempore cum venerit, manebit Rex in ſæcula, & regni eius non erit finis: ſiquidem genitus ex Virgine, & conſummatis omnibus, quæ ad negotium mortis, & crucis pertinebant poſt reſurrectionem ſuis aiebat: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra: Ecce iam inde regnare incipit, & dicitur Chriſtianorum Rex.* Hæc Athanaſius, expreſſe affirmans dictum thronum Dauidicum prædictum ab Angelo Chriſtianis Regibus, vt Chriſtus regnet in Chriſtianis, & ſemper regnaturus ſit in illis. *Matth. vlt.*

Quarta obiectio: Poſſumus dicere prædici quidem reſtaurandum thronum Dauidicum, ſed non eſſe neceſſe, vt intelligamus de regno temporalium rerum, ſed ſatis, ſi intelligamus de regno rerum ſpiritualium, ita vt præceſſerit thronus Dauid tamquam in typo rei futuræ, & ſedis Chriſti ſpiritualis, non temporalis.

Ad primam obiectionem: plures ad hanc obiectionem a Sanctis Patribus afferuntur ſolutiones, explicãtibus locũ ipſum Hieremiæ, & longe plures poſſent etiam afferri, ſed contenti erimus eas ſolum, quæ afferuntur a Patribus in explicatione loci Hieremiæ, adducere.

Reſponſ. ad 1. Obiect.

Prima reſponſio: Licet regnauit Chriſtus ex ſemine Ieconiæ ſuper thronum Dauid, tamen non ex ſemine illius, inſtar aliorum hominum accepit regnum Dauidicum, ſcilicet modo carnali, & ex cauſis humanis,

ſed accepit regnum Dauidicum modo diuino; & ſuper-naturali promiſſione Dei, vnctione Spiritus ſancti, & vnione verbi. & hæc eſt reſponſio Irenæi lib. 3. contra hæreſes c. 29. & ſequenti: Vt quid autem (ait Irenæus) Beatum dicebat Petrum, quod eum cognouiſſet, & filium Dei: ſuper hoc autē nec Rex eſſe poſſet, ſiquidem Ioſeph filius fuiſſet, nec hæres ſecundum Ieremiam; Ioſeph enim, Ioachim, & Iechoniæ filius oſtenditur, quemadmodum & Matthæus generationem eius exponit: Iechonias autem, & qui ab eo, omnes abdicati ſunt a regno, Hieremia dicente ſic: *Viuo ego, dicit Dominus*, &c. & paulo infra; Propter hoc enim dicta ſunt hæc de Iechonia ſpiritu præſciente ea, quæ a malis Doctoribus dicuntur, vt diſcant, quoniam ex ſemine eius, id eſt Ioſeph, non erit natus, ſed ſecundum repromiſſionē Dei, de ventre Dauid ſuſcitatur Rex æternus, qui recapitulat omnia in ſe. Sic Irenæus.

Secunda reſponſio: Chriſtus accepit quidem Regnum Dauid, ſed non in diebus Iechoniæ, vt loquitur Hieremias: Chriſtus autem accepit longum poſt tēpus. habetur ſolutio ex D. Hieronymo: R*eſpondemus igitur*, ait Hieronymus, *quod in diebus eius non ſucceſſerit, qui ſedeat ſuper Thronum eius, ſed multo poſt tempore de ſemine eius natus ſit, qui ſolium eius obtinuerit.* & ita dicendum videtur manifeſtum ex ipſo Hieremia, non ſolum quia dicit, in diebus ſuis, ſed quia paulo poſt cap. ſequenti aſſerit fore, vt regnet Rex ſapiens, & cap. 33. fore, vt non intereat de Dauid vir, qui ſedeat ſuper ſolium domus Iſrael.

Tertia reſponſio: Verum dicit Hieremias, nullus ſedit ſuper ſedem Dauid, qui tantum fuerit purus homo, & non Deus: Chriſtus enim licet ſit verus homo, & ex ſemine Ieconiæ, attamen fuit etiam Deus. eſt ſolutio eiuſdem Hieronymi, Rabani, & D. Thomæ in commēt.

Quarta

Quarta reſponſio: Chriſtus non fuit Rex temporalis, ita vt eius regia poteſtas deficiat, qua in re deceptos plures video: fuit tamen Rex rerum temporalium, & cæleſtium, & habuit regnum non caducum, inſtar cæterorum, ſed ſempiternum, & cæleſte; colligitur ex eodem Hieronymo, & Rabano.

Quinta reſponſio: Quia Chriſtus non ſolum habuit regiam poteſtatem in aliquā particulā orbis terrarum, & in Iudæos, ſed in Orbē totū, & in omnes gentes, propterea dicitur regnū Iudææ non accepiſſe, habetur hæc ſolutio ex Baſilio in epiſtola ad Amphilochium: *Ipſe enim*, ait, *eſt expectatio gentium, non paruæ particulæ uniuerſi orbis: erit enim, inquit, radix Ieſſe, & qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt: Poſui te in fœdus generis, in lucem gentium: Et ponam, inquit, in ſeculum ſæculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli.* Sic Baſilius.

Idem docet Theodoretus in commentariis in hunc locum Hieremiæ.

Sexta reſponſio: Chriſtus non regnauit, ita vt ſedem Dauid acceperit, licet poteſtate eſſet Rex; quod idem eſt, ac ſi diceretur, noluit regnare honore regio inſtar aliorum, licet reuera eſſet iure, & poteſtate Rex: reſponſio hæc colligitur ex ſupra citatis, præcipue Theodoreto, & Baſilio, qui aſſerunt ſuper thronum Dauid non ſediſſe, volunt tamen Chriſtum ſecundum humanam naturam totius orbis, & omnium gentium imperium a Patre accepiſſe. Eadem reſponſio eſt Ambroſij in Luc. lib. 3. cap. 3. *Regem*, ait, *ſecundum honorem ſeculi non accepimus Chriſtum*, & poſt pauca: *Quod nō regnauit Chriſtus, non contra prophetiam eſt; non enim ſeculari honore regnauit, nec in Iechoniæ ſedibus ſedit, ſed regnauit in ſede Dauid.* Conſtat autem Ambroſium in epiſt. ad Hebræos cap. 1. & 2. & alijs in locis, Chriſto

ſecundum humanam naturam terreſtrium, & totius mundi tribuiſſe dominium, & hæc eſt aliorum etiam explicatio Patrum, ſed hic tantum eos propoſitum eſt recenſere, qui interpretantur allatum in oppoſitam partem Hieremiæ locum.

Obiectio. Solutio. Neque vero hæc ſolutio eſt contra ea, quæ a nobis ſupra dicta ſunt, vbi diximus, Chriſtum aliquando exercuiſſe regiam poteſtatem, & apparentem quandam gloriam recepiſſe; nam (vt ibidem diximus) non recepit eam apparentem gloriam inſtar cæterorum, quæ ad faſtum quendam, & honorem ſecularem potius pertinet; deinde, quia rarò exercuit; res autem attendi debet ex maiori parte, & inde denominari: Chriſtus autem fere ſemper ſe abſtinuit, & raro exercuit regiam dignitatem. ſed circa ſolutionem primæ Obiectionis ſatis eſt dictum.

Reſponſ. ad 2. Obiect. Secunda Obiectio facile ſoluitur: Ariſtobolus, & Machabæi non regnarunt, ait Baſilius loco citato in 5. reſponſione, in ea latitudine, vt Dauid regnum erat; & ideo non reſtauratus eſt per illũ Thronus Dauid, ſed licet Ariſtobolus, & alij regnaſſent in omni Palæſtina, & latiore regione, quam Dauid, nihil inferri poteſt contra nos: etenim Ariſtobolus, & qui deinceps denominati ſunt Machabæi, non fuerũt ex genere maſculino e Dauidis familia, vt docet Ioſephus lib. 4. antiq. & cum eo Hieron. in comment. in 22. cap. Hierem. Euſeb. lib. 1. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 6. & alij.

Secũdo, quia Mach. c. 2. de Matathia patre Machabæorũ hæc ſcripta habentur: *In diebus illis ſurrexit Matathias filius Ioannis, filij Simeonis, Sacerdos ex filiis Ioarim*. at familia Ioarim inter familias Aaron refertur. 1. Paralip. cap. 24. tum quia cum Ariſtobolus, & Machabæi fungerentur ſacerdotio, iam aperte conſtat, fuiſſe paterno genere de tribu Leui: nam ex illa tantum

erant

erant Sacerdotes, vt adnotauimus ſupra.

Ad tertiam obiectionem reſpōdetur: primo oppono Athanaſio(niſi alius illius homil. fuerit auctor)Epiph. aſſerentem thronum Dauid, & Sacerdotiū translatum in Præſules Eccleſiæ; oppono Aretham idem affirmantem, cum velit datam clauim Dauid Petro, cum dictum eſt: *Tibi dabo claues regni cælorum*: oppono Procopium, qui de præſule explicabat, cui datus ſit thronus Dauid, & id ipſum affirmant etiam Cyrillus Alexandrinus, & Paulinus Nolanus Epiſcopus, quorum verba alibi adducemus, & colligitur etiam ex aliis Patribus, quos citauimus ſupra, præcipue Arnobio, Rabano, D. Thoma, & cæteris, qui etſi exponant de Chriſto, apparet loqui de eo, veluti Eccleſiæ capite, vt ſit tranſmiſſā in Eccleſiā talis dignitas, & in illa per Chriſtum reſtaurata: quod ita dicendum eſſe ex rationibus, quas attulimus, videtur manifeſtum. *Reſponſ. ad 3. Obiect.*

Secundo reſpondeo, loqui Athanaſium de throno Dauidico quoad ſecularem honorem, & executionem, non quo ad poteſtatem, & directionē, & ſubiectionem iure debitā Præſulibus Catholicæ Eccleſiæ: *Neque*, ait Athanaſ. *addidit, vt cōfirmet, aut corroboret*. atque hæc verba, *ut confirmet, & corroboret*, dicta ſunt de throno Dauidico ab Eſaia cap. 9. itaque *ſimpliciter*, vt idem Auctor ait, *non dedit*, ſed quo ad aliquam partem, nempe executionem, & ſecularem honorem.

Deinde quia aſſerit translatum hunc thronum in Chriſtianos, quibus dederit, vt in Chriſtianis regnet in æternum, quibus conſtat tranſtuliſſe in Eccleſiam, ſeu in Reges, vt Chriſtianos, & membra Eccleſiæ, quare infra; *Conſummatis omnibus, quæ ad negotium mortis, & crucis pertinebāt poſt reſurrectionem ſuis aiebat: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra*. & inde inquit Auctor, *regnare incepit, & dicitur Chriſtianorū*

Rex,

Rex:e quibus euidenter colligitur datum thronum Regibus, prout Chriſtiani ſunt, & membra Eccleſiæ: at membra in ſuo regimine, & ſubiectione dependent a capite: hinc itaque cum vnicum ſit loco Chriſti viſibile ſupremum caput Eccleſiæ, propterea dependebant a Romano Pontifice ſupremo viſibili Eccleſiæ capite.

Accedit, quod ſi poſt reſurrectionem regnare incepit in Chriſtianis, vt Auctor affirmat, & dicitur Chriſtianorum Rex: ergo antequam vlli forent Chriſtiani Reges, quibus diu caruit Eccleſia, translatum erat in Eccleſiam iſtud ſolium, & tamen Auctor loquitur de Chriſto, vt Rege rerũ temporalium: nam antea de hoc regno, & throno Dauid rerum temporalium factus fuerat ſermo ab Auctore, & volebat oſtendere conuenire Chriſto hanc poteſtatem ſecundum humanã naturam, vt eam acquiſiuerit meritis mortis, reſpondẽs ad Arianorum obiectionem, qui ex hoc Lucæ loco conabantur oſtendere Chriſtum eſſe creaturam, & non Deum; & quod dicimus de Athanaſio, idem dicimus, ſi qui alij ſunt, qui de regibus Chriſtianis exponunt.

Ex his vero apparet, quid ad Inſtantiam factam reſpondendum ſit: nam rationes factæ concludunt thronum Dauidicum translatum in ipſam Eccleſiam, ita vt etiam ſi dicamus translatum in Reges Chriſtianos, aſſerere debemus veluti Chriſtianos, & fide imbutos, & propterea veluti membra corporis myſtici Eccleſiæ, quæ in regimine dependent, & ſubiectione a ſupremo capite. Conditiones, quas initio attulimus, throni Dauidici, & quæ diximus in examine particulari cuiuſque loci, aperte probant thronum Dauidicum translatum in Eccleſiam, & Præſules, quæ totam repræſentant Eccleſiam.

Reſponſ. ad 4. obiect. Quartam Obiectionem impugnauimus pluribus ſuperioribus capitibus, vt non videatur neceſſe amplius impu-

impugnare, etenim cum ſemper ſit Eccleſia vbique gentium, & locorum, quippe quæ Catholica eſt, ita Vicarium ſemper habet Petri ſucceſſorem loco Chriſti, qui, vt dictum eſt, minus errare poteſt in fidei, morumque decretis in vniuerſali regimine determinandis; ita cõceditur typus fuiſſe regnum Dauid in Synagoga reſtaurationis in religione, fide, & cognitione rerum cæleſtium, & ſpiritualium throni Dauid futuri per Chriſtum ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech in Noua lege, & Euangelio: hiſce enim ſtabiliri, & roborari regnum diximus: non tamen negari poteſt, aut debet, nõ fuiſſe etiam in Eccleſia modo a nobis ſupra explicato vere rerum temporalium dominium, ſicuti fuit in Synagoga. ſed de throno Dauidico hactenus.

TESTIMONIIS ESAIAE PROBATVR Reges; & Regna ſubiecta eſſe Eccleſiæ. Cap. VIII.

REges, & regna fore Eccleſiæ ſubiecta pluribus in locis docet Eſaias: afferamus vnũ, & alterum. Cap. 49. verba ſiunt de Eccleſia; *Ecce*, ait Deus, *leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum, & afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt, & erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ, & vultu in terram demiſſo, adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.*

Si Reges erunt nutritij, & Reginæ nutrices Eccleſiæ, adeo vt demiſſo vultu eam venerentur proſternendo ſeſe, quomodo non in temporalibus ſunt Reges ſubiecti? nutrire certe Reges Eccleſiam ſpiritualibus ex poteſtate haud poſſunt, cum non habeant facultatem, debent itaque verba illa de rebus tempo-

ralibus

Google

ralibus intelligi, vt temporalibus diuitiis Reges nutriant, & foueant Eccleſiam, veluti matrem, illique inſeruiant omni animi demiſſione. Sed clarius hęc eadē docet Eſaias c.60. *Me*, inquit Vates ex Chriſti, & Dei perſona, *Inſulę et naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longe, argentum eorum, & aurum eorum in eis nomini* Domini *Dei tui, & ſancto Iſrael, qui glorificauit te, & ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum miniſtrabunt tibi: in indignatione enim mea percuſſi te, & in reconciliatione mea miſertus ſum tui, & aperientur portæ tuæ iugiter die, ac nocte, non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, &* Reges *earum adducantur. gens enim & regnum, quod non ſeruierit tibi peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur: gloria* Libani *ad te veniet, abies, buſſus, & pinus ſimul ad adorandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. & venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem Domini* Sion *ſancti Iſrael; pro eo quod fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat, qui per te tranſiret, ponā te in ſuperbiā ſeculorum, gaudiū in generationem, & generationem, & ſuges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis, & ſcies, quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob; pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro linguis æs, & pro lapidibus ferrum, & ponā viſitationem tuam pacem, & propoſitos tuos iuſtitiam.* Ita Eſaias, ex cuius verbis pluribus probatur Eccleſiæ temporale dominiū. Et primo oſtenditur verbis illis: *Reges*, inquit Vates, *miniſtrabūt tibi*: Si Reges miniſtrabūt Eccleſiæ, quomodo ergo nō ſunt ad obſequiū Eccleſiæ? Neq; dicas miniſtrare quidem debere, ſed in ſpiritualibus; hoc enim, vt modo dicebā, nihil eſt: nam miniſtrare in ſpiritualibus, vel

ipſa

ipſa intelligūtur ſpiritualia miniſtrari, vel temporalia: non ſpiritualia, nam miniſterium ſpiritualium pertinet ad ſacras poteſtates; quæ ſunt miniſtræ ſpiritualium, miniſtrabunt itaque Eccleſiæ temporalia. Sunt ergo Reges miniſtri rerum temporalium gratia ſpiritualium: cū enim temporalia nō ſint niſi propter ſpiritualia, ita nō debēt niſi propter illa adminiſtrari: prædicitur itaq; ex Dei voluntate adminiſtratio rerum temporalium.

2. Rurſus Vates: *Gēs, ait, & regnum quod tibi non ſer uiet, peribit, & gētes ſolitudine vaſtabuntur*, certe hiſce verbis intelligitur obſequium, quod debet a Regibus, & gentibus præſtari, & vtique rerum, de quibus antecedentibus, & ſequentibus verbis fit mentio; de ſplendore nimirum rerum temporaliū, quarum Reges ſunt, & poteſtatem habent: quod ſi peribunt, niſi ſeruiant, & præſtent illud obſequiū, iam iſtud iure eſt debitum. Quare quod Vates ſupra ex voluntate, & perſona Dei ſignificarat præſtandum miniſterium, & obſequium a Regibus, iure debitum eſſe iſtud declarat, ita vt peccēt, & damnentur, niſi velint obſequium iſtud præſtare, & diuinæ Dei voluntati, & Eccleſiæ parere. & quo intelligas debere eſſe ſeruitutem etiam ad ſplendorem, & ornatum, ſubiūgit ſe explicando: *Vt ſugas lac gentium, & mămilla Regum lacteris*, ſignificatur enim hiſce verbis debere eſſe eam ſeruitutem ad vtilitatem, & ſplendorē Eccleſiæ.

3. Sed pergit deinde Eſaias: *Et ponam viſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos iuſtitiam*, Septuaginta, vt diximus ſupra tranſtulerunt: *Ponam Principes tuos in pace, Epiſcopos tuos in iuſtitia*, quæ verba intelligi de Apoſtolis ab Ireneo, Chryſoſtomo, & cæteris Patribus, iam eſt oſtenſum; Eccleſia enim antequam transferret Hieronymus ex Hebraico Codice in Latinam linguā ſacram Scripturam, vtebatur Septuaginta Interpretum

 transla-

verbo alieno & diſſentaneo inſidiari locus: Addit etiã, & Reges earum adſtabunt tibi, nam & hodie quoque Romanarum copiarum Duces, Regumque timor inſidias ab Eccleſiis propellunt, vel certe cum adſtandi vocabulo vſus eſt, obedituros eſſe ſignificat: parent enim ſacroſanctis oraculis, quod concionatur Eccleſia, omni ratione venerantur, & ſeruant: reperies vera iſta etiam ſecundum hiſtoriã, quo tempore Cyri Darij mandato reſtaurata eſt Hieruſalem, contigiſſe.

Et infra: *Quod ſi hiſtoriam etiam ſequaris, & Duces, & Reges ipſos Romanorum in Eccleſiam ingreſſos eſſe reperies: Adijcit deinde, qui non ſeruient tibi, Dei nimirum Ciuitati, pulchram maxime, & ſalutarem ſeruitutem, peribunt:* apparet his verbis Procopium eadem ſenſiſſe, quæ Hieronymus, dum dicit *pulchram, & maxime ſalutarem ſeruitutem;* voluit enim debere eſſe talem ſeruitutem, quæ non ſolum ſit quoad neceſſitatem, ſed quoad vtilitatem, & ornatum, vt maxime pateat aditus ſalutis: quod alijs verbis ait Hieronymus *bonam, & vtilem ſeruitutem, vt trãsferantur in dignitatem Apoſtolicam*, Græce ita legitur τὴν κάλλιςον δουλείαν καὶ σωτήριον: verbum καλὸς ſæpe ſignificat commodũ, & opportunũ, & in hoc ſenſu hic accipi videtur: quare maxime opportunã, & cõmodam Eccleſiæ debere Reges exhibere ſeruitutem ſignificat. & paulo poſt in ea verba, *Vt ſugas lac gentium, &c. ſunt nõnulli, ait, qui iſta, & quæ deinceps ad gentium munera, & donaria regia demenſa, & ſtipendia, quibus hucuſque eorum liberalitate fruimur, qui rerum potiuntur, referri arbitrantur; alij vero per Reges eos ipſos, qui beatitudinibus digni ſunt, quibus Regnum cælorum pollicetur Chriſtus, ſignificari; alij etiam ſecundum hiſtoriam diuitias illas, quas in ea Reges, & Principes Deo obtulerunt, per quem eſt hoſtibus liberata, ſuaque poteſtati, & imperio reſtituta:* ita Procopius, qui varias licet in citata verba afferat expoſitiones, non eſſe diſcrepantes inter ſe, & eas recipere omnes poſſumus, quæ tamen vltimo loco allata eſt, ſecundum hiſtoriam teſte Procopio, eſt, & ideo illi videtur magis probata, & vltimo propterea loco relata.

Porro

Porro ſi eſt ab hoſtibus liberata, & ſuæ poteſtati, & Imperio reſtituta, vtique erat ea poteſtas iure debita Eccleſiæ, & illæ etiam diuitiæ. Eadem cum ſuperioribus docent CYRILLVS in Commentarijs, RVPERTVS Abbas, qui eadem fere dicit, quæ habet Hieronymus, S. PROSPER, S. LEANDER Epiſcopus Hiſpalenſis. PETRVS Bleſenſis Archidiaconus Bathonienſis. LIRANVS. CARTHVSIANVS. GVLIELMVS Antiſiodorenſis; ROARDVS Taper, haud ignobilis noſtro tempore Theologus; & alij, quorum verba ſuis locis referemus.

Sed obijciet aliquis D. Tho. qui in Commentarijs vult ad litteram hæc dicta de Synagoga, myſtice de Eccleſia, *Myſtice*, ait, *filij tyrannorum quondam Eccleſiam perſequentium Eccleſiæ famulabuntur. Pſal. 109. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*, ſic D. Thomas.

Sed venia petita a tanto viro, etſi ex parte, quæ hoc capite dicuntur ab Eſaia, contigerunt in Synagoga tempore Cyri, & Darij, vt videre eſt Eſdræ cap. 4. & in libris Regum, tamen certum eſt, iuxta litteram hæc impleta eſſe in Chriſto, & Eccleſia. Probatur id primò rationibus illis, quas ſuperiore capite adduximus. Deinde ex tot Patrum auctoritatibus, qui iuxta litteram de Chriſto, & de Eccleſia explicant, ita Hieronymus, Leander, Proſper, Rupertus, Cyrillus, Procopius, & cæteri Doctores ſupra allati. & Cyrillus, ac Hieronymus, qui Commentarios edidere in Eſaiam, haud referunt vllo modo, quæ hic dicuntur in hoc cap. ad Synagogam, ſed omnia de Eccleſia exponūt. Ad hos accedunt Irenæus, Chryſoſtomus, & cęteri, qui verba illa *Ponam viſitationem tuā in pace, & præpoſitos tuos iuſtitiam*, de Epiſcopis exponunt; immo vero à principio capitis vſque ad citata à nobis verba, ſub Hieruſalem, & Sion nomine apparet Eſaiam loqui de Eccleſia. quare Hieronymus,

ralibus intelligi, vt temporalibus diuitiis Reges nutriant, & foueant Eccleſiam, veluti matrem, illique inſeruiant omni animi demiſſione. Sed clarius hęc eadẽ docet Eſaias c. 60. *Me*, inquit Vates ex Chriſti, & Dei perſona, *Inſulę et naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longe, argentum eorum, & aurum eorum in eis nomini* Domini *Dei tui, & ſancto Iſrael, qui glorificauit te, & ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum miniſtrabunt tibi: in indignatione enim mea percuſſi te, & in reconciliatione mea miſertus ſum tui, & aperientur portæ tuæ iugiter die, ac nocte, non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, &* Reges *earum adducantur. gens enim & regnum, quod non ſeruierit tibi peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur: gloria* Libani *ad te veniet, abies, buſſus, & pinus ſimul ad adorandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. & venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem Domini* Sion *ſancti Iſrael; pro eo quod fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat, qui per te tranſiret, ponã te in ſuperbiã ſeculorum, gaudiũ in generationem, & generationem, & ſuges lac gentium, & mamilla Regum lactaberis, & ſcies, quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob; pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro linguis æs, & pro lapidibus ferrum, & ponã viſitationem tuam pacem, & propoſitos tuos iuſtitiam.* Ita Eſaias, ex cuius verbis pluribus probatur Eccleſiæ temporale dominiũ. Et primo oſtenditur verbis illis: *Reges*, inquit Vates, *miniſtrabũt tibi*: Si Reges miniſtrabũt Eccleſiæ, quomodo ergo nõ ſunt ad obſequiũ Eccleſiæ? Neq; dicas miniſtrare quidem debere, ſed in ſpiritualibus; hoc enim, vt modo dicebã, nihil eſt: nam miniſtrare in ſpiritualibus, vel

ipſa

ipſa intelligũtur ſpiritualia miniſtrari, vel temporalia: non ſpiritualia, nam miniſterium ſpiritualium pertinet ad ſacras poteſtates, quæ ſunt miniſtræ ſpiritualium, miniſtrabunt itaque Eccleſiæ temporalia. Sunt ergo Reges miniſtri rerum temporalium gratia ſpiritualium: cũ enim temporalia nõ ſint niſi propter ſpiritualia, ita nõ debẽt niſi propter illa adminiſtrari: prædicitur itaq; ex Dei voluntate adminiſtratio rerum temporalium.

2. Rurſus Vates: *Gẽs, ait, & regnum quod tibi non ſeruiet, peribit, & gẽtes ſolitudine vaſtabuntur*, certe hiſce verbis intelligitur obſequium, quod debet a Regibus, & gentibus præſtari, & vtique rerum, de quibus antecedentibus, & ſequentibus verbis fit mentio; de ſplendore nimirum rerum temporaliũ, quarum Reges ſunt, & poteſtatem habent: quod ſi peribunt, niſi ſeruiant, & præſtent illud obſequiũ, iam iſtud iure eſt debitum. Quare quod Vates ſupra ex voluntate, & perſona Dei ſignificarat præſtandum miniſterium, & obſequium a Regibus, iure debitum eſſe iſtud declarat, ita vt peccẽt, & damnentur, niſi velint obſequium iſtud præſtare, & diuinæ Dei voluntati, & Eccleſiæ parere. & quo intelligas debere eſſe ſeruitutem etiam ad ſplendorem, & ornatum, ſubiũgit ſe explicando: *Vt ſugas lac gentium, & mãmilla Regum lacteris*, ſignificatur enim hiſce verbis debere eſſe eam ſeruitutem ad vtilitatem, & ſplendorẽ Eccleſiæ.

3. Sed pergit deinde Eſaias: *Et ponam viſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos iuſtitiam*, Septuaginta, vt diximus ſupra tranſtulerunt: *Ponam Principes tuos in pace, Epiſcopos tuos in iuſtitia*, quæ verba intelligi de Apoſtolis ab Irenęo, Chryſoſtomo, & cæteris Patribus, iam eſt oſtenſum; Eccleſia enim antequam transferret Hieronymus ex Hebraico Codice in Latinam linguã ſacram Scripturam, vtebatur Septuaginta Interpretum

translatione; quare communi conſenſu Patres eam lectionem receperunt, & de Apoſtolis explicarunt, cũ Septuaginta Spiritu ſancto afflati *Epiſcopi* nomẽ appoſuerunt: iam vero cũ Eccleſiæ fiat ibi mentio, de qua futura aſſeritur temporalis felicitas iure debita a Regibus, & regnis, plane apparet Epiſcopis, qui Præpoſiti ſunt Eccleſiæ in temporalibus, etiam tale obſequium a ſecularibus Principibus deberi.

4. Videamus an hæc conſona ſint Patribus, & initium ducamus a Summis Pontificibus.

LEO Secundus in epiſtola ad Conſtantinum Imperatorem.

Non minor regnantium cura eſt praua corrigere, quã de aduerſarijs triumphare; quia ei nimirum poteſtatem ſuam ſeruiendo ſubijciunt, cuius profecto munere, & protectione imperare noſcuntur: vnde diuinitus prædordinata veſtra Chriſtianiſſima pietas, & habitaculum digniſſimum Sancti ſpiritus in ſui cordis arcano præparauit, quando caput Eccleſiæ Dominum Ieſum Chriſtum veræ pietatis regulam amplectendo conceſſi ſibi ab eo regni demonſtrat auctorem, ſanctum venerabile corpus eius, quæ eſt Sancta Mater Eccleſia, vt ſincerus, & principalis filius, largiendo atque fouendo inconcuſſa facit ſoliditate gaudere. ſcriptum eſt igitur de vobis clementiſſime Principum, & de eadem Sancta Eccleſia, toto terrarum orbe diffuſa: Erunt, inquit, Reges nutritij tui: pariterque ſcriptum eſt, Honor Regis iudicium diligit, quia dum diuina rebus humanis præponitis, & Orthodoxam fidem curis ſecularibus incomparabiliter antefertis, quid aliud, quã iudicium rectum Dei cultui mancipatis; & ſacrificium puriſſimum, atque holocauſtum diuinæ ſuauitatis odore flagrans in ara veſtri pectoris eius inuiſibili Maieſtati mactatis? hæc Leo ſecundus Sanctiſſimus Pontifex, qui ita citat verba Eſaiæ, vt plane conſtet velle obſequium

præſtan-

præſtandum Eccleſiæ a Regibus tamquam iure debitũ, ſtatim enim poſt verba Eſaiæ citata: *Honor* ait *Regis iudicium diligit, quia dum diuina rebus humanis præponitis, & orthodoxam fidem rebus ſecularibus incomparabiliter antefertis, quid aliud, quam iudicium rectum Dei cultui mancipatis?* nam ſi præponendo diuina humanis, & fidem ſine comparatione curis ſecularibus, rectum ſit iudicium, iam ſicuti iure debent ſemper preponi diuina humanis, & fides rebus ſecularibus, ita iure debitum eſt hoc obſequium Eccleſiæ, ordinando temporalia ad ſpiritualia, & ſubijciendo Deo, & mancipando ſe diuino cultui corporis Chriſti Eccleſiæ, cuius Reges ſunt filij, vt ipſe Leo affirmat.

Eadem fere hæc verba Leonis habentur in epiſtola CONCILII Byzaceni ſubſcripti a quadraginta, & amplius Epiſcopis, ad Conſtantinum Auguſtum: recepta eſt hæc epiſtola a Martino primo, & a generali Cõcilio Lateranenſi. quibus apparet cõſentire CYRILLVM in Comentarijs, & cæteros. audiamus alios Patres, qui alterum Eſaiæ locum interpretantur.

HIERONYMVS: *Gentes*, ait, *& Reges earum, quæ ſeruire Eccleſiæ noluerint bonam, & vtilem ſeruitutem, vt in Apoſtolicam transferãtur dignitatem, peribunt ea perditione, quæ impijs præparata eſt, & quicquid in eis fuerit, redigetur in ſolitudinem,* hæc Hieronymus explicans Eſaiam de ſeruitute Regum Eccleſiæ, non ſolum quoad neceſſitatem, ſed etiam vtilitatem, vt transferantur in dignitatẽ Apoſtolicam, itaque iure eſt debita ea ſeruitus ſub lethalis criminis labe, nam fore aſſerit, vt alioquin pereant ea perditione, quæ impijs eſt præparata.

PROCOPIVS: *Aedificabunt alienigenæ muros tuos, quod etiam nunc contigiſſe videas, præſunt enim Eccleſiæ Ethnici, ſuaque eos doctrina, & præceptis obtegunt, ne detur*

Digitized by Google

verbo alieno & diſſentaneo inſidianti locus: Addit etiã, & Reges earum adſtabunt tibi, nam & hodie quoque Romanarum copiarum Duces, Regumque timor inſidias ab Eccleſiis propellunt, vel certe cum adſtandi vocabulo vſus eſt, obedituros eſſe ſignificat: parent enim ſacroſanctis oraculis, quod concionatur Eccleſia, omni ratione venerantur, & ſeruant: reperies vera iſta etiam ſecundum hiſtoriã, quo tempore Cyri Darij mandato reſtaurata eſt Hieruſalem, contigiſſe.

Et infra: *Quod ſi hiſtoriam etiam ſequaris, & Duces, & Reges ipſos Romanorum in Eccleſiam ingreſſos eſſe reperies: Adijcit deinde, qui non ſeruient tibi, Dei nimirum Ciuitati, pulchram maxime, & ſalutarem ſeruitutem, peribunt:* apparet his verbis Procopium eadem ſenſiſſe, quæ Hieronymus, dum dicit *pulchram, & maxime ſalutarem ſeruitutem*; voluit enim debere eſſe talem ſeruitutem, quæ non ſolum ſit quoad neceſſitatem, ſed quoad vtilitatem, & ornatum, vt maxime pateat aditus ſalutis: quod alijs verbis ait Hieronymus *bonam, & vtilem ſeruitutem, vt trãſferantur in dignitatem Apoſtolicam;* Græce ita legitur τὴν κάλλιστον δουλείαν καὶ σωτήριον: verbum κάλλος ſæpe ſignificat commodũ, & opportunũ, & in hoc ſenſu hic accipi videtur: quare maxime opportunã, & cõmodam Eccleſiæ debere Reges exhibere ſeruitutem ſignificat. & paulo poſt in ea verba, *Vt ſugas lac gentium, &c. ſunt nõnulli,* ait, *qui iſta, & quæ deinceps ad gentium munera, & donaria regia demenſa, & ſtipendia, quibus hucuſque eorum liberalitate fruimur, qui rerum potiuntur, referri arbitrantur; alij vero per Reges eos ipſos, qui beatitudinibus digni ſunt, quibus Regnum cælorum pollicetur Chriſtus, ſignificari; alij etiam ſecundum hiſtoriam diuitias illas, quas in ea Reges, & Principes Deo obtulerunt, per quem eſt hoſtibus liberata, ſuaque poteſtati, & imperio reſtituta:* ita Procopius, qui varias licet in citata verba afferat expoſitiones, non eſſe diſcrepantes inter ſe, & eas recipere omnes poſſumus, quæ tamen vltimo loco allata eſt, ſecundum hiſtoriam teſte Procopio, eſt, & ideo illi videtur magis probata, & vltimo propterea loco relata.

Porro

Porro ſi eſt ab hoſtibus liberata, & ſuæ poteſtati, & Imperio reſtituta, vtique erat ea poteſtas iure debita Eccleſiæ, & illæ etiam diuitiæ. Eadem cum ſuperioribus docent CYRILLVS in Commentarijs, RVPERTVS Abbas, qui eadem fere dicit, quæ habet Hieronymus, S. PROSPER, S. LEANDER Epiſcopus Hiſpalenſis. PETRVS Bleſenſis Archidiaconus Bathonienſis. LIRANVS. CARTHVSIANVS. GVLIELMVS Antiſiodorenſis; ROARDVS Taper, haud ignobilis noſtro tempore Theologus; & alij, quorum verba ſuis locis referemus.

Sed obijciet aliquis D. Tho. qui in Comētarijs vult ad litterā hæc dicta de Synagoga, myſtice de Eccleſia, *Myſtice*, ait, *filij tyrannorum quondam Eccleſiam perſequentium Eccleſiæ famulabantur. Pſal. 109. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*, ſic D. Thomas. Sed venia petita a tanto viro, etſi ex parte, quæ hoc capite dicuntur ab Eſaia, contigerunt in Synagoga tempore Cyri, & Darij, vt videre eſt Eſdræ cap. 4. & in libris Regum, attamen certum eſt, iuxta litteram hæc impleta eſſe in Chriſto, & Eccleſia. Probatur id primò rationibus illis, quas ſuperiore capite adduximus. Deinde ex tot Patrum auctoritatibus, qui iuxta litteram de Chriſto, & de Eccleſia explicāt, ita Hieronymus, Leander, Proſper, Rupertus, Cyrillus, Procopius, & cæteri Doctores ſupra allati. & Cyrillus, ac Hieronymus, qui Commentarios edidere in Eſaiam, haud referunt vllo modo, quæ hic dicuntur in hoc cap. ad Synagogam, ſed omnia de Eccleſia exponūt. Ad hos accedunt Irenæus, Chryſoſtomus, & cęteri, qui verba illa *Ponam viſitationem tuã in pace, & præpoſitos tuos in iuſtitiam*, de Epiſcopis exponunt; immo vero à principio capitis vſque ad citata a nobis verba, ſub Hieruſalem, & Sion nomine apparet Eſaiam loqui de Eccleſia. quare Hieronymus,

Cyrillus

Cyrillus, Procopius, & Proſper, quæ dicuntur initio ca pitis, explicant verbis illis ex Pſal. 71. Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerēt, Reges Arabum, & Saba dona adducent, quę de Magis dicta eſſe ſupra etiam oſtendimus; & de Chriſto exponunt Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 17. Sanctus Ioannes Chryſoſtomus eadem docet homilia 2. in cap. 2. Matth. in ea verba *apertis theſauris ſuis*, & Homil. 26. in varios Matthæi locos; Synodus Nicæna ſecunda actione 6. non longe à fine: *Sane*, inquit, *Deus per Eſaiam prophetam ad eam Ecclesiam, ait, ponam te exultationem æternam, lætitiam generationibus generationum: & per Eccleſiaſticum: Tota pulshra es propinqua mea, tota pulchra es, & reprehenſio non eſt in te*, & cætera ſubiungit explanans de Eccleſia. ſic paſſim reperies alios Patres idem voluiſſe.

Patet itaque reuera iuxta litteram intelligi verba Eſaiæ citata de Eccleſia, quamquam ex parte non negamus intelligi poſſe de Synagoga tempore Darij, & Cyri, vt ſupra dicebamus, & adnotauit Procopius; ſicuti nonnulla etiam de Eccleſia dicuntur hic in cæleſti Hieruſalem complenda, ita Baſilius in Commentarijs in Pſal. 45. in ea verba: Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei: *Illi plane Ciuitati*, ait Baſilius, *pollicetur per per Eſaiam* Deus: *Ponam te in exultationem æternam, lætitiam generationum generationibus, & non erit contritio, & miſeria in terminis tuis, ſed vocabitur ſalutare muri tui, &c.* ſic etiam Origenes in Ioannem exponens ea verba: *At ille dicebat de templo corporis ſui*, apparet eadem verba referre ad cæleſtem Hieruſalem: quod etiam videre eſt ex Ioanne cap. 22. Apocalypſis, qui quædam deſumpſerunt ex Eſaia, & ibi aliqua ſaltem de Eccleſia triumphante dicuntur, & bene: nam ſicuti in typo quædam præceſſere in Synagoga, quæ complentur in Eccleſia; ita aliquot etiam dicuntur, quæ ad

trium-

Digitized by Google

triumphantem referuntur Eccleſiam, ſicuti enim erāt, quæ fiebant in ſynagoga, typus earum rerum, quæ futura poſtea erant in Eccleſia, ita quæ in Eccleſia fiunt, ſupernæ Hieruſalem.

Alterum quod quis obijcere poſſet, illud eſt, ſi dicat vaticinari quidem Eſaiam de Eccleſia, & Regibus, verum tantùm, quid futurum ſit, prædicere: ad hanc obiectionem, quid reſpondendum ſit, patere arbitror ex dictis: oſtenſum eſt enim ex plurium Patrum interpretatione, ita vaticinari prædicta de Regibus Eſaiā, vt ex Dei voluntate, & ordinatione futura ſit ea ſubiectio Regum & illud obſequium iure ſit præſtandum.

Accedit, quod iſto modo poſſemus dicere ea, quæ vaticinatur, verbi gratia, Eſaias de Chriſti paſſione, & morte cap. 53. & Dauid Pſal. 21. ea tamquam futura prædici; cum tamen ea ita prædicantur tamquam diuina ordinatione, & Voluntate diuina expreſſa, vt pateretur illa pro peccatis noſtris Chriſtus.

Tertio, quia oſtenſum eſt ipſum Eſaiam ita ſe exponere, vt velit iure debitum eſſe tale obſequium, ita vt niſi illud Eccleſiæ præſtetur, gentes, & regna æterna etiā damnatione intereāt verbis illis: *Gens, & Regnum, quod tibi non ſeruiet, peribit.* Affirmandum igitur regna omnia Eccleſiæ diuino iure in ſacris litteris expreſſo eſſe ſubiecta, & conſequenter penes Eccleſiam eſſe dominium diuino iure rerum temporalium: ſicuti enim regna ſunt diuino iure ſubiecta Eccleſiæ; ita Eccleſia habet diuino iure in regna dominium, cum ſeruitus, & dominium inuicem referantur.

IN

IN TYPO, ET FIGVRA HIEREMIAE *Chriſtus conſtitutus oſtenditur ſuper gentes, & regna, & per Chriſtum Romanus Pontifex. Cap. IX.*

IN typo, & figura Hieremiæ Chriſtum eſſe conſtitutum eſſe ſuper gentes, & regna, & per Chriſtum Romanū Pontif. ſic ex eiuſdem Hieremiæ cap. 1. videtur expreſſum: *Miſit Dominus*, ait vates, *manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me: ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes*, ita ille, quæ dicta quidem eſſe ad Hieremiam conſtat, & ex parte illi conueniunt: cæterum proprie, & omni ex parte Chriſto, & hanc eſſe plurium ſententiam docet Hieronymus in ſuis commentarijs, ita Gregorius Nyſſenus lib. de incredulitate Iudæorū: *Ecce*, ait Nyſſenus, *conſtitui te ſuper gentes, & regna, quæ verba de Hieremia non intelliguntur, nam quæ regna extirpauit, aut quas gentes perdidit? verum hæc de Chriſto Domino dicta ſunt*, ita Nyſſenus, quæ docuit longe ante ipſum Origenes tract. 1. in Matth.

Rupertus Abbas in commentarijs cap. 4. *Ecce conſtitui te ſuper gentes, & ſuper regna, te inquam factum obedientem vſque ad mortem; mortem autem crucis, conſtituam ſuper gentes, & ſuper regna, iuxta quod de te canit Pſalmiſta*, Minuiſti eum paulominus *ab Angelis gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum; omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, vt euellas, deſtruas, diſſipes*, & cętera: ita etiam de Chriſto exponit Cyprianus lib. 1. contra Iudæos adducens hūc

locum, quo probet gentes credituras in Chriſtum, & de Chriſto ad litterã exponit Rabanus Maurus in comment. & Ambroſius in comment. in Pſalm. 43. & plures alij, inter quos illi recenſendi ſunt, qui de Pontifice Romano explicant. igitur per Chriſtum loco eius conſtitutum eſſe Romanum Pontificem ſuper gentes, & regna multi affirmant, adeo vt multa argumenta ad huius rei confirmationem adduci poſſint. Primũ argumentum adduci poteſt, petitum ex auctoritate Summorum Pontificum; ſecundum ex auctoritate Conciliorum; tertium ex auctoritate Patrum; quartum ex auctoritate Theologorum, & Canoniſtarum; quintum ex ipſo verborum contextu Hieremiæ. ex ſummis itaque Pontificibus ita Hieremiam explicant de ſacerdotibus, & ſacris poteſtatibus, quæ conſtitutæ ſint ſuper gentes, & regna loco Chriſti, qui figura præceſſit in Hieremia.

1. IOANNES Octauus in Epiſtola ad Baſilium Imperatorem: *Portamus*, ait, *omnium onera, qui grauantur, immo portat hæc in nobis amator veſter Beatus Petrus Apoſtolus, qui nos in omnibus ſolicitudinis ſuæ protegit, & tuetur heredes, ſed quia & profeſſionis noſtræ officio cum Hieremia nihilominus dicitur: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & plantes, etiam veſtra pietas ab Apoſtolatu noſtro pro hoc ipſo perſonas poſtulat.* Ita Pontifex aſſerens ad ſuum officiũ ſpectare, quod dictum eſt ad Hieremiam: *Ecce conſtitui te ſuper gentes*. ita etiam Innocentius Tertius in conſecratione Romani Pontificis de ſe ipſo verba faciens, cum ad dignitatem Pontificiam euectus, & conſecratus eſſet: *Quis autem ſum ego, aut quæ domus patris mei, ut ſedeã excellẽtior Regibus, & ſolium gloriæ teneam: Mihi namque dicitur in propheta: Conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes,*

Digitized by Google

& plantes: mihi quoq; dicitur in Apoſtolo: Tibi dabo claues regni cælorum. idem quoque alibi affirmat. & ſimili ratione Gregorius ſeptimus lib. 6. regiſ. epiſt. 12. ad Landulphum; Bonifacius Octauus c. vnam ſanctam, de maioritate, & obedientia. & plures alij Pontifices, inter quos in eandem ſententiam iſſe conſtat Nicolaum Primum, vt infra dicam.

2. Venio ad Concilia, quæ eodẽ modo Hieremiam cum Pontificibus explicant.

Concilium Conſtantinopolitanum actione quarta, in ſententia Mennæ Patriarchæ Conſtantinopolitani contra Anthimum, quæ ſubſcripta eſt a ſeptuaginta, & pluribus Epiſcopis. Sed optime docent iuriſdictionem ſupremam in omnibus

CONCILIVM Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 10. & 11. & CONCILIVM Meldenſe ſub Carolo Iuniore Rege Francorum, anno Domini 845. in præfatione: afferemus verba in claſſe 3. Conciliorum.

Adiungi poteſt ad hæc veluti loco concilij Eccleſia Orientalis, quæ in epiſtola ad Symmachum Papam; ita loquitur: *Non in ligando tantum poteſtas eſt tibi data, ſed in ſoluendo quoque diu vinctos ad imitationem Magiſtri: neque in eradicando, & eruendo, ſed in plantando, & ædificando ſecundum B. Hieremiã, magis ſecundum Saluatorẽ mundi Chriſtũ, in cuius ille extitit typo; neque in tradendo tantum Satanæ in interitum carnis, ſed & in charitate formãdo longa auerſione eiectos, ne quod abſit, maiori triſtitia abſorptis nobis a Satana videamini pertuliſſe diſpendium. nõ enim ignoras eius ingeniũ, qui quotidie a ſano doctore tuo Petro doceris, oues tibi per totum habitabilem mundum creditas tibi paſcere non vi, ſed ſponte coactas.* Ita Orientalis Eccleſia alludens ad locum Hieremiæ, & exponens illum de Romano Pontifice Symmacho, qui præſit loco Chriſti paſcen-

ſcendis eius ouibus per totum habitabilem mundum, plantando, & ædificando, nec in tradendo ſolum Satanæ in interitum carnis,ſed etiam in charitatem forman do; quibus ſane oſtenditur ſuprema Romani Pontificis in rebus omnibus etiam coactiua facultas.

IDEM HIEREMIAE LOCVS EX Patribus, et Theologis, et pluribus præterea rationibus confirmatur.

Cap. X.

POST Concilia ſequuntur Patres,deinceps vero Theologi.

3. Bernardus Epiſt. 237. quæ eſt ad Eugenium Papam: *Locus, in quo ſtas, terra ſancta eſt; locus Principis Apoſtolorum; locus illius eſt, quem conſtituit Dominus dominum domus ſuæ,& principem omnis poſſeſsionis eius*: & paulo infra. *Ad hoc enim conſtitutus es ſuper gentes, vt euellas, & deſtruas, & ædifices, & plantes.* *Patres.*

Petrus Belenſis Archidiaconus Bathonienſis epiſt. 144. ſcribens Reginæ Angliæ nomine ad Celeſtinum tertium Pontificem. *Tota occidentalis Eccleſia confecta lamentis in ſpiritu contrito, & humiliato ſupplicat vobis, quem conſtituit Deus ſuper gentes, & regna in omni plenitudine poteſtatis.* Sic Archidiaconus Bathoniē.

Petrus Venerabilis Abbas Cluniacenſis(fuit hic doctrina, & vitæ integritate inſignis, & floruit tempore B. Bernardi: extant autem vltro, citroque datæ epiſtolæ Bernardi ad Petrum,& Petri ad Bernardum) lib. 6. epiſt. 29. ad Eugenium Papam: *Addita eſt inſuper verborum contumelia, quæ apud Imperatores ſeculi reos maieſtatis faceret, & pœna ad minus capitali puniret; ſed*

quamuis Eccleſia non habeat Imperatoris gladium, habet tamen ſuper quoſlibet minores, & ſuper ipſos Imperatores imperium, vnde ei ſub figura prophetici nominis dicitur: Conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes, qua de re ſi non poteſt occidere, poteſt deſtruere. Sic ille. aſſerens, non habere Eccleſiam gladium, quo occidat, id eſt executionem immediate per ſe exercendam, pœna ſanguinis, & mortis; attamen imperium habere, vt Reges, & regna deſtruere poſſit. eodem modo exponit Ambroſius Anſbertus initio commentariorum in Apocalypſim, & alij Latini. iam ad Græcos.

Habetur to mo 6. in concil. Epheſ. edit. Peltana

4. Theodotus Ancyræ Epiſcopus in oratione habita Epheſi contra Neſtorium: *Eſt curandi ratio, nō crudelitas, ſed ſalubris, & neceſſaria medicina. ſane medicus flens interdum membrum præſcindit, verū dum ſectioni non parcit, ſanitatem inducit. neque genus hoc medēdi nouum eſt, ſed antiquum, & iam inde ab initio vſurpatum: hac enim ratione SS. Patres venerandam hanc Eccleſiam hactenus curarunt, & conſeruarunt. obtinet ſacerdos gladium, non vt lædat, ſed vt medelam afferat, atque ipſum ſuperna gratia inſinuās quondam Hieremiā ita affabatur. Conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euertas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices & plantes: neque enim pietas commode inſeri poteſt, niſi malitia fuerit ante extirpata, per eos vtique affectum membrum primo rigare culturæ induſtria, vti pietatis ſermonem adhibere, & omne denique medicamenti genus putreſcenti membro applicare: verum ſi tabes maior fuerit, quam curationem admittat, tum demum membrorum tum affectorum ſectio præſens eſt medicina.* Sic Theodotus.

Ioannes Epiſcopus Hieroſolymitanus in reſcripto ad Ioannem Conſtantinopolitanum: *Qui*, inquit, *dedit Hieremiæ prophetæ ſuperædificare, & demoliri, & eradicare, & plantare, & Petro Apoſtolorum Principi ſoluere, & ligare, hoc communiter donauit ſacerdotio.* Ita Ioannes, & Synodus triginta, & plurium Epiſcoporum ad Patriar-

cham

cham Conſtantinopolitanum, extat hoc reſcriptum in Synodo Conſtantinopolitana act.1. tom.2. Concil. dicit autem communiter donatum ſacerdotio, quia vni Petro ſingulari priuilegio poteſtate ſuprema data eſt ligandi, & ſoluendi facultas. ſic etiam Theophylus Epiſcopus Alexandrinus epiſt.4.ad Epiphanium;Chryſoſtomus in commentariis in Matthæum. itaque ad Theologos.

D.Thomas opuſc.20.de regim.princ.c.19.lib.3.cum de tẽporali iuriſdictione Pontificis Rom.plura dixiſſet: *Hæc eſt tertia via, ſeu ratio, per quam oſtenditur, & concluditur ſummum Pontificem in dicto caſu plenitudinem poteſtatis habere: in duobus igitur caſibus ampliatur eius poteſtas, vt patet ſupra, vel ratione delicti, vel ad bonum totius fidei, quod eleganter nobis oſtendit Propheta Hieremias, cui in perſona Vicarij Chriſti dicitur: Ecce, inquit, conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, ac diſſipes, quod ad rationem delicti referimus: vbi in quatuor illis vocabulis diuerſa genera pœnarum accipimus, quæ infligi poſſunt vnicuique fideli: ſiue ſubdito, cum dicit, ſuper gentes; ſeu Domino, cum dicit, ſuper regna: ſecundum autem eſt, vnde accipimus ampliatam Summi Pontificis poteſtatem, cum poſtea dicitur, & ædifices, & plantes, quod ad prouidentiam Vicarij Chriſti pertinet pro bono vniuerſalis Eccleſiæ.* Hactenus verba D. Thomæ, qui (vt diximus) loquitur de Dominio Pontificis ſuper temporalia, vt toto capite apparet.

Similia cum D. Thoma habet Alexander Alenſis 3. parte ſummæ q.40.membro 2. *Nullus*, inquit, *eſt maior Papa in ordine ſpirituali, cuius poteſtas eſt ſuper ſecularem, ſicut ſpiritus ſupra corpus, vnde & Hieremias dicit: Ecce conſtitui te ſuper gentes, & Regna, vt euellas, diſperdes, ædifices, & plantes.* Ita Alenſis. Et de iuriſdictione temporali Romani Pontificis exponunt Franciſcus Mayro in quodlib.quæſt.11.Vgo Abbas S.Victoris eruditionis Theologicæ, & Miſcell.lib.2.tit. 28. de

Præ-

Prelatis Eccleſiaſticis explicat. Egidius Romanus de poteſtate Eccleſiaſtica par. 1. cap. 3. Idem Vgo in lib. 2. de ſacramentis fidei par. 2. cap. 4. ait, *Quod ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem & inſtituere habet, & iudicare, ſi bona non fuerit: igitur de Eccleſia, & poteſtate Eccleſiaſtica verificatur illud Vaticinium Hieremiæ: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſſipes, & diſperdas, & ædifices, & plantes, iſtud itaque vaticinium de ipſo Hieremia fuit impletum, quando prophetauit deſtructionem, et ædificationem aliquorum regnorum, propter quod per ſpiritum prophetiæ cõſtitutus fuit ſuper regna, vt ipſa ædificaret, quantum ad regna, de quibus prophetauit deſtructionem. iſtud tamen Vaticinium hodie de ipſa impletur Eccleſia, vt dicat Dominus Eccleſiæ: Ecce hodie, id eſt a die, qua formata es, conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt deſtruas, et euellas, et de ſuo loco transferendo, & ædifices, & plantes, ipſa quidem regna alia in loco ædificando, & plantando, quod alias factum eſt. quia Summus Pontifex tranſtulit imperium de Oriente in Occidentem.* hæc & alia Egidius.

Sic etiam alij Theologi Hieremiam explicant, & Canoniſtæ communi conſenſu, cap. ſolitæ. de maior. & obedien. & extr. vnam ſanctam.

Rationes. 7. Accedo ad rationes ex ipſo contextu Hieremiæ deductas, & ex Theologorum, Patrum, Conciliorum, & Pontificum verbis relatis.

Succeſſor Petri eam in rebus temporalibus accepit poteſtatem, quam in typo Hieremiæ prophetæ accepit Chriſtus. ſi itaque in typo Hieremiæ Chriſtus accepit poteſtatem ſupremam in gentes, & regna, vt euellat, &c. igitur & loco Chriſti Petrus accepit. Vtraq; ex his propoſitionibus cõſtare videtur ex dictis: oſtenſum eſt enim Chriſtum, & per eum Romanũ Pont. accepiſſe in

typo

Digitized by Google

typo Hieremiæ poteſtatem in gentes, & regna, & initio ſuperioris cap. præceſſiſſe in typo Hieremiam, ita vt ea quæ dicuntur de illo, reuera fuerint completa in Chriſto, plures ſenſerũt teſte Hieronymo, & præterea voluerunt Origenes, Nyſſenus, Ambroſius, Cyprianus, Rabanus, Rupertus: conſtat autem eam poteſtatem eſſe etiam rerum temporalium: nam ad regna, temporalium pertinet etiam dominium, quare iam ſuper temporalia etiam conſtitutus Chriſtus: & id voluiſſe Patres tanto magis conſtat, quod aperte alias Chriſto ſecundum humanam naturam rerum omnium dominiũ attribuũt.

8. Deinde probatur, quia vt argumentantur Patres citati, Nyſſenus, Origenes, Ambroſius, & cæteri, non eſt conſtitutus Hieremias ſuper Gentes, & regna, & nemo profecto diceret Hieremiam poteſtatem accepiſſe ſuper gentes, & regna, propterea quod fore poſt ſeptuaginta annos affirmet deſtruendum regnum Chaldæorum; ſed tantũ vaticinandi vim accepiſſe à Deo, vt prædiceret, quid futurũ eſſet de illo regno, & de cęteris circa eorum etiam temporale dominium, ſeu vaſtationem, aut erectionem: cum itaque dicatur: *Conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, vt euellas, deſtruas*, &c. & hæc quadrare minus poſſint in Hieremiam, neceſſario typo quodam præceſſerunt in Hieremia implenda in Chriſto; loco vero Chriſti ſit Romanus Pontifex, qui conſtitutus ſuper Orbem totum deſtruat, & diſſipet vice Chriſti deponendo ſceleſtos, & contumaces Reges, nouos eligendo, imperia legitima ex cauſa transferendo de gente in gentem, prout expedire iudicat ad ædificationem Eccleſiæ, & prauorum morum eradicationem, & extirpationem.

9. Accedit, quod illud, quod vaticinatus eſt Hieremias circa temporale dominium regnorum, reuera accidit, nimirũ de AEgypti captiuitate, de Iudaici regni

gni deuaſtatione, Babylonici regni excidio, & ſic de cæteris regnis; igitur cum Chriſtus in typo Hieremiæ reuera accepit in omnia regna poteſtatem, reuera deſtruendi, & eradicandi, ędificandi, & plantandi, quo ad temporale dominium; hæç vero poteſtas, cum tranſlata ſit in Romanum Pontificem, cum ille loco Chriſti aſſeratur a tot Pontificibus, Conciliis, Patribus, & & Theologis, & Canoniſtis, conſtitutus ſuper gentes, & regna, non eſt dubitandum, habere per Chriſtum Romanum Pontificem poteſtatem ſuper res omnes temporales, ſeu ſuper omnes gentes, & ſuper omnia regna.

10. Chriſtus ad ſui cognitionem gentes non adduxit; ſed id egit miniſterio Apoſtolorum, & Petri regimine, eiuſque Succeſſorum: pari itaque ratione Petrus vice Chriſti conſtitutus erit ſuper gentes, & regna, vt diſſipet ea, & diſperdat, ædificet, & plantet ratione boni Eccleſiæ; ad Pōtifices enim proprie generalis ſpectat bonorum morum, & fidei ædificatio, ſicuti malorum, & hæreſum extirpatio,

11. Docuimus lib. 1. dupliciter ſæculares Principes poteſtatem veluti Miniſtros iuſtitię exercere poſſe, vel puniendo ratione delicti, vel ratione boni humani & ciuium finis Reipublicæ; atqui cũ ſupremus ſit Pontifex Romanus in moribus Hierarcha, & fidei decretis, poterit vti ſua diuinitus poteſtate. Eſt itaque ſuper gentes, & regna conſtitutus. Aſſumptum huius argumenti patet; illatio vero videtur manifeſta, etenim vtrumque exprimitur verbis Hieremiæ ratione delicti cum dicitur, vt diſſipes, & cætera ratione boni humani, cum dicitur, ædifices, & plãtes: quare reuera Romanus Pontifex eſt conſtitutus ſuper gentes, & regna, vt diſperdat, & diſſipet, & ædificet, & plantet:

12. Si verba ſpectemus Chriſti, quibus pollicitus

eſt

eſt Petro Principatum Apoſtolicum,ea conuenire optime cum verbis hiſce Hieremiæ comperiemus, etenim quod dicitur à Chriſto B.Petro: *Et ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam:* Hieremiæ dicitur: *Conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, vt ædifices, & plantes:* quare Eccleſia canit de D.Petro, *Tibi tradidit Deus omnia regna mundi*: quod dicitur Hieremiæ, *Ego quippe dedi te in ciuitatẽ munitam, in columnam ferream, in murũ æneum, ſuper omnem terram, Regibus Iuda, et Principibus eius, & ſacerdotibus, & populo terræ; & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum:* Petro dicitur: *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, nempe Eccleſiam ſuper Petrum ædificatam, & propterea nec contra Petrũ, ſeu a Regibus fiat impijs,& ſceleratis contra Eccleſiam perſecutio,ſeu ab Eccleſiaſticis,ſeu Hæreticis,ſeu Schiſmaticis.quod dicitur Hieremiæ, *Vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, &c.* ampliſſimis illis verbis dicitur Petro: *Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum et in cælis:* bene igitur Chryſoſtomus ea, quæ de Hieremia dicta ſunt,tamquã in typo præceſſerint, adaptauit ad Petrũ, & verba quibus Petro pollicitus eſt Chriſtus principatum Apoſtolicum.

Quo itaque finem imponamus huic argum. habebit Romanus Pontifex vice Chriſti poteſtatem in regna,& conſequenter in res temporales deſtruendi, & ædificandi,quare deponere ratione delicti poteſt Reges, nouoſque creare,quo fides protegatur,& boni mores conſeruentur, vt ad Eccleſiam per fidem noui populi aggregentur; denique exercere in rebus temporalibus ſuam valebit poteſtatem pro bono Eccleſiæ, ſiue quoad mores, & religionem,ſiue quoad vitia extirpanda, & diſſipanda.

Digitized by Google

IMPVGNATIONES ALIQVOT referuntur, quæ confutantur, & ſoluuntur. Cap. XI.

Obiectio Ocham.

AVdet Ocham de poteſtate Summi Pontificis cap. 10. q. 1. veluti ſophiſtam eum impugnare, qui ex hoc loco Hieremiæ velit poteſtatem Eccleſiæ in rebus temporalibus deducere.

Primo, inquit, *Quia nullatenus*, ſunt hæc verba Ochã *Sacerdoti dictum eſt, ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna; licet enim Hieremias fuit Sacerdos, non tamen ſibi inquantũ ſacerdos erat, ſed inquantum propheta dicta ſunt verba prædicta, vnde ibidem præmiſit Deus: prophetam in gentibus dedi te.*

Accedit, *quod Hieremias nec talem exercuit poteſtatem; nec dixit populis ſe recepiſſe talem poteſtatem a Deo: quomodo ergo quiſquam vult concludere per illa verba, quod Papa habeat talem poteſtatem a Deo?*

Deinde non poteſt ex dominio, quod habuit Veteris legis Sacerdos, inferri, quod habeat Pontifex Nouæ legis, nam Veteris legis ſacerdos armis, bellis, necibus hominum, truncationibus membrorum, vindictæ ſanguinis ſe immiſcebat, quæ non conueniunt Nouæ legis ſacerdotibus, & hæc omnia ſingula abſurda cenſenda ſunt; quia vero adduxerat Innocentij auctoritatem, quæ habetur extra de maior. & obed. c. ſolitæ ex perſona aliorum, more ſuo plures affert reſponſiones, quas nos alias, cum verba Innocẽtij adducemus, referemus, ſed adhuc præter hæc, quæ Ocham opponit, alia etiam opponi poſſunt.

Secunda obiectio.

Itaque ſecundo loco opponitur Nicolaus primus Papa, qui Hieremiã explicat de poteſtatibus ſecularibus, non de poteſtatibus Eccleſiaſticis, ita in Epiſtola ad Michaelem Imperatorem.

Tertio

Tertio loco opponitur ipſe Hieremias;nam verba illa,quæ dicuntur ab Hieremia,ſi diligenter attendãtur, ipſi Hieremiæ dicta reuera eſſe comperiemus,non Chriſto;qua enim ratione poſſunt cogruere Chriſto ea,quæ ibidem referũtur: *Et dixi,quis eſt dominator,Domine,ecce neſcio loqui*, itemque nec illa conueniunt Chriſto: *Quia puer ego ſum*; reprehenditur enim hiſce verbis poſtea,cũ dicitur: *Noli dicere,puer ego ſum*:igitur reuera,quæ dicuntur eo.cap.de Hieremia debent intelligi, qui ſuper gentes,& regna conſtitutus ſit, quia vaticinatus, & minatus ruinam propter peccata, quo pænitentiam agerent nationes,ne eueniret eis ruina:ita cap.18. *Repẽte loquar aduerſus gentem, & aduerſus regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud; ſi pænitentiam egerit gens illa a malo ſuo,quod loquutus ſum aduerſus eam,agam & ego pænitentiam ſuper malo,quod cogitaui,vt facerem ei,& ſubito loquar de gente,& regno,vt ædificem, & plantem illud;ſi fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam pænitentiam agam ſuper bono, quod loquutus ſum, vt facerem ei:* hæc Hieremias.ex cuius verbis explicantur, quæ dicta ſunt in primo capite, vt intelligatur Hieremias conſtitutus ſuper regna, quia propter peccata vaticinatus ſit ruinam,& ſic intelligit Theodoret.& alij ad has obiect. *Tertia obiectio.*

Reſpondeo primo loco,& obiicio contra Ocham tot Põtifices,tot cõcilia,Latinos,& Græcos patres,tot theologos, & doctores Canoniſtas. quod ſi (vt Ambroſius, Nyſſenus,Origenes,Cyprianus,Rabanus,Rupertus) ea verba de Chriſto dicuntur ſummo ſacerdote, qui typo præceſſit in Hieremia,cur non de eius Vicario dici poſſunt Romano Pontifice? rationes, quas fecimus præter tot auctoritates, id oſtendunt.quare an ſophiſtica ſit ratio Innocentij,an Ocham,ſophiſta vnuſquiſque poterit colligere. *Reſpon. ad obiectio primo.*

Secundo reſpondeo, & dico conſueto more, & ſolita regula diuinarum litterarum, de qua lib.1.diximus,

Digitized by Google

factum eſſe, vt præceſſerit Christus in typo Hieremiæ; quædam tamen cùm ibi dicantur, quæ non ſunt completa in Hieremia, propterea ea ad litteram completa ſunt in Chriſto: ita verbi gratia, quæ Pſal. 71. & 88. referuntur, ex parte conueniunt, & geſta ſunt in Salomone; quædam tamen ibi dicuntur, quæ de Salomone non poſſunt intelligi, & neceſſario ad litteram completa ſunt in Chriſto: fore dicitur, vt *Omnes gẽtes ſeruiant ei, vt benedicantur in ipſo omnes tribus terræ*, & alia quæ in Chriſto completa ſunt, ita dicimus circa rem noſtrã in præſentia, licet alia completa ſint in Hieremia, certe ea verba *Conſtitui te ſuper gentes, & regna*, & cætera, completa ſunt in Chriſto, vt citati ſupra Patres adnotarunt, Nyſſenus, Orig. Ambroſius, & alij: ſicuti autem completa ſunt in Chriſto, ita per ipſum in eo, qui vices gerit Chriſti, Romano Pontifice miniſtro ſupremo in terris, & ex his omnia, quæ ab Ocham opponuntur, ſoluta apparent verumtamen ad ſingula, quæ opponuntur, reſpondebimus.

Hieremias non accepit re vera vllam poteſtatem ſuper gentes, & regna, & tantum vaticinatus eſt excidium, & ruinam regnorum, & gentium, attamen in typo præceſsit Chriſti Hieremias, qui fuiſſe refertur ibi dem in principio prophetiæ ſacerdos, & propterea verba illa regula, vt dixi, conſueta ſcripturæ referuntur ad Chriſtum Sacerdotem, ſecundum ordinem Melchiſedech. & per hæc patet ad aliam inſtantiam: Chriſtus loco Hieremiæ: *Accepit gentes hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ*, quibus verbis ſignificatur ſupremum rerum etiam terrenarum dominiũ, vt ex Optato, Caſſiodoro, Baſilio, Theodoreto, & communi conſenſu Græcorum, & Latinorum Patrum alias oſtendimus, ſic etiam reſpondetur

Lib. 1. c. 23. Ad tertiam Inſtantiam dici nõ poſſet inferri male ex ſacer-

ſacerdotio Veteris legis auctoritatẽ rerum temporaliũ in ſacerdote Nouę legis;etenim ſi de auctoritate loquamur, & dignitate, longe maior, longe amplior eſt dignitas ſacerdotij Nouæ legis, quam veteris; quod ſi Chriſtus habuit ſacerdos, ſecundum ordinem Melchiſedech, & ſacerdotes per ipſum Nouæ legis, ſecundum ordinem Melchiſedech, & Apoſtolus Paulus oſtendit aperte ex maiori auctoritate ſacerdotij, & dignitatis Apoſtolicæ primæ ad Corinthios cap. 6. vt ſupra lib. 1. diſcuſſimus habere ſe temporalium, & minorum. eſto autem, quod quo melius vacent ſpiritualibus, & repreſentẽt Chriſti manſuetudinem, abſtineãt ſe ſacerdotes a necibus hominum, ab armorum ſtrepitu, quo ad vſum per ſuammet immediate perſonam; at certe hęc habent auctoritate, & dominio Pontifices, vt diximus lib. 2. & ad nutum Pontificis, & imperium mouenda ſunt bella, de qua latius ſuo loco.

Ad ſecundam oppoſitionem fauet ea oppoſitio noſtræ ſententiæ, nam ea, quæ ibi dicuntur a Nicolao primo debent intelligi per obſequium ad nutum ſacerdotũ, quod patet ex verbis ipſius Nicolai; loquitur enim ibi de cura reſpectu ſpiritualium habenda, hæc autem cura habenda eſt nõ per poteſtatem à ſecularibus Principibus, cum illi non habeant facultatem rerum ſpiritualium, ſed per obſequium ad nutum eorum, quorum eſt ex officio, & poteſtate agere de rebus ſpiritualibus. id voluiſſe Nicolaum apparet: *Tu* ait, vt adducam eius verba: *Imperator qui plus religione, quam brachio carnis hoſtes Eccleſiæ vincis*, & poſt pauca: *Protectorem tuum exaudi*: hęc autem apparet potius ad res ſpirituales ſpectare, quam temporales, & ideo, inquit, *Vt euellas iuxta competens imperio veſtro miniſterium, omnes argumentationes diabolicas, & omnia membrorum eius machinamenta, præcipue illa, quæ per Photium orta ſunt, male pullulantia germina*, quaſi dicat per obſequium ad nutum Eccleſiæ, ea

deſtruas,

deſtruas, quæ per intruſum Photium in Patriarchalem ſedem Conſtantinopolitanam acta ſunt, quæ ad Eccleſiaſticos pertinent ex officio, & poteſtate.

Confirmari poteſt hoc à ſimili ex Hormiſda Papa, qui in Epiſtola ad Iuſtinum Auguſtum pari ratione in hoc ſenſu verba dicta de Apoſtolis ad Imperatorem accommodauit: *Tradidit*, inquit, *tibi Orientis imperium, vt eius operum fieres inſtrumentum, atque ideo vt hoc in te propheticum dictum iure conueniat, efficiatis: Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram, memores erunt nominis tui Domine in omni progenie, & generatione: etenim cum tibi ſit Chriſtianam pacem ſeruare propoſitum, quis te dubitat a Chriſto eſſe dilectum? hæc prima ſunt veſtri fundamenta principatus, Deum placaſſe iuſtitia, & aſciuiſſe vobis excellentiſſima maieſtatis auxilia, dum aduerſarios eius veluti proprios comprimitis inimicos*: ita Hormiſda, quibus vult eſſe Iuſtinũ Catholicum Imperatorem veluti inſtrumẽtum, vt agat Iuſtinus per obſequium procurando Chriſtianam pacem, vt ipſe habet Hormiſda.

Non eſt autem ad rem, quod additur conſtitutos ſuper regna ſacerdotes ſolum in ſpiritualibus, ſeculares in temporalibus, adeo vt nec Ochãm, qui leui hac ſæpe vtitur diſtinctione, talem hoc loco attulerit diſtinctionem, & patet, quod dicimus: etenim regna de quibus ſermo eſt apud Hieremiam, erant temporalia, quare ſi conſtituti ſunt ſacerdotes per Chriſtum in typo Hieremiæ ſuper gentes, & regna, etiam ſuper temporalia erunt conſtituti.

Deinde ita Chriſtus conſtitutus eſt ſuper gentes, & regna Dominus, ſicuti in typo præceſſit Hieremias vaticinij dono: certum eſt autem vaticinium Hieremiæ eſſe circa excidia, & erectionem regnorum in temporalibus; vere enim (vt dicebamus ſupra) tẽporale dominiũ Caldæorum excidit, vere captiui ducti ſunt Hebræi, & ſic patet de cæteris; quare ſi loco Chriſti ſuccedit Romanus,

manus Pontifex conſtitutus ſuper gentes, & regna, vere conſtitutus eſt non ſolum in ſpiritualibus, ſed in temporalibus.

Ad tertiam oppoſitionem patet ex dictis: debent de Hieremia intelligi iuxta regulam diuinarum litterarũ, de qua ſupra diximus, quomodo argumentum factum nihil contra nos facit.

Rabanus Maurus aliam affert ex diuinis litteris expoſitionem, quam breuitatis cauſa omittimus. videri poteſt in Commentarijs ipſius Rabani.

VNICVS FVTVRVS IN ECCLESIA Paſtor, et Princeps ſæpe prædictus eſſe ab Ezechiele oſtenditur, vnde Monarchia Eccleſiæ concluditur.

Cap. XII.

EZechiel Propheta ſæpe vaticinatur fore, vt in Eccleſia ſit vnus paſtor, & vnus Princeps, ita cap. 21. minatur Iudæis fore, vt deponantur a Regno, & ſacerdotio, & vnus loco illorũ ſuſcitetur: *Tu autem*, inquit, *prophane impie dux Iſrael, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita, hæc dicit, Dominus Deus aufer cidarim, tolle coronam, nonne hæc eſt, quæ humilem ſubleuauit, & ſublimem humiliauit? iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem, ponã eam, & hoc non factum eſt, donec veniat cuius eſt iudicium, & tradam ei:* ita Ezechiel, qui per cydarim dignitatem intelligit ſacerdotalem, per coronam vero regnum; fore autem, vt ſuo tempore tradantur hæc cuius ſit iudicium, quibus verbis Chriſtus ſine dubio ſignificatur, cui Pater dedit iudicium facere. porro ſicuti viſibili regno, & ſacerdotio priuati ſunt Iudæi, ita fore, vt

deſtruas, quæ per intruſum Photium in Patriarchalem ſedem Conſtantinopolitanam acta ſunt, quæ ad Eccleſiaſticos pertinent ex officio, & poteſtate.

Confirmari poteſt hoc à ſimili ex Hormiſda Papa, qui in Epiſtola ad Iuſtinum Auguſtum pari ratione in hoc ſenſu verba dicta de Apoſtolis ad Imperatorem accommodauit: *Tradidit*, inquit, *tibi Orientis imperium, vt eius operum fieres inſtrumentum, atque ideo vt hoc in te propheticum dictum iure conueniat, efficiatis: Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram, memores erunt nominis tui Domine in omni progenie, & generatione: etenim cum tibi ſit Chriſtianam pacem ſeruare propoſitum, quis te dubitat a Chriſto eſſe dilectum: hæc prima ſunt veſtri fundamenta principatus, Deum placaſſe iuſtitia, & aſciuiſſe vobis excellentiſſima maieſtatis auxilia, dum aduerſarios eius veluti proprios comprimitis inimicos*: ita Hormiſda, quibus vult eſſe Iuſtinũ Catholicum Imperatorem veluti inſtrumẽtum, vt agat Iuſtinus per obſequium procurando Chriſtianam pacem, vt ipſe habet Hormiſda.

Non eſt autem ad rem, quod additur conſtitutos ſuper regna ſacerdotes ſolum in ſpiritualibus, ſeculares in temporalibus, adeo vt nec Ocham, qui leui hac ſæpe vtitur diſtinctione, talem hoc loco attulerit diſtinctionem, & patet, quod dicimus: etenim regna de quibus ſermo eſt apud Hieremiam, erant temporalia, quare ſi conſtituti ſunt ſacerdotes per Chriſtum in typo Hieremiæ ſuper gentes, & regna, etiam ſuper temporalia erunt conſtituti.

Deinde ita Chriſtus conſtitutus eſt ſuper gentes, & regna Dominus, ſicuti in typo præceſſit Hieremias vaticinij dono: certum eſt autem vaticinium Hieremiæ eſſe circa excidia, & erectionem regnorum in temporalibus; vere enim (vt dicebamus ſupra) tẽporale dominiũ Caldæorum excidit, vere captiui ducti ſunt Hebræi, & ſic patet de cæteris; quare ſi loco Chriſti ſuccedit Romanus,

manus Pontifex conſtitutus ſuper gentes, & regna, vere conſtitutus eſt non ſolum in ſpiritualibus, ſed in temporalibus.

Ad tertiam oppoſitionem patet ex dictis: debent de Hieremia intelligi iuxta regulam diuinarum litterarũ, de qua ſupra diximus, quomodo argumentum factum nihil contra nos facit.

Rabanus Maurus aliam affert ex diuinis litteris expoſitionem, quam breuitatis cauſa omittimus. videri poteſt in Commentarijs ipſius Rabani.

VNICVS FVTVRVS IN ECCLESIA Paſtor, et Princeps ſæpe prædictus eſſe ab Ezechiele oſtenditur, vnde Monarchia Eccleſiæ concluditur. Cap. XII.

EZechiel Propheta ſæpe vaticinatur fore, vt in Eccleſia ſit vnus paſtor, & vnus Princeps, ita cap. 21. minatur Iudæis fore, vt deponantur a Regno, & ſacerdotio, & vnus loco illorũ ſuſcitetur: *Tu autem*, inquit, *prophane impie dux Iſrael, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita, hæc dicit, Dominus Deus aufer cidarim, tolle coronam, nonne hæc eſt, quæ humilem ſubleuauit, & ſublimem humiliauit? iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem, ponã eam, & hoc non factum eſt, donec veniat cuius eſt iudicium, & tradam ei:* ita Ezechiel, qui per cydarim dignitatem intelligit ſacerdotalem, per coronam vero regnum; fore autem, vt ſuo tempore tradantur hæc cuius ſit iudicium, quibus verbis Chriſtus ſine dubio ſignificatur, cui Pater dedit iudicium facere. porro ſicuti viſibili regno, & ſacerdotio priuati ſunt Iudæi, ita fo-

re, vt

Digitized by Google

re, vt loco illorum aliquis ſuſcitetur, aſſeritur, & propterea viſibilis aliqua perſona, quæ ſemper ſit in Eccleſia loco Chriſti eius gerens in terris Regis, & ſacerdotis ſupremas vices: hoc autem proprie ſolum Petro, & eius ſucceſſoribus conuenire poteſt.

Cap. 34. hæc eadem apertius docet: *Saluabo*, ait, *gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus, & pecus, & ſuſcitabo inter eos paſtorem vnum, ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem.* Quis ſit iſte Dauid, qui ſeruus appellatur, nemo non intelligit Chriſtum ſignificari, ſecundum humanam naturã, ſecundum quam filius eſt Dauid; porro generalẽ quandam in omnibus poteſtatem ſignificari ab Ezechiele cum dicitur, *ſuſcitabo paſtorem vnum*, conſtat ex multis, nam ab initio capitis comminatur Deus paſtoribus omnibus hiſce verbis, *Veh paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges a paſtoribus paſcuntur? lac commedebatis, & lanis operiebamini*, &c. Et infra antequam vaticinium fiat de vnitate paſtoris. *Ego paſcam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus, quod perierat, requirã et quod abiectum erat, reducã, & quod confractũ fuerat, alligabo, & quod infirmũ fuerat, conſolidabo, & quod pingue, & forte, cuſtodiam, & paſcam illas in iudicio, vos autem greges mei, hæc dicit Dominus Deus, ecce ego iudico inter pecus, & pecus arietum, & hircorum.* Sic Ezechiel. ex quibus clare liquet generalem in omnibus dominium a vate ſignificatum: minæ enim illæ communes ſunt principibus ſecularibus, & ſacris, qui abutebantur ſua poteſtate, etenim propterea captiui ducti ſunt Iudæi, & priuati regno, & ſacerdotio; quare de ſacerdotibus, & Regibus dici verba hæc affirmant Hieronymus, Theodoretus, & alij: quod etiam probatur, quia verba illa *paſco*, & *paſtor* in diuinis litteris, vt ſupra libro ſecundo oſtendimus, cõueniunt ſacris, & nõ ſacris poteſtatibus.

Accedit, quod cum dicat vates, *Quod perierat, requiram,*

ram,quod abiectum erat,reducam,& poſt pauca: *Ecce ego iu dico inter pecus, & pecus arietum, & hircorum* . ſignificat generalibus hiſce verbis vniuerſale quoddam dominium in omnes, quare cum ſubiungitur deinde, ſuſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, iam conſtat prædici futurum aliquem in omnibus Monarcham, qui ſit Rex, & ſacerdos,reiectis omnibus malis paſtoribus, ſeu Sacerdotibus, ſeu aliis.

Quod vero prædicatur etiam iſte Monarcha loco Chriſti in Eccleſia, qui ſit Petrus, & illius ſucceſſores, ſic probari poteſt: Primo, quia ſermo hic fit de viſibilibus paſtoribus, & viſibilibus ouibus, & fore vt ſuſcitetur ſuper haſce oues, & loco iſtorum Paſtorum aliquis, qui haſce paſcat, accubare faciat, reducat, quod erat abiectum,& cætera; hæc vero conueniũt alicui viſibili paſtori in terris, & propterea alicui perſonæ, qui ſit loco Chriſti ſuprema vice, tam in rebus ſacris,quam non ſacris; ergo cum ſit Romanus Pontifex caput totius Eccleſiæ, ipſe erit paſtor in omnibus vice Chriſti in terris. Deinde quia vt adnotabamus lib. 2. optime conueniunt Petro,cui oues,& agnos commiſit Chriſtus trina repetitione,ſignificãs per hęc generalẽ quandam quoad omnes, & in omnibus poteſtatem, ſicuti & hic ſimili quadam ratione, *iudico*, ait, *inter pecus & pecus arietum, & hircorum,* hæc autem non conueniunt ſecularibus poteſtatibus.Accedit quod vitio datur paſtoribus: *Quia* ait vates *cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia*: & propterea ſuſcitetur mitis aliquis princeps ſeu paſtor, & hoc conuenit optime Petro. ſi verba ſpectemus, quibus Chriſtus Petro commiſit principatum Apoſtolicum:nam verbum illud ποίμαινε, quo inter cętera vſus eſt Chriſtus, eoque vtũtur & hic Septuaginta Interpretes,denotat mite quoddã regendi genus inſtar paſtoris, & patris amore, & charitate in

Pppp ſuas

ſuas oues. quod conuenire ſacris poteſtatibus oſtendimus lib. 2.

Sed veniamus ad alterum locum Ezechielis, qui cap. 37. non diſſimilia ab his docet: *Et factus eſt ſermo domini ad me dicens, & tu fili hominis ſume tibi lignum vnum, & ſcribe ſuper illud Iudæ, & filiorum Iſrael ſociorum eius: & tolle lignum alterum, & ſcribe ſuper illud Ioſeph lignum Ephraim, & cūctæ domus Iſrael, ſociorumque eius, & adiunge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua: cum autem dixerint ad te filij populi tui loquentes, non ne indicas nobis, quid in his tibi velis? loqueris ad eos: hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aſſumam lignum Ioſeph, quod eſt in manu Ephraim, & tribus Iſrael, quæ ſunt ei adiunctæ, & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum, & erunt vnum in manu eius: erunt autem ligna, ſuper quæ ſcripſeris in manu tua in oculis eorum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum ſuam, & faciam eos in gentem vnam, in terra in montibus Iſrael, & Rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltra duæ gentes, nec diuidētur amplius in duo regna; neque polluentur vltra in idolis ſuis, & abominationibus ſuis, & cunctis iniquitatibus ſuis; & ſaluos eos faciam de vniuerſis ſedibus, in quibus peccauerunt, & emundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus, & ſeruus meus Dauid ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum: in iudiciis meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient, & facient ea, & habitabunt ſuper terram, in qua habitauerunt patres veſtri, & habitabunt ſuper eam ipſi, & filij eorum, & filij filiorum eorum vſque in ſempiternum, & Dauid ſeruus meus princeps eorū in perpetuum.* Hucuſque Vates, ſignificans pari modo, ac ſuperioribus in locis, vnum futurum Monarcham in omnibus.

Vt ſupra oſtendimus regnante Roboam filio Salomonis, decem tribus Iſrael ab illo & a domo Dauid fuerant diuiſæ, quæ Regem habuerunt Ieroboam filium Nabath; dicit itaque Vates fore, vt duo regna coniungantur ſub vnico regno in tribu Iuda, nec amplius pol-

luantur

luantur Idolis, quæ erexerat Ieroboam, quare aperte prædicit aliquem futurum monarcham in omnibus,ſub quo regna illa diuiſa ſint coniuncta, quod pertinet ad temporale dominium, nec amplius polluantur idolis, & propterea coniuncta ſint etiam quo ad res ſacras, ideo ſint ſub vno Principe,& ſacerdote duodecim Tribus, ſeu potius omnes gentes, quæ ſignificantur duodecim tribubus more cõſueto in diuinis litteris,vt alias a nobis eſt obſeruatum.Hoc totũ ſatis dilucide Septuaginta Interpretes ita verterunt: *Ecce ego capiam tribum Ioſeph per manum Ephraim, & tribus Iſrael oppoſitas ad ipſum, & dabo eas ſub tribu Iuda, & erunt in virgam vnam in manu Iuda.* Ita Septuaginta, ſatis clare exprimentes fore regna coniũcta ſub tribu Iuda, ſeu potius Chriſto de tribu Iuda.Id etiam verba, quæ ſequuntur,confirmãt: *Faciam eos in gentem vnam in terra in montibus Iſrael, & Rex vnus erit imperans, & non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna, nec polluentur vltra in idolis ſuis.* ſignificat enim hiſce verbis Vates vnionem quo ad regna, & quo ad Religionem, vt ſit quo ad omnia gens vna, & vnus Rex. quod deinde concludens, affirmat: *Et ſeruus meus Dauid Rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum.* Iam vero prædicitur fore, vt *Habitent filij, & filij filiorum vſque in ſempiternum, & Dauid princeps eorum in perpetuum*, hoc autem nulli Regi conuenire poteſt, vni ſolũ Romano Pontifici loco Chriſti: etenim nec fideles ſemper habuerunt Reges a Chriſti tempore, nec vllum regnũ ita perſtitit ſemper cum ſuo Rege, & gente in fide, vt dici poſſit: *Patres veſtri habitabunt ſuper terram ipſi. & filij eorum, & filij filiorum in ſempiternum, & Dauid ſeruus meus princeps eorum in perpetuum.* De Eccleſia optime dici poteſt, in qua ſunt fideles in generatione, & generationem; & caput viſibile illius loco Chriſti filij Dauid vſque in ſempiternum, Petri ſucceſſor, Romanus Pontifex, qui perſiſtit

Pppp 2 in

ſuas oues. quod conuenire ſacris poteſtatibus oſtendimus lib. 2.

Sed veniamus ad alterum locum Ezechielis, qui cap. 37. non diſſimilia ab his docet: *Et factus eſt ſermo domini ad me dicens, & tu fili hominis ſume tibi lignum vnum, & ſcribe ſuper illud Iudæ, & filiorum Iſrael ſociorum eius: & tolle lignum alterum, & ſcribe ſuper illud Ioſeph lignum Ephraim, & cũcta domus Iſrael, ſociorumque eius, & adiunge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua: cum autem dixerint ad te filij populi tui loquentes, non ne indicas nobis, quid in his tibi velis loqueris ad eos: hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aſſumam lignum Ioſeph, quod eſt in manu Ephraim, & tribus Iſrael, quæ ſunt ei adiuncta, & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum, & erunt vnum in manu eius: erunt autem ligna, ſuper quæ ſcripſeris in manu tua in oculis eorum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum ſuam, & faciam eos in gentem vnam, in terra in montibus Iſrael, & Rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltra duæ gentes, nec diuidẽtur amplius in duo regna; neque polluentur vltra in idolis ſuis, & abominationibus ſuis, & cunctis iniquitatibus ſuis; & ſaluos eos faciam de vniuerſis ſedibus, in quibus peccauerunt, & emundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus, & ſeruus meus Dauid ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum: in iudiciis meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient, & facient ea, & habitabunt ſuper terram, in qua habitauerunt patres veſtri, & habitabunt ſuper eam ipſi, & filij eorum, & filij filiorum eorum vſque in ſempiternum, & Dauid ſeruus meus princeps eorũ in perpetuum.* Hucuſque Vates, ſignificans pari modo, ac ſuperioribus in locis, vnum futurum Monarcham in omnibus.

Vt ſupra oſtendimus regnante Roboam filio Salomonis, decem tribus Iſrael ab illo & a domo Dauid fuerant diuiſæ, quæ Regem habuerunt Ieroboam filium Nabath; dicit itaque Vates fore, vt duo regna coniungantur ſub vnico regno in tribu Iuda, nec amplius pol-

luantur

luantur Idolis, quæ erexerat Ieroboam, quare aperte prædicit aliquem futurum monarcham in omnibus,ſub quo regna illa diuiſa ſint coniuncta, quod pertinet ad temporale dominium, nec amplius polluantur idolis, & propterea coniuncta ſint etiam quo ad res ſacras, ideo ſint ſub vno Principe,& ſacerdote duodecim Tribus, ſeu potius omnes gentes, quæ ſignificantur duodecim tribubus more cõſueto in diuinis litteris,vt alias a nobis eſt obſeruatum.Hoc totũ ſatis dilucide Septuaginta Interpretes ita verterunt: *Ecce ego capiam tribum Ioſeph per manum Ephraim, & tribus Iſrael oppoſitas ad ipſum, & dabo eas ſub tribu Iuda, & erunt in virgam vnam in manu Iuda.* Ita Septuaginta, ſatis clare exprimentes fore regna coniũcta ſub tribu Iuda, ſeu potius Chriſto de tribu Iuda.Id etiam verba, quæ ſequuntur,confirmãt: *Faciam eos in gentem vnam in terra in montibus Iſrael, & Rex vnus erit imperans, & non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna, nec polluentur vltra in idolis ſuis.* ſignificat enim hiſce verbis Vates vnionem quo ad regna, & quo ad Religionem, vt ſit quo ad omnia gens vna, & vnus Rex. quod deinde concludens, affirmat: *Et ſeruus meus Dauid Rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum.* Iam vero prædicitur fore, vt *Habitent filÿ, & filÿ filiorum vſque in ſempiternum, & Dauid princeps eorum in perpetuum*, hoc autem nulli Regi conuenire poteſt, vni ſolũ Romano Pontifici loco Chriſti: etenim nec fideles ſemper habuerunt Reges a Chriſti tempore, nec vllum regnũ ita perſtitit ſemper cum ſuo Rege, & gente in fide, vt dici poſſit: *Patres veſtri habitabunt ſuper terram ipſi. & filÿ eorum, & filÿ filiorum in ſempiternum, & Dauid ſeruus meus princeps eorum in perpetuum.* De Eccleſia optime dici poteſt, in qua ſunt fideles in generatione, & generationem; & caput viſibile illius loco Chriſti filij Dauid vſque in ſempiternum, Petri ſucceſſor, Romanus Pontifex, qui perſiſtit

in vero cultu, & religione, cum minus errare poſſit in vniuerſali regimine, ſeu morum, ſeu fidei, nec populi ſedi Apoſtolicæ adhærentes. Ad Patrum interpretationes.

HIERONYMVS in cap. 21. Ezechiel. *Poſt vrbis Hieruſalem euerſionem, & captiuitatem populi, ad ducem Iſrael ſermo dirigitur, quem nemini dubium eſt ſignificari Sedeciam, in quo Regum Iſrael de ſtirpe Dauid imperium finitum eſt: Venit, inquit, tibi dies, quæ longo tempore definita eſt in te, & propter te ſacerdotium, & regnum interijt populi Iudæorum; cidaris enim inſigne Pontificis eſt corona, hoc eſt, diadema regis indicium:* & poſt pauca: *Iniquitas non ſtatim tibi reputata eſt, ſed donec veniat Chriſtus, cuius eſt iuditium, & tradet ei pater regnum, & ſacerdotium, vel Eccleſiam de gentibus congregatam; non enim iudicat Pater quemquam: ſed omne iuditiũ dedit filio. Et in alio loco, Deus ait iuditium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio regis, iſte eſt, cui repoſitum eſt imperium, & ſacerdotium ſempiternum, de quo loquebatur Iacob: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium*: vult Hieronymus Chriſtum accepiſſe regnum, & ſacerdotiũ, quæ propter iniquitatem Iudæorum interierũt; hoc autẽ tam regnum, quam ſacerdotium datum eſſe Chriſto a Patre, ſeu Eccleſiam ex gentibus; quibus aperte oſtendit datum eſſe regnum, & ſacerdotium Chriſto tanquam capiti Eccleſiæ, vt in eam tranſmiſerit regnum, & ſacerdotium.

Et in comment. in cap. 19. Eſaiæ cum citaſſet hunc locũ Ezechielis: *Agnos, ait, nuper in baptiſmo, ſunt renati, de quibus ad Petrum dicitur: Paſce agnos meos, & in eodem Ezechiele ſcriptum eſt: Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, & paſcet eos, & ſeruum meum Dauid, & erit paſtor eorum, & ego Dominus ero eis in Deum, & Dauid in medio eorum princeps.* ſic Hieronymus non obſcure indicans Petrum loco Chriſti paſtorem conſtitutum, de quo fit ſermo hic ab Ezechiele. Et in commentariis in cap. 34. dicit Vatem comminari paſtoribus, regibus, & ſacerdotibus

tibus

tibus, & fore, vt Chriſtus vnus paſtor loco illorū ſuſcitetur, & in cap. 37. habet: *Et ſeruus, inquit, meus Dauid Rex ſuper eos, de quo & Angelus loquitur in Euāgelio, quod regnaturus ſit ſuper domum Iacob, & regni eius non ſit finis; tantaque erit clementia, vt non ſolū Rex, ſed & paſtor appelletur, eo quod ſuperbum nomen imperij paſtoris vocabulo mitiget, in gentem vnam & in terra Iſrael, ac montibus habitauerint, ambulaturi ſint in omnibus iuditijs Domini.*

Conuenire cum Hieronymo conſtat THEODORETVM in commentariis in Ezechielem cap. 21. *Tu inquit ſacerdos propter impietatem ſacerdotalem cydari ſpoliatus fuiſti, tu autem Rex impietati addictus te ipſum corona priuaſti; vtrumque imperium ſua deponat inſignia*, & infra: *Iacob item Patriarcha Iuda benedicens dixit: non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe expectatio gentium. igitur hic quoque Domini Chriſti regnum innuit, cum dixit, neque hæc talis erit, donec veniat cui congruit, & tradam ei.*

Et in cap. 34. idem docet, quod Hieronym. minari vatem regibus, & ſacerdotibus, & fore, vt loco illorum ſit Chriſtus filius Dauid ſecūdum carnem vnicus paſtor. & ſic exponit cum Hieronymo Ezech. cap. 37.

Obiicies intelligi poſſe Ezec. de paſtoribus in ſpiritualibus non in tēporalibus. contra: nā c. 34. vbi prædicitur vnus paſtor, cōmuni Patrū interpretatione de Paſtoribus Eccleſiaſticis intelligitur; Ergo Pontifices in Eccleſia ſunt paſtores in temporalibus, & ſpiritualibus. Probatur Antecedens huius argumenti: nā ita interpretantur de paſtoribus Eccleſiaſticis, Clemēs Alexandrinus lib. 1. Pedagog. Cyrillus Alexandrinus in cap. 61. Eſa. Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus, poſtea Archiepiſcopus Turonenſis, in ſermone Synodali ad Paſtores, Cyprianus lib. 3. epiſt. 67. iuxta editionem Pamelij, & epiſt. ad Stephanum Papam: Auguſt. in lib. de paſtoribus, & de ouibus ſæpe: Nazianzenus orat. 13. habita poſt tumultum Maximi, Rupertus de gloria, & honore

Digitized by Google

re Filij hominis lib. 8. cap. 9. & 10. Anaſtaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus in epiſt. ad Epiſcopum Cretæ, Ephrem Syrus ſermone de vita ſpirituali ad Monachum nouitium, Vigilius Papa ad Valentinianum Epiſcopum de Tomis prouinciæ Scythiæ; Clemens Romanus Conſtitut. Apoſtol. lib. 2. cap. 18. Synodus Africana, & Cyprianus ad Cornelium Papam, Concilium Aquiſgran. ſub Ludouico Pio cap. 12. & 27. & 32. & alij citati lib. 1. in confut. tertiæ diſcrepantiæ. Hæc ad probationem antecedentis: iam ad probationem Conſequentiæ, quæ erat, Ergo Pontifices ſunt paſtores in temporalibus, & ſpiritualibus, & ſupremus Paſtor in omnibus Petri ſucceſſor: Etenim, vti oſtenſum eſt, prædicuntur Eccleſiaſtici ſucceſſuri in locum paſtorum Synagogæ, Regum, & Sacerdotium, & loco Chriſti ſupremus ſuper omnes paſtor Romanus Pontifex, ideo erit ipſe Monarcha in omnibus, quod cõfirmari adhuc poteſt; quia cum caruerit Eccleſia diu Regibus Chriſtianis, & fore, vt ſuccedant paſtores Eccleſiaſtici aſſeratur, iam ipſi debent in locum paſtorum etiam temporalium Synagogæ ſuccedere. Præterea, quia prædicitur fore, vt coniuncta ſit vtraque, regia, & Sacerdotalis dignitas in Chriſto rerum omnium Domino, vt liquet ex cap. 21. & ita Ezechielem exponunt Theodoretus, & Hieronymus, vt paulo ante vidimus.

Idem colligitur ex cap. 34. & 37. vult enim Vates, eſſe Chriſtum vnum paſtorem in omnibus, quod oſtendimus ſupra, & explicant Hieronymus, Theodoretus, & alij.

Accedit, quod ita aſſeritur vnus paſtor ab Ezechiele futurus in Eccleſia, vt ſint ſub Chriſto Regna omnium gentium ſignificata per duodecim Tribus, quas futuras ſub vnius imperio ſerui Dauid Chriſti Vates affirmat; nec amplius diuidantur a Dauidis familia, &

Idolis

idolis polluantur; & idcirco apparet manifeſte ſermonem eſſe de Eccleſia, & fidelibus. Eccleſia enim nunquam deficit, aut deficiet a Fide, ſicuti nec Petri ſucceſſor in vniuerſali eius regimine; idcirco regnum hic aſſertum ab Ezechiele conuenit Eccleſiæ; totius autem Eccleſiæ corporis Vicarius paſtor ſupremus eſt Petri ſucceſſor; & propterea paſtor in omnibus, cui tamquam domino laici debent obtemperare, vt dicit Clemens loco adducto in Conſtitut. Apoſt.

Ad hęc tamquam peculiare priuilegium aſſeritur dę Eccleſia, vt numquam Tribus ſeparetur a familia Dauid, quo ad regna, nec a vera Religione: at quid pe- peculiare eſſet præ Synagoga Eccleſiæ conceſſum? nam etiã in Synagoga ſemper fuit vnus ſupremus ſacerdos; peculiare autem eſt Eccleſiæ, ſi ſit vnus paſtor in omnibus; cum enim ſemper Eccleſia ſit Catholica: & ideo vbique diffuſa, nec vnquam vna cum ſuo capite defutura, iam tamquam particulare priuilegium, vt ſit paſtor in omnibus, nõ itaq; ſolum in ſpiritualibus, vt quidã obiiciunt. ſed quia ſimilem Obiectionẽ refutauimus ſuperiori capite, & prætereca cap. 14. & 7. huius Libri, & lib. 1. et alibi etiam reiecturi ſimus; ideo conſulto præterimus.

DANIELIS PRAEDICTIONE temporale Eccleſiæ dominium indicatur. Cap. XIII.

Lapis ille, apud Danielem, qui ſine humana opera de monte præciſus cecidit ſuper pedes ſtatuæ, quam viderat Nabuchodonoſor Rex, & eandem comminuẽs creuit in montem magnum, vniuerſam replens terram, conſenſu Patrum, Chriſtum figurauit ſecun-

ſecundum humanam naturam, eiuſque poteſtatem ſupremam; loco autem Chriſti Petrum, & Eccleſiam, cui ſubiecta ſunt regna temporalia. Quam ſubiectionem, quo melius oſtendamus, duo antea præmittemus.

Primum, eo lapide expreſſum eſſe Chriſtum ſecundum humanam naturam, eiuſq; poteſtatem in militanti Eccleſia; volunt enim nonnulli Chriſtum quidem expreſſum eſſe, & illius poteſtatem, ſed eam intelligi, non de primo Chriſti aduentu, ſed ſecundo in triumphanti Eccleſia.

Secundo oſtendemus, eam Chriſti poteſtatem expreſſam fuiſſe, non modo quoad ſpiritualia, ſed etiam quo ad temporalia, quibus oſtenſis colligemus deinceps temporalem Eccleſiæ iuriſdictionem.

Quantum ad primum, Theodoretus in commentarijs in Danielem arbitratur, ea quæ referuntur a Daniele de contritione per lapidem regnorum, quæ illa ſtatua ſignificabantur fore, vt adimpleantur, non in primo Chriſti aduentu, ſed in ſecundo; & miſſis verbis Theodoreti, ſic ille in comment. ſuam probat interpretationem. Primo quia aſſeritur a Daniele, fore, vt non corrumpatur Chriſti regnum, nec fine careat.

Deinde, quia Chriſtus ortu ſuo non habuit dominium orbis terrarum; nam regnabat Auguſtus eo tempore; quare ortu ſuo Chriſtus Imperiũ Rom. nõ deſtruxit; ideo debet de ſecundo aduentu intelligi, quomodo intelligere videntur Origenes, Tertullianus, Hyppolitus Martyr, & alij, quos tamen, vt infra oſtendam, conſtat aliter ſenſiſſe. Eſt autem contra Theodoretũ communis Patrum conſenſus, qui Danielem exponunt de primo Chriſti aduentu, & militanti Eccleſia, in qua Chriſtus regnat in æternum.

Theodor. impugnatur.

Sic itaque erit quaſi prima ratio contra Theodoretum a communi Patrum conſenſu deducta.

Augu-

Auguſtinus tractatu 4. in Ioannem: *Præciſus eſt lapis ſine manibus, quia ſine opere virili virgo peperit Chriſtum; iam ergo erat lapis ille ante oculos Iudæorum, ſed humilis erat, quia nondum creuerat lapis ille, & impleuerat orbem terrarum, quod oſtendit in regno ſuo, quod eſt Eccleſia: quia ergo nondum creuerat, offenderunt in illum tanquam in lapidem; ſed ignoſcendum eſt Iudæis, quia offenderunt in lapidem, qui nondum creuerat, quales ſunt illi, qui in ipſum Montem offendunt?* Hæc Auguſtinus. qui etiam de Eccleſia alibi exponit, vt in pſ. 98. & in concione ad Cathecumenos tomo 6. & tractatu nono in Ioannem. & pari ratione cum Auguſt. Hieronymus in 2. capit. Eſaiæ, Ambroſius in 9. cap. epiſt. ad Romanos, Cyrillus Hieroſolymitanus cathecheſi 12. S. Hidelphonſus Archiechiſcopus Toletanus de virginitate B. Mariæ cap. 7. Rupertus Abbas in commentariis in Danielem in caput 2. Gregorius Niſsenus, qui confregiſſe aſſerit imaginem, ideſt vitæ vanitatẽ, & in magnum Montem euaſiſſe, qui orbem terrarum habitatum exornarit. Iuſtinus Martyr in dialogo cum Triphone ſignificari affirmans fore, vt reſecaretur a nobis idololatria, & in vniuerſum vitiorum genera omnia: & ſanctus Cyprianus, qui explicat, & coniungit cum altero Eſaiæ cap. 2. vbi dicitur: *Venite, aſcendamus ad montem Dei*, &c. qui locus Eſaiæ ſine vlla dubitatione de Eccleſia exponi debet ſignificata per domum Iacob; dicitur enim ibi fore, vt omnes gentes ad eã confluãt, & egrediatur lex de Sion, & verbum Domini de Hieruſalem: hæc autem certum eſt de Eccleſia intelligi: ſic etiam explicat altero loco Eſai. Beda. cæteri quoque Patres Danielem de Eccleſia interpretãtur; Iulianus Pomerius libro primo contra Iudæos; Haymo in Apocalypſim lib. 2. cap. 4. & lib. 7. cap. 21. Baſilius Seleuciæ Archiepiſcopus oratione 1. de Incarnatione; Chryſoſtomus homil. 10. in Matthæum; Anaſtaſius Synaita Patriarcha

Digitized by Google

Antiochenus lib. 9. anagog. contemplationum in Hexameron; Iſidorus Peluſiota epiſt. 218. ad Timotheum Lectorem; Irenæus lib. 3. c. 27. lib. 4. c. 37. Ansbertus libro 4. commen. in Apocalyp. Philo Guatrimundus, Otto Phriſingenſis; & alij, quorum verba infra adducemus; Gregorius Magnus lib. 6. regiſ. epiſt. ad Eulogium Epiſcop. Alex. Felix IV. in Epiſtola ad omnes Epiſcopos data, Hadrianus Primus in epiſtola ad Carolum Regem Francorum, in qua refelluntur obiectiones contra ſeptimam Synodum, Clemens in conſtit. Apoſt. & alij.

Probari id poteſt ex verbis Danielis: dicitur enim a Daniele: *In diebus regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum*: atqui in ſecundo Chriſti aduentu non erunt amplius regna terrena, vt dici poſſit in diebus illorum regnorum: nam deletis terreſtribus regnis erit æternum ſolummodo, ſeu cæleſte Chriſti Regnum.

Deinde aſſeritur, ex paruo lapide factum montem magnum, donec impleuit vniuerſam terram, quare oſtenditur ſucceſſio quædam, & augmentatio; ſed in ſecundo aduentu contrito vna cum omnibus temporalibus regnis Antichriſto, qui occupaturus eſt Romanorum Imperium (pluribus Patribus aſſerentibus) erit ſtatus rerum omnium, quoad meritum, demeritum, præmium, vel pœnam. Præterea, quia lapis Chriſtus mons factus, non implebit terrã, ſed reſtauratis ruinis ſedium cæleſtium potius replebit cælum, cum Beatis, & electis, quos ſecum ducet Chriſtus in gloriam: & idcirco neceſſario Daniel debet de Eccleſia intelligi militanti, in qua regnat Chriſtus in æternum.

Nec argumenta Theodoreti quidquam cocludunt: etenim ſicuti regnare dicitur Chriſtus in domo Iacob, quæ eſt Eccleſia, in æternum, ita aſſeritur a Daniele, fore, regnum eius æternum, & poteſtas eius æterna: eſt ete-

etenim æterna poteſtas (vt alibi dixi) ratione Chriſti permanentis in æternū; eſt æterna, quia res non deficit aſſecutione finis,ſed potius perficitur: hinc cum Eccleſia militans ordinata ſit ad triumphantem, proptereà non dicitur Eccleſia deficere; remanet enim in electis: ſed in gloria, & felicitate cæleſti denique eſt æterna, quia non interruptum eſt Eccleſiæ regnum, quomodo ſæpe ſumitur hoc nomen æternum.

Secūda ratio Theodoreti videtur nō bene procedere; nam ſi loquamur de facto, & quo ad executionē, dum Chriſtus fuit in terris, non tenuit regnorum temporalium dominium,cæterum de iure,& poteſtate fuit Rex, & de facto in Eccleſia ſucceſſiue acquirit tale dominium, donec ſubiectis prorſus omnibus aduenict ſecundo ſuo aduentu: porrò ita conuenit Chriſto talis poteſtas, & dominium, vt minus auferat cæterorum particularia dominia, ſed ea ſub ſupremo imperio Chriſti ſint, & inde forte deceptio quoque proceſſit, vt arbitraretur Theodoretus, non poſſe, quæ dicebantur a Daniele,conuenire Chriſto in primo ſuo aduentu.

Tertullianus autem nobiſcū ſentit: nam vult Chriſtum quoad ſuam perſonam, dum viſibilis apparuit in terris, & nobiſcum fuit, quoad executionem, & vſum fuiſſe lapidem ignobilem, & abiectum; fore autem & quoad ſuam viſibilem perſonam, & quoad executionem in omnibus montem glorioſum, & magnum in ſecundo ſuo aduentu; cæterum in corpore myſtico, & Eccleſia Chriſtum eſſe montem ſublimem, & magnum. Id voluiſſe Tertullianum,conſtat ex ipſius verbis; etenim in lib. aduerſus Iudæos ſemel, & iterum nō longe ab initio coniungit cum loco Eſaiæ cap. 2. vbi nos Chriſtianos ad montem Chriſtum factum aſcendere dicit, ex quo monte proceſſerit Lex: & poſt multa ibi dem ait, ignobilem lapidem fuiſſe Chriſtum

quo ad ſuam perſonam in primo aduentu in carne, nobilem futurum in ſecundo.

Sic etiam de Chriſti perſona intelligit Origenes adhibita diſtinctione duplicis Chriſti aduentus, in dialogo de recta in vnum Deum fide, & vnà cum Origene Anaſtaſius Epiſcopus Nicænus q. 52. in Scripturam. Hyppolytus Martyr lib. de conſummatione ſeculi, qui coniungit cum altero Danielis cap. 7. vbi beſtia illa deſcribitur, quæ habebat dentes ferreos, & decē cornua, vnde pullulabat paruum illud cornu, quo ſignificatur Antichriſtus, qui occupaturus eſt Romanum imper. eoq; deleto Chriſtus vēturus eſt in gloria; quod (teſte Hieronymo) omnes Eccleſiaſtici Doctores affimant.

Secundum ſuppoſitum probatur per lapidē ſignificari temporalē iuriſdictionem.

Hæc circa primum ſuppoſitum: Oſtendamus iam lapide illo, & monte ſignificari iuriſdictionem non modo ſpiritualem, ſed temporalem; & quidem ſignificari ſpiritualem, qua meritis Chriſti idololatria deuaſtata eſt, plures ex Patribus affirmant, & bene: id enim eſt ſignum aduentus Chriſti in carne: quare Patres vrgent propterea Iudæos ex idololatriæ deuaſtatione Chriſtum aduenisse. Probatur itaq; primo, quia lapis refertur cecidiſſe ſuper pedes ſtatuæ, & contriuiſſe ſtatuam, ita vt non inuētus ſit amplius illius locus: lapis autem occuparit ſuccedens in locum ſtatuæ totam terram factus in montem magnum: at conſenſu omnium, ſtatua illa denotabantur regna temporalia: ſi itaque ſucceſſit lapis in locū ſtatuæ occupans totam terram, vtique accepit poteſtatem regnorum illorum, quę denotabantur illa ſtatua. Deinde, quia hæc eſt Patrum interpretatio, etenim Patres illi, quorū ſuperiori capite verba adduxi, ſic exponunt; ita Auguſtinus, dum ait, non tenuiſſe regnum Iudæorū omnes gentes, ſicuti regnum Chriſti; atqui Regnum Iudæorum etiam erat regnum temporale: ita Hieronymus, dum affert vaticinium Iacob

Aug. tract. 6. in Ioan.

Digitized by Google

cob fore vt nõ deficiat princeps de Iuda, & dux, donec Chriſtus veniat; illud autem Iacob vaticinum, regiam Chriſti dignitatẽ denotat: ita Cyrillus dominaturum affirmans vniuerſo orbi, & apertius S. Hidelphõſus, aſſerẽs firmaſſe dominium ſuum Chriſtum a mari vſque ad mare; & Rupertus, omnia dicens Chriſto ſubiecta: cæteri Patres, vel generale dominium exponũt, aut minus negãt temporaliũ rerum dominiũ, lapide ſignificatum. quod ſi, vt certum eſt, ſignificatur rerum ſpiritualium poteſtas, ex aliorum Patrũ explicatione, iã etiam eminenti ſaltem ratione dominium rerũ temporalium includitur: etenim temporalia inſeruire debent ſpiritualibus. Tandem ita certum eſt, quod a nobis aſſeritur, vt ipſi contrariæ expoſitionis Auctores propterea negarint intelligi, quæ dicuntur, de primo Chriſti aduentu, quia non tenuit Chriſtus in primo ſuo aduentu rerum temporalium dominium; aut contriuerit regna tẽporalia ſuccedens in locum illorum. Quare certum, exploratumq; eſt regna omnia temporalia illo lapide, & illo monte fuiſſe denotata. Demonſtremus itaque quod Tertio loco propoſuimus, temporalia omnia regna eſſe Eccleſiæ ſubiecta.

Tertiũ ſuppoſitũ demonſtratur pluribus omnia regna ſubiecta Eccleſia.

Dicebamus Lib. 2. cap. 13. Chriſtum petræ nomen Simoni Petro quoad ſignificationem communicaſſe denotatum in diuinis litteris: ſi itaque lapide illo Danielis (vt modo deductum eſt) ſignificabatur temporale etiam dominium, fateri debemus eſſe penes Petri ſucceſſores, qui loco eius ſunt, & eandem recipiunt poteſtatem, temporalium etiam rerum dominium.

2. Chriſtus lapis factus eſt mons magnus in Eccleſia, ita vt ipſa Eccleſia ſit mõs, & in ea corpore myſtico Chriſtus: iam vero monte magno ſignificari oſtẽdimus tẽporale dominiũ: eſt igitur in ipſa Eccleſia viſibili tale dominium, & conſequenter penes Vicarium viſibi-

le ca-

le caput totius Eccleſiæ Petri ſucceſſorē. Sed bene eſt, vt ſingillatim ea conſideremus, & inſpiciamus, quibus lapis deſcribitur: ea enim ſuppeditant non pauca ad probandum temporale dominium.

3. Prima deſcriptio, cecidiſſe refertur lapis ſuper pedes ſtatuæ ferreos: *Videbas*, ita ait Daniel, *Donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos*: Per pedes autem ferreos ſignificatur Romanum Imperium, auctore Hieronymo, Auguſtino, Cyrillo Hieroſol. & pluribus alijs ex citatis ſupra Patribus: quæro autem, cur lapis potius cecidit ſuper pedes, & non ſuper alias ſtatuæ partes, quibus imperia aliarum nationum ſignificabantur? cur non ſuper caput aureum, quo imperium Chaldæorum, & Nabuchodonoſori figurabatur? cur non ſuper brachia, quæ erant ex argento, quibus ſignificabatur imperiũ Perſarum? cur non ſuper ventrem, & fæmora ex ære fabricata, quibus denotabatur Græcorum imperium? conſtat multas hæc imperia ſuæ dictioni ſubiectas habuiſſe nationes, quas non ſubiecerunt Romani, quæ colla ſubiecerunt Chriſti fidei, & Euangelio. certe nulla alia ſufficiens afferri cauſa poteſt, niſi quia Romæ ſuam ſtatuit Chriſtus per Petrum (cui nomē Petrę, ſeu lapidis communicauit) perpetuam ſedem, & principatum Apoſtolicum, vt inde ſuo regimine per viſibiles Romano Pontifici adhærentes miniſtros extirpando idololatriam ſibi paulatim ſubiecit regna, ita vt gens, & regnum, quod non ſeruierit, perierit. ſi itaque (vt dicebamus ſupra) lapis Danielis etiam de rebus temporalibus debet intelligi quoad ſubiectionem, neceſſario Daniel debet exponi de ſuprema Eccleſiæ poteſtate, & ſuprema in omnibus Petri Monarchia, de qua optime explicatur, cum eius fuerit roboris, vt omnes Eccleſiam, & Petri ſedem aſſili-

affligentes nationes, & regna deleta fuerint Herculorum, Vandalorum, Gothorum, & aliarum nationum, & illud dictum per Chriſtum reuera petrę Vicarię conueniat: *Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur; ſuper quem vero ceciderit, conteret eum.*

4. Secunda deſcriptio, regni à Daniele expreſſi eſt perpetua ſucceſſio, & non interrupta continuatio, ita vt a tempore Chriſti ortus excitatum ſit huiuſmodi regnum, & deinceps ſemper ſit duraturum: deſcribitur enim lapis Chriſtus cadens ſuper pedes ferreos ſtatuæ, qui paulatim ita auctus eſt, donec impleuit vniuerſam terram. huiuſmodi vero deſcriptio nulli Regum conuenit: nam Eccleſia, quam ſignificare diximus cum ſuo capite in lapide illo, & monte, diu caruit Regibus Chriſtianis; deinde etiam ſi Reges multi fuerunt Chriſtiani, attamen multi ſe alienarunt a Chriſto, & fide, & regna transferũtur de gente in gentem; nec fuit eorũ initiũ in Romano imperio, vt inde ſumentes initium, paulatim creuerint; quare Vates neceſſario debet intelligi de Eccleſia Chriſti, & eius viſibili capite, loco Chriſti, Romano Pontifice, qui plenitudinem habens poteſtatis in corpore myſtico eccleſia ſemper fuit, & erit in Eccleſia, vt portæ inferi non præualeant aduerſus eam; ideo regnum eius populi alteri non tradetur, & in æternum non diſſipabitur, vt ipſe docet Daniel.

5. Tertia deſcriptio, ita amplum futurum eſt hoc regnum, vt paulatim creſcens ſubijciat ſibi vniuerſum terrarum orbem, donec ipſi regnum ſuccedat cæleſte: *Lapis*, inquit Daniel, *qui percuſſit ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram*: & infra: *In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius alteri populo nõ tradetur; comminuet autem, & conſumet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum.*

Quod

Quod autem regnum eſt tale, vt perpetua, & non interrupta ſucceſſione adeo creuerit, vt repleuerit vniuerſam terram, ita vt regnum, teneat nationes illas, quæ fuerunt ſubiectæ Regi Babylonis, ſubiectæ Regi Perſarum, ſubiectæ Regno Græcorum, ſubiectæ Regno Romanorũ, & amplitudine ſui dominij abſorbeat, domet, & comminuat; tale ſolum eſt Chriſti, & Eccleſiæ regnum, quod vnum eſt cum ipſo Chriſto: quæ Eccleſia, cum vbique terrarum ſit diffuſa, habet de facto ex omnibus nationibus gentes ſuo ſubiectas imperio: de poteſtate autem, & de iure Reges omnes, & gentes omnes, & ſinguli homines debent ſe ſubiicere, & gens, & regnum, quod illi noluerit eſſe ſubiectum, peribit: cum autem ſubiecta Eccleſiæ, & Chriſto fuerint omnia, deleto (vt dicebamus) Antichriſto, inducetur regnum cæleſte, & æternum. Sed veniamus ad Patrum teſtimonia.

AVCTORITATES PATRVM, ET Theologorum ad probandam Monarchiam ex loco Danielis: Cap. XIIII.

PHILO Carphatiorum Epiſcopus in commentarijs in 1. cap. in Cantica Canticorum: *Reges, & Sacerdotes ſecundum legem vnguento perungebantur, vt quanta iam eſſet imperij, & Sacerdotij dignitas, apertiſſime pateret; quemadmodum Daniel ait: Suſcitabit* Deus *cæli Regnum, quod ſuperabit omnia regna terræ, & illud: Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech. Odor igitur vnguentorum ſuper omnia aromata vnguentum ſuaue ſpirans, qualis in ſe eſt, talem effundit odorem. Chriſtus ergo in cælo, & in*

terra,

terra, & in mari omnia continens regnum ſuum, & imperium omnibus, & vbique bene, ſanctèque olentibus, ſuauiſſime inſpirat. Ita Philo. nemo vero nõ videt Philonem loqui de Eccleſia, & voluiſſe Chriſtum figuratum eo lapide, & quoad ſacerdotium, & quoad imperium, ſeu quoad ſacerdotium Melchiſedech, vt in vno & eodem eſſet vtraque coniuncta poteſtas, ſicut fuit in Melchiſedech regni, & ſacerdotij.

GVITHMVNDVS Cardinalis, & Epiſcopus Auerſanus, lib. 3. de Sacram. corporis, & ſanguinis Chriſti: *Daniel,* inquit, *propheta cum vidiſſet lapidem de monte ſine manibus abſciſſum, qui ſtatuam in pedibus ſuis ferreis, & fictilibus percuſsit, atque comminuit, viſionem hanc ita expoſuit, vt à regno* Dei, *quod eſt Eccleſia, quatuor principalia regna mundi, Chaldeorum videlicet, Medorum, atque Perſarum, Græcorum quoque, nec non & Romanorum, ſicuti exponente poſtmodum ipſo eodẽ Propheta perſpicue declaratur in diebus quarti Imperij, ideſt Romani, antequam ferreum eſſe deſiſteret, percutienda, & comminuenda confirmat, dicens: In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum nõ diſſipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur: comminuet autem, & conſumet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum, ſecundum quod vidiſti, quod de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuet ferrum, & teſtam, & æs, & argentum, & aurum. Hoc ſane de noſtra Eccleſia luce clarius videmus: ipſa enim Romanum Imperium, cum adhuc ferreum eſſet, & cætera regna contriuit; ipſa, hodieque, quod nemo negare poteſt, in domo quondam Romani Imperatoris domum obtinuit Saluatoris; inde enim ipſa per B. Leonem Papam hæc Berengariana figmenta mox ſub exortu damnauit, deinde per hunc ipſum, qui nunc præeſt B. Gregorium Papam, tunc Archidiachonum Romanæ*

ſedis, & poſt nonnulla: *Oſtendant*, inquit, *Danielis vaticinium quatuor principalia regna Mundi contriuiſſe, oſtendant ſe orbem terrarum impleuiſſe, oſtendant ſuum regnum alteri populo non ceſſiſſe, quod eos non poſſe omnibus ſatis, abundeque perſpicuum eſt, cum noſter populus regna mundi poſſideat, & hos ipſos* (nota hæc verba) *& auctoritate, & ratione confringat, quapropter Eccleſia noſtra a Chriſto fundata eſt*. ita Illuſtriſſimus Cardinalis.

OTTO Friſingenſis Epiſcopus lib. 6. cap. 36. *Romanum imperium ferro in Daniele comparatum pedes ex parte ferreos, & ex parte fictiles habuit, donec a lapide præciſo de Monte ſine manibus ſubuerteretur: quid enim aliud, ſine melioris ſententiæ præiuditio, lapidem ſine manibus exciſum, quam Eccleſiam capitis ſui corpus ſine carnali commiſtione ex Spiritu ſancto conceptam?* & poſt pauca: *In ea parte, quæ infirmior fuit, percuſſit, dum Regem orbis, non tanquam orbis dominum vereri, ſed tanquam de limo per humanam conditionem factum fictilem gladio anathematis ferire docuit; ipſa vero, quæ antea parua fuit, & humilis in quantum montem creuerit, ab omnibus iam videri poteſt*. ita ille.

CLEMENS Romanus in cõſtitutionibus Apoſtolicis lib. 6. cap. 19. *Daniel dicit, eſſe Filium hominis venientem ad Patrem, & omnem iudicij poteſtatem, & omnem honorem ab eo accipientem: item, lapidem ſine manibus de monte exciſum, & factum ingentẽ montem, qui cunctam terram repleuerit, dominatum multorum Regum, & multitudinem deorum confringentem, vnum Deum prædicantem, & Romanam Monarchiam eligentem*. Hucuſque Clemẽs. neq; putes Clementẽ voluiſſe ſolũ Monarchiã in ſpiritualibus ſignificare: aperta enim loca ſunt in his Cõſtitutionibus, quibus liquet vtramque dignitatem Regis, & ſacerdotis in Pontifi-

ces

ces Nouæ legis fuiſſe translatam, vt alias oſtendimus.

7. D. THOMAS opuſculo de regimine Principum lib. 3. c. 10. *Hic lapis Danielis factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram, quam quidem viſionem Daniel propheta, vt Hieronymus, & Auguſtinus exponunt, ad quatuor Monarchias adaptat, Aſſyriorum videlicet pro aureo capite; Medorum atque Perſarum pro argento in brachijs, & pectore; Græcorum vero Monarchia pro æreo ventre, & femore; ſed Romanorum vltimo pro tibijs ferreis, & pedibus partim ferreis, partim fictilibus; ſed poſt hæc: Suſcitabit, ait propheta, Dominus Deus cœli regnum, quod in æternum non diſsipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur, cõminuet autem vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum: quod totum ad Chriſtum referimus, et vice eius ad Romanam Eccleſiam.* & cap. 12. *enumeratis quatuor illis Monarchijs, de quibus modo dictũ eſt ſecundum Danielem ceſſante regno, & ſacerdotio in Iudæa naſcitur Chriſtus, qui fuit verus* Rex, *& Sacerdos, & verus Monarcha; vnde poſt reſurrectionem ſuam apparens diſcipulis ſuis dixit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Quod quidem ad humanitatem oportet referre ſecundum Auguſtinum, & Hieronymum, quia de diuinitate nullum eſt dubium, quia ſemper habuerit;* & cap. 13. *Hic ergo principatus Chriſti, ſiue dominium, omnes Monarchias, ſeu dominia traſcẽdit, annihilat, & confringit; quia omnia regna ſubijciuntur eidem, quod per eundem Prophetã pronuntiatum eſt: Viuo ego, dicit Dominus, quia mihi curuabitur omne genu. & Apoſtolus Paulus ad Philippenſes: In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* De hac *Monarchia cõcludit Daniel Nabuchodonoſor ſui ſomnij viſionem: In diebus, inquit, illis, hoc eſt, poſt illas qua-*

Auctor. Theol.

tuor Monarchias, Aſſyriorum, Perſarum, & Medorum, Græcorum, & Romanorum, ſuſcitabit Dominus cæli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius alteri non tradetur; comminuet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum: cuius quidem ratio æternitatis ſatis eſt in promptu, quia iſte principatus æterno coniungitur, cum iſte Dominus Deus, & homo fit. Sic D. Thomas; rationem etiam reddens, cur dicatur regnum æternum.

Dionyſ. in comment.

DIONYSIVS Carthuſianus: *Suſcitabit, id eſt, promouebit, & faciet Deus cæli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, id eſt regnum, atque Eccleſiam Chriſti, de quo Angelus dixit ad Virginem: Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et Eſaias*: Multiplicabitur, *inquit eius imperium, & pacis non erit finis. Regnum quippe, & ſtatus Eccleſiæ a tempore Chriſti incepit, & vſque in finem mundi durabit, deinde in cælis perficietur; hic enim inchoatur, & in patria perpetuatur. duplex autem eſt regimen populi regni Chriſti, puta Eccleſiæ, ſcilicet ſpirituale, & ſeculare, ſeu diuinum, atque ciuile, & Chriſtus per ſuos Vicarios Prælatos, ac Principes regnat in Chriſtianis*. & poſt pauca: *In fine, Antichriſto occiſo, omnes penè conuertentur ad Chriſtum, poſtremo in finali iudicio omnis terrena, & inimica poteſtas tolletur*. Hactenus Carthuſianus.

DVRANDVS Epiſcopus Meldenſis in opuſc. de origine iuriſdictionum: *Ad confirmationem*, ait, *eorum, quæ ſuperius dicta ſunt de iuriſdictione Eccleſiaſtica ſuper omnes Chriſtianos, & ſuper iuriſdictionem laicam, ſeu ſecularem facit illud, quod dicitur Danielis 2. cap.* & poſt non multa: *Quartum regnum Romanum, in diebus autem iſtius Regni Romanorum ſuſcitabit Deus quintum regnum, videlicet ipſius Chriſti, de quo Angelus Lu-*

ca

Digitized by Google

ca 1. prædicit Virgini Mariæ, dicens: Et dabit illi Do*minus Deus ſedem* Dauid *patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis, & illud regnum ferè ſubiecit ſibi omnia regna mundi, ipſi Chriſto per fidem*, & interiectis nonnullis: *Licet iſtud regnum Chriſti primo, & principaliter ſe extendat ad ſpiritualia, verumtamen quia temporalia ordinantur ad ſpiritualia, & non è conuerſo, quæ impediri poſſunt per abuſum circa temporalia, inde eſt, quod regnum Chriſti commiſſum Eccleſiæ ſe extendit non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, prout habetur expreſſe in* Decretis *diſt. 22. cap. omnes, ſicut in corpore quæſtionis dictum eſt, videlicet, quod Chriſtus commiſit B. Petro iura cæleſtis imperij, & terreni, & qui hoc priuilegium irritat, aut detrahit, in hæreſim labitur, & hæreticus cēſenduseſt. Nec propter hoc dicere intēdimus, quod Chriſtiani Principes, ſeu Reges ab Eccleſia teneant terras ſuas ſiue regna in fœudum, ſicut quādoq; male aliqui crediderunt, quoniā ius feudorū eſt in conuentionibus hominū adinuentū: ſed ſolū præciſe volumus dicere, quod regimen Regum, & quorumcumq; Principum Chriſtianorum ſubeſt regimini Eccleſiæ, in tantum, quod ſi cedat in ſubuerſionem fidei, aut bonorum morum, correptio, & directio ipſo iure pertineat ad Eccleſiam.* Sic Durandus in calce opuſculi.

8. Non prætereamus quaſi principem Iuriſperitorum BARTHOLVM, qui in Extrauaganti, Ad reprimendam, in verbo, Totius orbis: *Adueniente Chriſto ait, iſtud Romanum imperium incœpit eſſe Chriſti imperium; & ideo apud Chriſti Vicarium eſt vterq; gladius, ſcilicet ſpiritualis, & temporalis: Chriſtus enim lapis abſciſſus ſine manibus, cuius regnum non diſſipabitur, de quo prophetauit Daniel in dicto cap. 2. vbi hæc omnia imperia deſcribuntur.* Ita Bartholus. *Iuriſperiti. Barth.*

Ita

Ita etiam de Chriſto, & eius Vicario Romano Pontifice exponit IOANNES a Capiſtrano,& alij Doctores: &, niſi fallor, in hanc interpretationem iſſe, vel inclinaſſe videntur Patres ſupra citati, qui lapidem, & montem exponūt Eccleſiam; cum enim Petri ſucceſſor plenitudinē poteſtatis habeat in corpore myſtico Eccleſia; ſi Eccleſia lapide illo, & monte intelligitur, & Petrus conſequenter tanquam caput Vicariū, & petra Vicaria Eccleſiæ. ſed præ cæteris Hieron. qui cum dixiſſet, hunc montē magnum illum eſſe, de quo ait Eſa. c. 2. *Venite, aſcendamus ad montem Domini*; ait poſtea, ſuper Montem, Petrum, ædificatam Eccleſiam: itemque Auguſtinus accepiſſe Petrum aſſerens hunc montem amando, quem ter negauerat timendo: alludit enim ad regimen a Chriſto Petro traditum, cum ter dixit: Amas me, paſce oues, vel agnos meos. Quare fateri debemus eſſe penes Petri ſucceſſorem loco Chriſti lapidem Vicarium ſupremam in omnibus poteſtatem, eiq; omnia regna eſſe ſubiecta.

Ioan. de poteſt. Papæ.

*

FINIS LIBRI QVARTI.

DE TEM-

DE TEMPORALI ECCLESIAE MONARCHIA, ET IVRISDICTIONE

Liber Quintus.

IN QVO COMPREHENDVNTVR cæteri ex Veteri Teſtamento loci.

OSEAE PRAEDICTIONE VNVM in rebus omnibus caput oſtenditur.

Cap. I.

PRIMVS in ordine ex vatibus poſt Danielem occurrit Oſeas, qui in cap. 1. in calce ſatis expreſſe vnum futurum dicit in omnibus caput in Eccleſia. Verba Oſeæ hęc ſunt: *Erit in loco, ubi dictum eſt eis, non populus meus vos, uocabuntur filij Dei viuentis, & congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael ſimul, & ponent ſibimet caput vnum, & aſcendent de terra; quoniam Magnus eſt dies Iezrabel.* Hæc Vates Quo autem probemus in rebus temporarijs, & reliquis omnibus Monarchiã procedemus hoc ordine: Primo ſuppone-

Digitized by Google

ponemus nonnulla, antequam probemus Monarchiam deinde ad ipſius probationem veniemus, tertio loco nonnulla obijciemus, & ſoluemus.

Suppono itaque hic capitis nomine intelligi principatum, ita verterunt Septuaginta: *Ponent ſibi*, aiunt, *Principatum vnum*, & Chaldaica Paraphraſis: *Conſtituent ſibi Principem vnum de domo Dauid*: ita etiam Hieronymus, Auguſtinus, Cyprianus, Theodoretus, & alij, quos paulo poſt adducemus, & conſtat e phraſi Hebraica: capitis enim nomine Principatus, & regnum denotatur 1. Regum cap. 15. *Nonne cum paruulus eſſes*, ait Samuel ad Saul, *in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es*? & Pſal. 17. *Conſtitues me in caput Gentium*.

Suppono ſecundo: Hic ſermonem eſſe de militanti Eccleſia: patet ex communi interpretatione Patrum, quos poſtea afferam, & teſtimonijs Apoſtolorum Petri & Pauli, veluti præ cæteris adnotarunt Hieronymus, & Auguſtinus. Apoſtoli enim explicāt de Gentibus ad fidem adductis; & patet phraſi Hebraica: aſcendere enim de terra, idem eſt ac ſi diceretur, multiplicabuntur in terra, Hieremiæ 17. *Ecce aquę aſcēdunt ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans, & operient terram, & plenitudinem eius*. idem eſt cernere cap. 16. eiuſdem Vatis, & alibi. & ſic magnus eſt dies Iezrael, id eſt, ſeminis Dei, ſeu Chriſti: id enim ſignificat hoc nomen: mos autem eſt Scripturæ euentus rerum ponere loco nominū, ita apud Eſaiam cap. 8. vocatur Chriſtus: *Accelera ſpolia, detrahe, feſtina, prædare*, & cap. 9. *Princeps pacis*, & ne longius diuagemur in hoc eodem Vate: *Voca*, ait, *eam abſque miſericordia*: alludens ad reprobationem Iſraeliticarum tribuum; prędicitur itaque fore magna credentiū gentium in Chriſtum multitudo, vt poſtea dicam; ſic ergo apparet locum hunc

intel-

intelligi de Eccleſia militanti, & viſibili. iam demonſtremus Monarchiam.

Si in terris nō eſſet vnus ſupremus viſibilis Monarcha in omnibus, eſſent iam duo in Eccleſia viſibilia capita; ſed hoc eſt contra Vatem; ergo vnus eſt dandus viſibilis Monarcha fidelium, ſeu credētium vice Chriſti; certum eſt autem vice Chriſti Petrum relictum, & eius ſucceſſores in Eccleſia Catholica: igitur Petri ſucceſſor erit Monarcha in omnibus. Minor propoſitio aperta eſt, prædicitur enim in Eccleſia vnum caput, ſeu Monarcha, ex ſuppoſitis: Probatur ſequela maioris propoſitionis: Communi conſenſu Eccleſia conſtat regno, & ſacerdotio, vt late oſtendimus lib. 2. cap. 12. ex pluribus Pontificibus, Concilijs, Latinis, & Græcis Patribus, Theologis, & Canoniſtis, qui omnes eſſe intra Eccleſiam regnum, & ſacerdotium affirmant, ſeu, quod idem ſenſu eſt, gladium materialem, & ſpiritualem; atqui niſi eſſet vnus ſupremus Monarcha, apud quem eſſet regnum, & ſacerdotium, iam duo eſſent viſibilia capita. Quod ſi dicas eſſe tantum ex parte aliqua, non ex omni parte, pari modo concludit Argumentum quoad illam partem non eſſe caput, & propterea non erit vnum ſimpliciter caput, nec ſeruabitur vnitas principatus a Vate prædicta. *Primũ Argumẽtum.*

Secundo oſtenditur ex verbis D. Petri in epiſt. Canonica prima cap. 2. vbi cum adduxiſſet verba hæc Oſeæ, docet credentes in capite Chriſto eſſe regale ſacerdotium, ita nimirum, vt in corpus ſuum Chriſtus tranſmiſerit regiam, & ſacerdotalem dignitatem: *Lapis*, inquit, *quem reprobauerunt ædificantes, factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali ijs, qui offendunt verbo, nec credunt, in quo poſiti ſunt; vos autem genus electum, regale ſacerdotium*, docet his verbis Petrus, Chriſtum eſſe caput, & ſe explicat in corpore *Secundum Argumentum.*

fidelium ad quos ſcribit, ita eſſe caput, vt ſit ſacerdotium, & regnum in fidelibus, quos alloquitur illis verbis: *Vos genus electum, regale ſacerdotium*, erit itaque aliqua perſona, penes quam reſideat dignitas ſacerdotalis, & regia, & hoc ita eſſe ſuperiori libro probatum eſt pluribus ex communi Latinorum, & Græcorum Patrum conſenſu, velle Petrum per ea verba ſignificare regale ſacerdotium.

Tertio oſtenditur ex Patribus, & Theologis, qui de vnitate Principatus exponūt: GREGORIVS Nazianzenus oratione de pace: *Iam Iudas, & Iſrael Principatum ſibi vnum conſtituunt, Hieruſalemque, & Samaria ad vnam cœleſtem Hieruſalem colliguntur; nec Pauli amplius, & Apollo, & Cephæ, propter quos, & in quos intumeſcebant animi, verū Chriſti omnes vnum ſumus*. vult S. Gregorius omnia referri per Chriſtum ad cœleſtem Hieruſalem, ſeu felicitatem æternam, iuxta quod Paulus docet, quem ipſe Gregorius indicat primæ ad Corinthios cap. 3. vbi poſtquam Corinthiorum diſſenſiones reprehendiſſet: *Omnia*, ait, *veſtra ſunt, vos Chriſti, Chriſtus vero Dei.*

HIERONYMVS in commentarijs: *B. Apoſtolus Oſeæ prophetiæ aſſumens teſtimonium, & exponet illud ſuper vocatione gentium, & eorum fide, qui ex Iudæis credere voluerunt, omnem nobis difficultatem interpretationis abſcidit aſſerens Chriſti temporibus eſſe completum, vt ſcilicet in Iſraël eligerentur duodecim tribus, hoc eſt omnis populus Iudæorum; & in Iudaij, qui ex gentibus Ieſum Dominum confitentur.* & infra: *Vnum ſibi caput ponent, & principem, de quo ſcripſit Ezechiel: Et princeps vnus in medio eorum ſeruus meus Dauid.* Aperte Hieronymus exponit de Eccleſia, & vno eius Monarcha Chriſto ſecundum humanam naturam, ſecundum quam dicitur ſeruus, & filius Dauid.

AVGV-

Digitized by Google

AVGVSTINVS l. 18. de Ciuitate Dei cap. 18. *Et erit in loco, in quo dictum eſt eis: Non populus meus vos, vocabuntur & ipſi filij Dei viui: hoc teſtimonium propheticum de vocatione populi gentium, qui prius non pertinebat ad* Deum, *etiam Apoſtoli intellexerunt ſpiritualiter eſſe in filijs Abrahæ, ac per hoc recte dicitur Iſrael, propterea ſequitur, & dicitur: Et congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael in idipſum, & ponent ſibimet principatum vnum, & aſcendent de terra: Hoc ſi adhuc velimus exponere, eloquij prophetici obtundetur ſapor, recolatur tamen lapis ille angularis, & duo illi parietes, vnus ex Iudæis, alter ex gentibus; ille nomine filiorum Iuda, iſte nomine filiorum Iſrael, eidem vni principatui ſuo in idipſum innitentes, & aſcendentes agnoſcentur in terra.* Sic Auguſtinus. aſſerens hæc dicta ab Oſæa intelligi de Eccleſia viſibili in terris ſub vno principatu, & lapide angulari Chriſto: & eadem docet lib. 22. contra Fauſtum Manichæū cap. 89. & de Chriſto etiam explicant, & Eccleſia, ſeu fidelibus Cyrillus, & Rupertus in hunc locum; S. Gaudentius ſermone 9. Cyprianus lib. 1. aduerſus Iudæos; Tertullianus lib. 4. contra Marcionem; Phylo Carpatiorum Epiſcopus in cap. 6. in Cantica; nec meo iudicio opus eſt adducere Patres, quando (vt aduerterunt Hieronymus, & Auguſtinus) Paulus Oſææ verba cap. 9. in Epiſtola ad Romanos explicet de Gentium vocatione ſub Chriſto: *Et erit*, ait Paulus, *vbi dicetur eis: Non populus meus vos, dicetur eis, filij Dei viuentis.* Et Paulum pari conſenſu Patres, Ambroſius de vocatione gentium c. 18. Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes c. 1. Hieronymus q. 10. ad Hebidiam; & Græci, & Latini Patres in commentariis in Paulum.

Adducamus vnum, vel alterum Theologum.

D. Thomas lib. 4. contra Gentes, cap. 76. *Dicitur*

Apocalypſis 21. Ipſi populus eius erunt, & ipſe cum eis erit eorum Deus; ergo & in Eccleſia militanti vnus eſt, qui præſidet vniuerſis. hinc eſt, quod Oſeæ primo dicitur: Congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibi caput vnum. & Dominus dicit Ioan. 10. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Et cùm dixiſſet Chriſtum per miniſtros adminiſtrare ſacramentum, licet ipſe Chriſtus baptizet, ipſe peccata remittat: *Oportebat*, ait, *vt alicui committeret, qui loco ſui vniuerſalis Eccleſiæ gereret curam; hinc eſt, quod Petro dixit ante aſcenſionem: Paſce oues meas.* & cũ plura ſubiũxiſſet de vnitate Paſtoris, & Eccleſiæ: *Per hoc*, inquit, *excluditur quorundam præſumptuoſus error, qui ſe ſubducere nituntur ab obedientia, & ſubiectione Petri, ſucceſſorem eius Romanum Pontificem vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem non recognoſcentes.* Sic S. Doctor. & loquitur de rebus etiam temporalibus: nam rationes illius adductæ in eo capite, vniuerſalem in omnibus vnitatem, & Monarchiam concludunt.

Deinde, quia ità exponit expreſſe in commentariis in eum locum Ferrarienſis, nobilis in ſchola Thomiſtica alumnus.

Tertio, quia ità ſe explicat S. Thomas alibi (capitis) nomine, ita lib. 3. opuſculi vigeſimi de regimine Principum c. 10. verba attulimus lib. 1. ratione duodecima. Idem docet 19. eiuſdem lib. & opuſculi, adduximus verba in calce ſuperioris libri tertij cap. vltimo. itaque apparet per (caput) S. Thomam intelligere Monarchiam etiam in temporalibus. qua in re aduertendum eſt ex D. Thomæ ſententia (licet ſanctiſſimus, & pariter doctiſſimus Vir ſit maximè alioquin modeſtus) præſũptuoſos eos dicere, qui in omnibus etiam temporalibus Romanum Pontificem paſtorem non profitentur, ſubtrahere ſe volentes ab eius obedientia.

Quarto

Quarto probatur ex aliis locis, quibus conſtat voluiſſe eſſe Pontificem Romanum Monarcham in omnibus, quæ collegimus ex variis eius operibus per multa initio lib. vndecimi.

Sed reſpondent aliqui, non eſſe D. Thomæ opuſculum de regimine Principum. ſed equidem neſcio, qua ratione id dicatur, certe Romæ tempore Pij Quinti maxima diligentia fuerunt opera D. Thomæ excuſſa typis, dum idem Sanctiſſimus Pontifex viueret, & quæ non erant D. Thomæ, vel dubia, an eius forent, alio caracthere fuerunt impreſſa: illud vero opuſculum tamquam germanum conſueto caracthere D. Thomæ eſt impreſſum. Deinde tamquam germanum D. Thomæ citat Franciſcus Ferrarienſis lib. 4. contra gentes loco ſupra citato, Sotus, & alij Thomiſtæ; & licet irrepſerunt in textum illius opuſc. forte in margine nonnulla) ſicut etiam accidit in cómen. Arnobij in Pſal. quæ tamẽ Arnobij eſſe ſuo loco dicã) D. Thomæ eſſe conſtat: tũ quia etiam ſi concedamus, non eſſe illud opuſc. D. Thomæ, apparet, vt dixi, ex aliis locis hoc D. Thomam voluiſſe. *Sot. 4. ſent. diſt. 25. q. 2. ar. 1.*

ALBERTVS Magnus: *Iudæi dicunt, Dauid ſuſcitatum in aurea Hieruſalem, mendacium, & fabula eſt; & ideo exponendum eſt de Chriſto Ezechielis 37. Rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur vltra in duo regna.* & paulo poſt: *Ego ero eis Deus, & ſeruus meus Dauid Rex ſuper eos, & paſtor vnus omnium eorum: Ioan. 10. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor.* Sic Albertus Magnus. Erant filij Iſrael diſiuncti a filiis Iuda religione, cũ adorarent vitulos, quos erexerat Ieroboam, & poſt captiuitatem etiam vſque ad Chriſti tempora alium habebant cultum: ſi ergo quoad cultum, & regna (vt vult Albertus) non erunt gentes duæ, ſed vna ſub vno principe Chriſto, ideo tam quoad temporalia regna, *Albert. in comment.*

quam

quam cultum debet intelligi vnus Princeps.

Concludendum itaque eſt, vnum eſſe ſupremum caput in omnibus totius Eccleſiæ: quare cum certum ſit caput totius Eccleſię eſſe Petri ſucceſſorem, ipſe erit in omnibus Monarcha.

ADDVCVNTVR NONNVLLAE Obiectiones, quæ confutantur, & ſoluuntur. Cap. II.

Obiectiones Ocham.

NON deſunt, qui conantur ad hæc reſpondere. Igitur Ocham reſpondet lib. 1. trac. 2. par. 3. dialog. c. 24. non concludere hoc argumentum, *Quia Papa non eſt caput in temporalibus*. quare lib. 3. eiuſdẽ tertiæ partis: *Non eſt*, ait, *monſtruoſum, ut ſint duo capita, alterum in ſpiritualibus, alterum in temporalibus.* & paulo poſt. *Nec eſt unum caput, niſi caſualiter.* quod ſi dicas, eſſe caput Eccleſiæ Chriſtum, reſpondet cap. 30. *Debet intelligi ſub Chriſto, ut Deo*. Hæc ille.

Secundo poſſet etiam dici locum hunc Oſææ intelligi de illis, qui ex captiuitate Babylonica redierunt, qui caput vnum habuerunt, nempe Sacerdotem ſummum: nã res politicæ per ſacerdotes adminiſtratæ ſunt poſt reditum; & ita explicat Theodoretus de illis, qui redierunt poſt captiuitatem, ad cuius expoſitionem accedit Ruffinus in commentariis.

Soluuntur dicta obiec.

Ad has Obiectiones. ad primam: Si vera eſt reſponſio Ocham, ut non ſit vnum ſimpliciter caput in omnibus etiam temporalibus, ſequentur multa, quæ non videntur poſſe dici.

Primum: Petri ſucceſſorem non eſſe totius Eccleſiæ caput,

Digitized by Google

caput quod certe non apparet dicendum ; nam in CONCILIO Florentino definitum eſt, Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, totiuſque Eccleſiæ eſſe caput ; conſtat autem Eccleſia regno, & ſacerdotio, vt lib. 2. cap. 12. oſtendimus, quare & regni, & ſacerdotij Petrus accepit poteſtatem. & pluribus ibi deduximus, fugam illam non eſſe validam, vt dicamus eſſe in ſpiritualibus, non in temporalibus. quare in ſequenti ſecunda parte in 3. claſſe Conciliorũ probabimus, CONCILIVM Florentinum intelligi etiam in temporalibus ex iis ipſis, qui in eodem Concilio interfuere. & eſſe totius Eccleſiæ caput, definitum eſt etiam in quinta SYNODO Romana ſub Symmacho Papa, vbi magnis acclamationibus receptus eſt libellus Ennodij pro defenſione ſedis Apoſtolicæ, & auctoritate S. Symmachi comprobatus: ibi autem totius eſſe caput Eccleſiæ oſtenditur, & videtur debere Ennodius intelligi de temporalibus, vt diximus lib. 2. cap. 16. immo vero eſſe caput Eccleſiæ Romanum Pontificem decretum eſt a S. SILVESTRO, & approbatum a CONCILIO Nicæno: meminit huius canonis S. LEO nonus in epiſtola illa aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani c. 10. vbi deinde cum pluribus oſtendiſſet ex diuinis litteris eſſe Petrum caput Eccleſiæ, in calce Epiſt. cap. 38. ſic concludit: *Si Petrus ſingulariter figura ſummi capitis noſtri, Vicariuſque eius, ac ſui ſucceſſores iam in terris retinent ſpecialem dignitatem terreni, cæleſtiſque regni, nolite inuidere. vel detrahere Romanæ Eccleſiæ apici, quem per charitatem totum valetis adipiſci, & in nobis regnare & ipſi: ſin alias audietis, quod ſupra iam ſaluati eſtis, iam diuites facti eſtis, ſine nobis regnatis, & vtinam regnetis, vt & nos vobiſcum regnaremus, Ecce nos veſtram gloriam ducimus noſtram; cur vos annullare nitimini diuinitus, & humanitus conceſſam?*

Conc. Flor. In lit. vnit.

ſam? & poſt pauca ſermonem habens de ſenſibus; *Eos*, ait, nempe caput, *militare facit, & inuigilare corporis ſubiecti vtilitatibus, & caput de omnibus iudicans ſenſibus nullo ſenſu iudicatur; vt pote ſolius ſui iuditio ſufficientiſſimum; vtque Apoſtolus dicit, ſpiritualis iudicat omnia, ipſe a nemine iudicatur. hæc, & ſupradicta* (nota quæſo, quo loco habeat S. Pontifex aliter ſentiẽtes) *de corporis noſtri armonia, ſi non ſentitis in vobis, in corpore non eſtis, nec in corpore viuitis: iam videte, vbi, & quid ſitis, abſciſſi eſtis, putreſcitis, & velut palmes præciſus de vite foras miſſi eſtis*. Hæc Leo, cum egiſſet etiã in ea epiſtola de donatione Conſtantini, & ideo dicit: *Diuinitus, & humanitus conceſſam*. id etiam docuit de terreno imperio diuinitus conceſſo c. 13. his verbis: *His, & alijs quampluribus teſtimonijs iam vobis ſatis factum eſſe debuit de terreno, & cæleſti imperio, immo de regali ſacerdotio S. Romanæ, & Apoſtolicæ Sedis, præcipue* (ergo diſiunctum etiam de terreno regno videtur intelligi) *ſuper ſpeciali eius diſpoſitione in cælis, ſi quomodo* (nota etiam hæc, quibus apparet, quo loco ex S. Leonis ſentẽtia ponendus ſit aliter ſentiẽs) *Chriſtiani eſſe, vel dici optatis, & ſi ipſam Euangelij veritatem aperte, quod abſit, non impugnatis*.

Meminit etiam Niceni canonis NICOLAVS Magnus in epiſt. 8. ad Michaelem Imperator. vbi cum dixiſſet primatum Eccleſiæ Romanę non datum ab vlla Synodo eſſe ipſi Romanæ Eccleſiæ, ſed potius diuulgatum: *Non Nicæna*, ait, *non denique vlla Synodus quidquam Romanæ contulit Eccleſia priuilegium, quæ in Petro nouerat eam totius iura poteſtatis pleniter meruiſſe, & cunctarum Chriſti ouium regimen accepiſſe, ſicut B. Præſul Bonifatius atteſtatur, vniuerſis Epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens*. & poſt pauca: *Nicenæ Synodi non aliud præcepta teſtantur, adeo vt non aliquid ſuper eam auſa ſit conſtituere, cum videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri: omnia denique huic nouerit Domini ſermone conceſſa. ſi omnia, ergo defuit nihil, quod non illi conceſſerit*. Hæc Nicolaus Magnus, vna cum Bonifacio de induſtria

docens,

docens, non defuiſſe aliquid, quod non fuerit conceſſum, & voluiſſe etiam intelligere de iuditio circa res temporales, quanquam eſt ex generalibus verbis clarum, & apertum ſit, clarius docebimus in ipſius teſtimonijs; GREGORIVS quoque Septimus caput eſſe in omnibus temporalibus definitum eſſe Concilijs voluiſſe videtur, vt in eiuſdem Gregorij teſtimonijs aperiemus. *Greg. ep. 21. lib. 8.*

D. etiam THOMAS meminit huius canonis Nicæni lib. 3. cap. 19. opuſculo 20. de regimine Principum, cum paulo ante docuiſſet, Romanum Pontificem eſſe caput in corpore myſtico, & ideo iure naturali conuenire illi Monarchiam etiam in temporalibus, & inde eſt fortaſſe, vt in loco citato contra Gẽtes dixerit præſumptuoſos eos, qui totius Eccleſiæ caput nõ agnoſcunt. De fide huius Nicæni canonis fuſius in 2. parte in 3. claſſe Conciliorum, vbi certis teſtimonijs (vt arbitror) & rationibus res fiet magis aperta. hæc contra Ocham dici primo loco poſſent.

Secundo: Vna eſt viſibilis Eccleſia, vt oſtendimus lib. 1. in ratione ſeptima: ſed viſibili Eccleſiæ reſpondet vnum viſibile caput: ergo etiam in temporalibus. hinc eſt, vt Concilium Lateranenſe ſub Leone Decimo, ſeſſione vndecima, vnam eſſe doceat viſibilem Eccleſiam ex omnibus ſtatibus, & confirmat propterea Extrauagantem Bonifacij Octaui, Vnam ſanctam, qua temporalem poteſtatem ſubiectam ſpirituali affirmauit. lege, quæ de hoc diximus in ratione citata ſeptima lib. primi.

Tertio: Magna alioquin conſtitui videtur peruerſitas, niſi omnia reliqua pręter Deum rationem habeãt medij; magna enim (teſte Auguſtino) eſt peruerſitas frui vtendis; dictum eſt autem cæteris vti nos debere, ſolo Deo frui, & patet initio lib. 1. ſenten. ex Auguſt.

& Magiſtro, & omnibus ibi Theologis. Sin autem omnia reliqua habent rationem medij: ſolus Deus, & æterna fælicitas rationem vltimi finis, erit vnum ſupremum caput agens de eo fine talis eſt Papa. ergo.

Quarto: Non bene aſſumit Ocham, ſolum vnam eſse Eccleſiam ſub Chriſto, vt Deo, non vt homine; caput enim Chriſti Deus, caput Eccleſiæ Chriſtus, quare Paulus ad Epheſ. cap. 1. *Suſcitans*, ait, *illum* Chriſtum *a mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam.* Si Chriſtus ſuſcitatus a mortuis conſtitutus eſt ſuper omne nomen, quod nominatur in hoc ſeculo; ergo ſimpliciter ſuper Reges: dicit enim dignitas regia ſimpliciter poteſtatem temporalium rerum, & ſic voluiſſe Patres videtur, omniū ſupremum dominium Chriſto per hæc verba Pauli tribuētes; cos retulimus lib. 1. c. 23. etiā ſecundū humanā naturam, ſecundū quā reſurrexit.

Vltimo loco; Monſtri ſimile videtur eſſe vnius Eccleſiæ duo capita; quod dicendū videtur ex Ocham ſententia; vel certe non poſſe dici videtur duas eſſe viſibiles Eccleſias; cum tamen dicendum videatur ex Ocham aſſertione; ſuo enim capiti ſuum corpus debitum eſt; tali capiti tale corpus: capiti itaque in temporalibus, Eccleſia in temporalibus: capiti ſpirituali Eccleſia in ſpiritualibus, quod non videtur dicendum, vt conſtat ex ijs, quæ diximus in ratione ſeptima lib. primo. Hæc dicta contra Ocham nihil determinantes ex noſtra ſententia, num hæreſis ſit negare omni ex parte non eſſe Monarcham in omnibus temporalibus Pontificem; hoc enim relinquimus alijs iudicandum: Nos enim non tales ſumus, qui hoc determinare ex noſtra ſententia præſumamus; quare ad aliam Obiectionem.

Digitized by Google

Ad ſecundam obiectionem: Theodoreti, & Ruffini expoſitio recipienda ex parte eſt; quatenus typo præceſſit, quod dicitur ab Oſea; reuera autem completum ſit vaticinium in Eccleſia ſub Chriſto, & hoc nobis fauet: nam ſicuti ſub Sacerdotibus fuit ſumma rerum poteſtas poſt reditum ex captiuitate, ita erit in Noua lege, cum typo ita præceſſerit in Veteri: cęterum reuera intelligi vaticinium de Eccleſia, apparet ex teſtimonijs Petri in epiſt. 1. cap. 2. & Pauli in epiſt. ad Rom. cap. 9. vt adnotarunt inter cæteros Hieronymus, & Auguſtinus.

Deinde, quia vaticinatur Oſeas fore filios Iſrael velut arenam maris, quæ ait: *Sine menſura eſt, & non numerabitur*. atqui pauci admodum fuere, qui reuerſi ſunt ex captiuitate, vt patet Eſdræ 1. cap. 2. vt ſupra etiam dicebamus.

Adde, quod dicit Vates velle Deũ ſe obliuiſci Iſrael, quare Hieronymus in comment. *Conſideranda Domini indignatio, quod nequaquam domui Iſrael ſe dicit miſereri vltra, ſed eos de memoria ſua æterna obliuione delere, quia vſque hodie Perſarum Regibus ſeruiunt, & nunquam eſt eorum ſoluta captiuitas;* & Ioſephus lib. 2. Antiquitatum cap. 5. *Duæ tantum tribus per Aſiam, & Europam ſub Romano degunt imperio; decem autem tribus nunc quoque vltra Euphratem ſunt*. itaque licet aliqui redierint de filiis Iſrael, vt liquet ex 2. Par. 30. & 31. & Iacobi Epiſt. Catholica, quæ data eſt ad decem tribus, non tamen in tanta copia, vt docet Vates fore, vt aſcendant, ſeu multiplicentur veluti arena maris. quare debet Oſeas de gentibus intelligi, quæ non ſunt filij carnis, ſed, *promiſſionis æſtimantur in ſemine*, vt ait Paulus ad Roman. cap. 9. & ad Galatas 3. *Qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ*. Quomodo etiam per charactherem impreſſum in fidelibus, & ſacerdotalem dignitatem dicatur Chri-

ſtiani filij Iſrael, ex parte ſupra aperuimus, & acute docet meus frater Thomas Bozzius in eruditiſſimis libris de Signis Eccleſiæ Dei.

EIVSDEM PRINCIPATVS vnitas ex Zacharia probatur.
Cap. II.

VNITATEM regni, & Sacerdotij futurā in Noua lege in vna, & eadem perſona, ſatis expreſſe videtur prædicere Zacharia cap. 6. vbi cum retuliſſet quatuor quadrigas ſignificantes quatuor imperia, nimirum Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum, de quibus vaticinatur etiam Daniel ex Patrum interpretatione, Hieronymi, Cyrilli, Ruperti, Remigij, & aliorum, poſtea hæc ſubiungit: *Factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Sume a transmigratione ab Holdai, & a Tobia, & ab Idaia, & venies in die illa, & intrabis domum Ioſiæ filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone, & ſumes argentum, & aurum, & facies coronas, & impones ſuper caput Ieſu filij Ioſadech ſacerdotis magni, & dices ad eum: Hæc dicit Deus omnipotens: Vir, Oriens nomen eius, & ſubter eum orietur, & ædificabit templum Domino, & ipſe portabit gloriam, & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo, & cōſilium pacis erit inter illos duos, & coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ memoriale in templo Domini, & qui procul ſunt, venient, & ædificabunt in templo Domini, & ſcietis, quia Dominus exercituum miſit me ad vos, erit autem hoc, ſi auditu audieritis vocem Domini Dei veſtri.* Ita Zacharias. ex cuius verbis pluribus probatur ſuprema in omnibus Monarchia. Sed adnotemus noſtro more nonnulla.

Noto primo: hic ſermonem eſſe de Chriſto; patet communi Patrum interpretatione, Hieronymi, Cyrilli,

li, Ruperti, Remigij in comment. in hunc locum, & ita etiam exponunt Gregorius Magnus in 1. Regum cap. 1. & lib. 10. in Iob cap. 18. Ambroſ. lib. 1. de Paradiſo cap. 3. & lib. 5. de fide ad Gratianum cap. 3. Euſebius lib. 7. Demonſtrationis Euangelicæ c. 9. Athanaſius homilia in ea verba: Omnia tradita mihi ſunt a Patre meo: Chryſoſtomus in hæc ipſa verba; Baſilius homil. 12. in pſ. 45. Damaſcen. lib. 4. de fide orthodoxa: conſentit paraphraſis Chaldaica, quæ nomen Meſſiæ expreſſit, & Rabini, vt videre eſt apud Galatinum lib. 3. cap. 16. de Arcanis Catholicæ veritatis.

Deinde nomen, Oriens, Hebraice צמח, thſemach, Latine germen, id probat; hoc enim nomine צמח, thſemach, Chriſtus denotari conſueuit, ita c. 3. eiuſdem vatis Zacha. vt exponunt Patres, Cyprianus, Cyrillus, Gregorius, Euſebius, Ambroſius, Hieronymus, Remigius, Rupertus, & alij: & Hieremiæ 23. Hebraice, צמח thſemach, ita etiam cap. 33. eiuſdem Hierem. & Eſaiæ 4. quibus in locis nomen Meſſiæ, ſemper Chaldæus Interpres expreſſit. Tandem quia duplicem coronam (vt dicam) imponendam vult Vates Ieſu filio Ioſedech; conſtat autem Ioſedech Regem non fuiſſe; quare neceſſario de Chriſto Rege, & Pontifice debet locus intelligi.

Cypr. lib. 2. aduer. Iud. Cyrill. in collect. Greg. Mor. lib. 39. c. 26 Euſeb. vbi ſupra. Ambroſ. Hieron. & cat. in comm.

Secundo noto, hic eſſe ſermonem de Eccleſia viſibili cum ſuo capite pariter viſibili: patet, nam fore, vt ædificetur templum aſſeritur, nempe multitudo fidelium in ædificio Eccleſiæ, vt ait Hieronymus, quæ neceſſario per viſibiles Miniſtros intelliguntur, per quos facta eſt nationum ad fidem conuerſio: itemque: *Qui procul ſunt* (ait Vates) *venient, & ædificabunt*. quæ ſane conſtat de viſibili Eccleſia intelligi, & viſibilibus miniſtris.

Hoc ipſum oſtendunt verba illa: ***Subter eum orietur***, id eſt,

id eſt, germinabit, quod earum rerum eſt, quæ ſucceſſiue incrementa ſumũt; Eſaiæ 44. *Germinabit inter herbas, quaſi ſalices iuxta perfluentes aquas*, & ſæpe alibi, quare debet neceſſario de viſibili Eccleſia locus intelligi, & viſibili in ea loco Chriſti miniſtro ad Monarchiam.

1. Cui vice Chriſti datũ eſt ſacerdotium in Eccleſia Catholica, illi datum eſt regnum: ſed in Petro Papæ datũ eſt loco Chriſti in vniuerſali Eccleſia ſacerdotiũ: ergo & regnũ: Minor patet catholicorum cõſenſu, & ex multis, quæ dicta ſunt in toto hoc opere. probatur itaque altera propoſitio: nam Vates dicit fore, vt in vna, & eadem perſona ſint plures coronæ: *Facies*, inquit Vates, *coronas, & pones in capite Ieſu*. Quare Hieronymus in commentarijs, *duas vel plures* עטרות, *quippe, ideſt* στεμματα, *non vnum, ſed dualem vel pluralem numerum ſignificat*. neque dicas, vnam fuiſſe impoſitam ſuper Ieſum, aliam ſuper Zorobabel: nam oſtenſum eſt locum hunc intelligi de Chriſto, & Eccleſia. deinde non accepit regnum Zorobabel: fuit enim Dux, & non Rex. ad hæc videtur hoc contra litteram: *Facies*, ait Zacharias, *coronas, & pones in capite Ieſu*: velle itaque ad aliam perſonam referre, eſt contra Vatem: ergo de Chriſto, & loco eius Vicario eſt vaticinium, qui ſecundum ordinem Melchiſedech eſt Rex ſimul, & ſacerdos: alioquin enim non ſeruaretur vnitas ſolij, & caruiſſet regno Eccleſia, cum diu fuerit ſine Chriſtianis Regibus.

Secundo, probatur ex geminatione pronominum, & ijs, quibus ſignificantur coronæ imponendæ ſuper vnius perſonæ caput in Eccleſiæ ædificio: dicit enim Vates: *Vir, Oriens, nomen eius*: ac ſubiungens ait: *Et ſubter eum orietur*. deinde vero: *Et ædificabit templum*. itemque: *Et ipſe extruet templum Domino*. & mox:

Et

Et ipſe portabit gloriam. & ſtatim: *Et ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo*. & amplius: *Et erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo*. Facta fuerat immediate ante hæc omnia perſonæ ſolius Ieſu mentio, ita vt ſuper ipſius caput imponerentur coronæ: ad quem ergo hæc omnia referuntur, niſi ad vnam, & eandem perſonam? ſi ergo de viſibili Eccleſia hæc intelliguntur, cum certum ſit ſuper Petrum ædificatam eſſe Eccleſiam, & ſub eius regimine virtute Chriſti creſcere, qui minus errare poſſit in vniuerſali fidei, & morum regimine, cur non loco Chriſti & ipſe Rex, & Sacerdos?

Confirmatur: Dicebamus enim ſupra, Chriſtum pollicitum eſſe, & tradidiſſe principatum Eccleſiæ varijs modis denotata Petri perſona, pronominibus, cognognomine, nomine antiquo Simonis, & alijs; quod certe optime quadrat cum modo loquendi vatis, cum ædificandum dicatur templum ſeu Eccleſia, & tot modis denotetur hic etiam Chriſtus; vt intelligamus, ſicuti Chriſtus per hanc geminationē pronominum accepit regnū, & ſacerdotiū, & omnē in fidelibus poteſtatem, ſiue circa ſpiritualia, ſiue circa tēporalia, ita etiā Petrus, ſuper quē conſtructū eſt ædificiū Eccleſiæ conſtantis regno, & ſacerdotio: tū quia velle aſſerere loco Chriſti eſſe regimen in ſacerdotio, nō in regno, per viſibiles Miniſtros, non apparet dicendū. ſi itaque loco Chriſti petra eſt Petrus viſibilis Miniſter, erit & in regno: ergo in ædifitio Eccleſiæ conſtantis regno, & ſacerdotio.

Tertio probatur, quia fore dicitur, vt ſit conſilium pacis inter duo illa ſolia; at qui ſi de Chriſtianis Regibus exponamus, hoc non bene explicatur: nam ex quo tempore Imperatores, & Reges Chriſti fidem ſunt amplexi, multæ, & graues in Eccleſiam commotæ ſunt ab illis perſecutiones: nam Conſtantius Conſtantini Magni filius peſſimus Arianus fuit; Valens ſimiliter

Aria-

Arianus: Reges Herulorum, Vuandalorum, Gothorum Ariani; tot alij hæretici, qui ab Eccleſia deſciuere, & qui in Eccleſia permanent, minus ſæpe ſunt obſequentes, & Chriſti Vicario contradicunt. ergo Vates debet intelligi, vt ſit in vna perſona vtrumque ſolium, vt hac ratione bene conueniat vaticinium ad rectam gubernationem adaptatum, quo nimirum res poſſint bene regi: tritum enim illud philoſophicum: Nequeunt bene entia diſponi; vnus ergo princeps præſertim accedente diuinitus conceſſo priuilegio: vt quemadmodum Papa minus errare poteſt in vniuerſali regimine, in fidei, & morum decretis; ita nec populi ipſi Pontifici adhęrentes: & ſic ſit pax, quæ eſt ordinis tranquillitas, & ſint ſummo Hierarchæ ſubiecta tẽporalia, quæ iure inſeruire debent ſpiritualibus, tamquam ad illa ex ſua ratione ordinata; alioquin enim foret magna peruerſitas.

4. Quarto, idem probatur ex ſimili loco Eſaiæ c. 60. eius verba ſupra retulimus, dicit ibi Eſaias: *Argentum eorum, & aurum eorum nomini ſancto meo*. Zacharias vero expreſſit docens debere fieri coronas ex auro, & argento tranſmigrationis; hæc autem oblata fuere in templo, vt Patres adnotarunt Hieronymus, & Cyrillus, per quæ ſignificabatur in typo fore, vt diuitiæ offerrentur Chriſto, & quaſi corona ex illis fieret ſuper caput eius: Eſaias ait: *Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges earum miniſtrabunt tibi*.

Zacharias: *qui procul ſunt, venient, & ædificabunt in templo Domini*. Eſaias: *Aperientur portæ tuæ iugiter die, ac nocte non claudentur; gens enim, & regnum, quod tibi non ſeruiet, peribit*. Zacharias: *dominabitur ſuper ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos*; indicat enim Vates Zacharias firmitatem ſolij, vt inde exturbari nequeat, quo pax vera ſeruetur & ordinis trãquillitas, vt temporalia ſubiecta ſint ſpiritualibus, &

illis

Digitized by Google

illis inſeruiant; quibus iure inſeruire debent, alioquin foret magna peruerſitas.

Quinto, oſtenditur ex Patrum interpretatione, qui ad Chriſtum Regem, & ſacerdotem ſecundum humanam naturam referunt, & viſibilem Eccleſiam: HIERONYMVS in commentariis, cum potius ex aliorum ſententia retuliſſet Zachariam referri ad eos, qui rediere ex captiuitate, ita deinceps ait: *Appellatur Oriens, ad quem locutus eſt Pater: Filius meus es tu, ego hodie genui te, & ſubter eum orietur multitudo credentium; & ædificabit domum Domini Eccleſiam.* & poſt pauca: *Ipſe Rex, & Pontifex eſt, & ſedebit tam in regali, quam ſacerdotali throno, & conſilium paci erit inter utrumque, vt nec regale faſtigium ſacerdotalem deprimat, nec ſacerdotij dignitas regale faſtigium.*

RVPERTVS Abbas: *Quid ſibi vult iſta congeminatio? Et dominabitur ſuper ſolio ſuo, & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, niſi quia vnus, idemque, in quem hæc dicuntur, futurum erat, vt eſſet; et nunc eſt Rex, atq; ſacerdos denique, qui rex idcirco dominabitur ait ſuper ſolio ſuo, et erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, ſatisque manifeſtum eſt hunc eſſe ſenſum, quia in vna perſona conueniunt regnum, & ſacerdotium, & vnus, idemq. geminum obtinebit regni, & ſacerdotij ſolium: vnde ſtatim infertur: Et conſilium pacis erit inter illos, ſubaudiendum eſt, dominantem, & ſacerdotem, non quo Chriſtus diuidatur, ſed quo principatus duo, qui hactenus fuerat diuiſi (altera enim erat perſona regia, & altera ſacerdotalis) in Chriſto conſocientur.*

Eadem REMIGIVS, ALBERTVS Magnus, & eruditi noſtri temporis interpretes RIBERA, & ARIAMONTANVS: *Inter dignitatem*, ait Ribera, *regiam, & ſacerdotalem ſæpe erant offenſiones, ſed nunc erit ſumma pax, quia in eadem perſona erunt: ita etiam vulgare, ſed elegans diſthicon oſtendit.* *Rem. Alb. in commen.*

Partus & integritas diſcordes tempore longo
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

BENEDICTVS: *Si de altera perſona a Rege iam appellato diſcreta ſermo eſſet, ex linguæ vſu addito articulo demonſtratiuo dicendũ fuit, & erit* הצמח atſemach, הכהן achohen *ſacerdos certã rem hæbraice vt o græce indicat, cum verbi huiuſmodi vſu* Latini *careant: placuit autem Hemiſtichium hoc barbere quidem, tamen quo res ipſa planior fiat, reddere, & erit ſacerdotans ſuper ſolium ſuum, & conſilium pacis erit inter vtrumque, ille idem, inquit qui regiæ gloriæ coronã adeptus erit, ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo, in eodem ſolio regio erit ſacerdotans ſacerdotis officio, &c.*

Conſtat itaque ex his omnibus in Chriſto fuiſſe cõiunctam ſacerdotalem, & regalem dignitatem, & per ipſum in Eccleſia in capite viſibili, & ita per hanc Monarchiã ſit pax, quæ cum ſit ordinis tranquillitas, tunc erit, cum temporalia veluti inferiora ſubſunt ſpiritualibus, & diuinis veluti ſuperioribus: vice itaque Chriſti Petri ſucceſſor in Eccleſia erit ſupremus Paſtor regali, & ſacerdotali dignitate Monarcha.

Et horum Regum erit memoriale, vt aſſeritur a Zacharia, in templo Domini, qui ſuo obſequio, & de ſuis diuitijs, quaſi coronam texuerunt Eccleſiæ, & capiti eius Chriſto, ingẽs enim laus Pipini in Eccleſia; ingens glorioſiſſimi Caroli cognomento Magni, in quo reuixit iam extinctũ in Occidente imperium, cui Deus tot ſubiecit nationes; ingens tot aliorum Galliæ, & cæterorum Orthodoxorum Principum gloria; *Quanta*, ait Nicolaus Magnus, *Dei cultorum Auguſtorum, qui Eccleſiam Dei exaltarunt, & præcipue Romanam Conſtantini videlicet, & Conſtantis, Theodoſij quoque Maioris, & Valentiniani, & cæterorum laus in Eccleſia polleat, & eorum memoria vbique perſonet, & nomen eorum inter*

Epiſt. 8. ad Mich. Imp. prope finẽ. Nota de Conſtant. & alijs Impp. Roman.

ſacra

ſacra myſteria intermiſſe commemoratur, attentius & ſedule recordamini. ita alloquens Imperatorem Michaelem Nicolaus.

SACERDOTVM PRÆSCRIPTO omnia agenda eſſe ex Malachia aperitur. Cap. IIII.

SACERDOTVM præſcripto omnia agenda eſſe docere videtur Malachias 2. capite: licet autẽ de Aaronico loquatur ſacerdotio, attamen, quæ à Vate dicuntur de Aaronico ſacerdotio, multo magis videntur de ſacerdotio Nouæ legis concludere. ſunt autem Malachiæ verba, quæ ſequuntur: *Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labÿs eius: in pace, & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate; labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.*

Quo bene percipiamus locum hunc Malac. aduertendũ primo ex phraſi Hebraica מפיו Mipiu, *Ex ore eius*, dici perinde ac ſi ex præſcripto eius, & præcepto diceretur, ita Ioſue 16. *Qui contradixerit ori tuo*. 3. Regum 13. *Qui inobediens fuerit ori Domini*: id eſt præcepto.

Secundo aduertendum eſt, legem Veterem remanſiſſe quoad moralia; licet enim ceſſarint legalia quoad ceremonialium obſeruationem, at quoad mores permanſit, & eadem poteſtas penes Miniſtros legis ſacerdotes, quare Alenſis 3. parte ſummæ q. 27. art. 2. num. 3. in reſponſione ad argumenta: *Ad illud*, ait, *quod obÿcebatur, tranſlato ſacerdotio*, &c. *dicendum quod per ſacerdotium Chriſti non eſt mutatio moralium, ſed*

completio, ſed de figuralibus loquendum eſt dupliciter, vel quantum ad obſeruantiam, vel quantum ad auctoritatem ſignificandi; & cætera: aſſerens remanere ſacerdotium in auctoritate moralium, & auctoritate ſignificandi in figuris, & cæremonialibus; declarat autem Alenſis triplici modo quoad moralia impletam legem, quod breuitatis cauſa omittimus. ſic etiam D. Thomas 1. 2. q. 103. art. 3. ad primum: *Dicendum*, ait, *quod lex vetus dicitur eſſe in æternum, ſecundum moralia quidem ſimpliciter, & abſolute; ſecundum cæremonialia vero quantum ad veritatem per ea figuratam*. Sic D. Thomas: & conſtat manifeſte, quia præcepta moralia ſunt de lege naturæ, V. g. vnum Deum colendum, diuinum cultum illi impendendum, & cætera præcepta Decalogi, vt è Theologis diſt. 37. lib. 3. ſentent. apparet Ricardo, Bonauentura, & aliis: liquet autem legem naturalem remanſiſſe: ex his itaque habetur ratio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ in rebus temporariis.

1. Eohactenus Rex, & Princeps ſecularis ſe ſua poteſtate extendit, quatenus conducere poteſt ad bonum rationis, & virtutis (hic enim lumine naturæ eſt finis Reip. a quo tota eius mẽſuratur poteſtas) ſed ex diuino præcepto eſt requirenda huiuſmodi lex a ſacerdote: dependet itaque, & ſubiacet ſacerdotio tota ſecularis poteſtas. quod ex eo confirmatur, quia lex humana, (teſte D. Thoma, & alijs) eohactenus obligat, quatenus regulatur a lege naturæ, & bono rationis. hinc Ariſt. & Philoſophi, vt lib. 1. in ratione nona retulimus; iudicẽ, ſeu Regem legem animatam dixerunt; quare ſi exquirenda eſt lex naturæ, quæ ad mores ſpectat a ſacerdote ex diuino præcepto, iam ſubiacebit ſecularis Princeps Sacerdoti.

1. 2. q. 90. art. 1. & q. 95. ar. 2.

2. Valde vniuerſalia ſunt ea verba: *Lex veritatis*

in

in ore eius: itemque illa: *Cuſtodient ſcientiam*. Quare debemus pari ratione accipere ex altera parte, cum dicit Vates: *Legem requirent ex ore eius*: nomen (legis) pro omni re, quæ dirigit hominem ad Deum; porrò ſicuti ex vna parte oſtenditur imperiū ſacerdotium, dum ex ore, ſeu præſcripto eius lex veritatis eſſe aſſeritur, & cuſtodienda ſcientia, quo auertat homines ab iniquitate; ita ex altera obſequium, dum requirenda ex ore ſacerdotis lex affirmatur: eſt itaque in præcepto diuino tale obſequium, vt diuinæ voluntati ſit obſtare, dum non obtemperatur ſacerdoti, per quem manifeſtatur Dei voluntas, vt propterea dicatur Angelus Domini exercituum: ita per modum præcepti apud Ag- *Agg. 2.*
gæum dicitur: *Interroga ſacerdotes legem*. ita quia *Oſea 4.*
ſcientiam ſacerdotes repulerunt fore, vt non fungantur amplius ſacerdotio: *Quia*, inquit, *ſcientiam repuliſti, ego quoque repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi*.

Poteſt autem duplici ſenſu nomen veritatis, & ſcientiæ intelligi, cum dicitur: *Lex veritatis in ore eius, & labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam*: vel pro cognitione, quæ in ſpeculatione conſiſtit. vel etiam prout ad operationem eſt directa: certum eſt hic accipi nomen veritatis, & ſcientiæ, etiam prout dirigitur ad operationem, ideo enim dicitur, multos auertet ab iniquitate, ex qua recolligitur, ſacerdotum eſſe omnia in repub. ordinare. *Sicut enim*, ait D. Thom. 1.2. q. 90. ar. 2. ad 3. *nihil conſtat firmiter ſecundum rationem ſpeculatiuam, niſi per reſolutionem in prima principia indemonſtrabilia, ita firmiter nihil conſtat per rationem practicam, niſi per ordinem ad vltimum finem*. quare cum ſit Deus propter ſe diligendus, propter Deum proximus, & cætera omnia amore etiam naturali, ideo omnia dependebunt ab imperio ſacerdotis. ſunt itaque Sa-

cerdo-

cerdotes ſupremi miniſtri naturalis iuris,& diuini reue-
lati, eorumq; eſt imperio ordinare homines in Deum, & proximos, ad bonã vitam, propter Deum, ſecundum legem vel naturalem, vel ſupernaturalem; quomodo ergo non ſubiacebunt ſeculares principes ex diuina inſtitutione diuino, & naturali iure ſacerdotio in omnibus, cum propter ſe diligendus Deus, propter Deum proximus,& cætera omnia amore etiam naturali.

3. Accedit, quod,vt docuimus initio nonæ rationis lib. 1. ex poteſtate etiam coactiua eſt miniſter, & interpres diuinæ ſcripturæ ſacerdos; Scripturæ autem ſacræ nomine, lex diuina ſine dubio comprehenditur: ergo ſi ex imperio ſacerdotis eſt requirenda, & obſeruanda, vtique in omnibus ſubiacebunt ſeculares principes. Antecedens videtur apertum; probatur Conſequentia: nam Scriptura ſacra continet ea, quæ pertinent ad felicitatem actiuam,& contemplatiuam, ſeu bonum morale, & verum (eſt autem reſpublica felicitatis gratia, & omnis actio hominis ſaltem implicite, & virtute ſemper eſt propter felicitatem, vt pluribus oſtenſum eſt libro primo) Porro contineri in diuinis literis ea, quæ pertinent ad felicitatem, ſeu actiuam, ſeu contemplatiuam, & ad ipſam faciunt, præterquam quod apertum videtur ex dictis, docent Damaſcenus lib. 4. de fide orthodoxa: *Ad actionem*, ait, *ſtudioſam, & contemplationem ſinceram ex Scripturis ſacris euadimus: nam virtutis omnis exhortationem, & omnis vitij auerſionem ex illis comperimus*. & Auguſtinus epiſt. 2. ad Voluſianum: *Quæ diſputationes, quæ litteræ quarumlibet philoſophorum, quæ leges quarumlibet ciuitatum, duobus præceptis ſunt comparandæ, ex quibus Chriſtus dicit totam Legem, & Prophetas pendere: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut te ipſum?* & ibidem: *Hic philoſophia, quo-*

niam

niam omnes omnium naturarum cauſæ in Deo Creatore ſunt; Hic Ethica, quoniam bona vita, & honeſta non aliunde formatur, quam cum ea, quæ diligenda ſunt, quemadmodum diligenda ſunt, diliguntur, hoc eſt Deus, & proximus : & cætera, quæ fuſe proſequitur Auguſtinus, ſic etiam alij Patres, quorum nonnullos adduximus in dicta ratione nona.

4. Ad hæc: Aliquis debet eſſe vindex violatorum, vel contemptorum earum rerum, quæ diuinitus reuelātur in ſacris litteris: at quisnam is erit, niſi ille, ex cuius præſcripto eſt requirenda lex, & eius labia debent cuſtodire ſcientiam? Veniamus ad Patres.

5. DIONYSIVS de Eccleſiaſtica Hierarchia, ad hunc ipſum Malachiæ locum alludens: *Diuinus Antiſtes (ut ſcripta diuina teſtantur) interpres eſt diuinorum iudiciorum: Angelus enim eſt Domini Dei rerum omnium præpotentis. didicit ergo à ſcriptis, quæ diuinitus prodita ſunt, clariſſimam, diuinamque tribui uitam pro dignitate, ac meritis iuſtiſſimis lancibus.* *De Eccleſ. hier. c. 12.*

THEODORETVS: *Conuenit ſacerdotem ſumme iuſtum eſſe legum diuinarum adminiſtrum, nempe aliorum præceptorem electum, & cui diuina reſponſa perferendi negotium datum eſt: Angelus enim Domini omnipotentis eſt, annuncians aliis Dei uoluntatem.* Vult Theodoretus eſſe miniſtrum legum diuinarum, & propterea etiam moralium præceptorum. quod voluiſſe Theodoretum aperte conſtat ex commentariis in 44. caput Ezechielis, vbi ſacerdotum ait eſſe iudicare cauſas ad cædes pertinentes, & alias lites emergentes. Eadem habet HIERONYMVS in comment. in 44. caput Ezechielis, adducens hunc locum Malachiæ, & in commentariis in Malachiam, ad ſacerdotis officiũ dicit pertinere notitiam legis, alioquin fruſtra habet nomen Sacerdotis: & *Hoc eſt*, inquit, *quod Apoſtolus*

Paulus

Digitized by Google

Paulus ſcribit ad Titum, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere. & ad Timotheum: *Quoniam ab infantia ſacras litteras noſti, quæ te poſſint inſtruere ad ſalutem, vt peccantes coram omnibus arguas*, &c. quibus patet velle HIERONYMVM ea, quæ habentur in ſacris litteris, ex poteſtate pertinere ad Sacerdotes Euangelicos, quibus arguere poſſint, & punire peccantes. vnde in commentarijs in 2. caput Aggæi Prophetæ adducit hunc eundem Malachiæ locum, & explicat ex Deuteronomij c. 17. vbi recurrendũ dicitur in ambiguis ad Sacerdotes, & Pontificem, cuius ſtandum ſit iuditio: & hoc idem aſſerit præceptum in Nouo teſtamento. & eodem modo Malachiam exponunt cum Hieronymo REMIGIVS, RVPERTVS, & alij Patres, & CONCILIVM Pariſienſe ſub Ludouico, & Lothario eius filio in præfatione vbi dicit, inquiſitum eſſe quid delicti commiſſum foret a Principibus, & reliquo populo: *Simulque*, inquit, *inuenirent Epiſcopi, quæ occaſione, in vtroq; ordine* (ſcilicet Clericorum, & Laicorum) *id effecerint, id a recto tramite deuiaſſent, & quid de his cauſis inuentum fuiſſet, correctionis gratia, iuxta miniſterium ſibi iniunctum patenter denuntiarent, attendentes illud quod per Malachiam Prophetam Dominus ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt: quod B. Hieronymus ita exponit: Angelus autem, inquit, id eſt, Nuncius.* & cætera, quæ ex Hieronymo retulimus.

CONCILIVM Meldenſe ſub Carolo iuniore in præfatione, cũ in typo Hieremiæ dicta verba illa ad ſacerdotes docuiſſet: *Ecce conſtitui te ſuper gẽtes, & regna* aſſerit *falce ſacerdotali, durius valeat, & ſæpius debeat recidi quidquid terrena poteſtate, vel cupiditate, ignorantia, ſeu fragilitate, ſtudio, ac ſurreptione peruerſum*

ſum

ſum in Eccleſia, aut in humana conuerſatione pullulauerit, recidendum, Sacerdotum eſt enim diuina populo dare mandata, & referre reſponſa, quia in rationali pectoris Aaron erat doctrina, & veritas; & ſacerdotalis chorus, os Domini appellatur, ſicut ſcriptum eſt, ſi ſeparaueris pretioſum a vili, quaſi os meum eris, cui etiam dictum eſt: Tu autem annunciabis eis, quin populis vniuerſis ex me, & legem requirent ex ore ſacerdotis, quia Angelus Domini exercituum eſt. Quibus Concilij verbis habetur ſacerdotum eſſe recidere, quidquid uitioſum eſt, & peruerſum in Eccleſia, & eorum eſſe regulam, & normam alijs præſcribere omnibus. *Malach. 2.*

GREGORIVS etiam Magnus in Epiſtola ad Mauritium Auguſtum, adducit hunc locum Malachiæ, quo oſtendat dignitatem ſacerdotum; & pari modo NICOLAVS Magnus ad Michaelem Imperatorem: vterque autem ſtatim poſt adductum Malachiæ locum refert, quomodo Conſtantinus, combuſtis libellis, quibus accuſationes Epiſcoporum continebantur: *Vos, inquit Conſtantinus, dij eſtis a vero Deo conſtituti* (alloquitur Epiſcopos,) *& inter vos cauſas veſtras diſcutite, quia dignum non eſt, vt nos iudicemus Deos. in qua tamen* ait Greg. *ſententia, non præſtitiſſe aliquid ex reuerentia*, quia nimirum iure erat debitum illud obſequium a Conſtantino, cum & ipſi pagani id cognouerint, vnde poſt pauca in hac Epiſtola conqueritur Gregorius cum Imperatore, quod turbata ſit pax, quam cum Longobardis in Thuſcia fecerat: deinde, quod corrupta pace, milites ab vrbe ablati ſint, vt liqueat expreſſe ſacerdotum eſſe ſe immiſcere in temporalibus, ad rectum regimen reipublicę, pro temporis, & rei opportunitate, ad ſpiritualium conſeruationem, vt dictum eſt ſępe, & omnia eſſe ex ſacerdotum perſcripto agenda, quod latius oſtendemus ſuo loco ex

aliis teſtimoniis Gregorii, & ſicut antea dixi.

Nicolaus etiam Magnus idem cum Gregorio ſentit, eadem prorſus adducens ex D. Gregorio, non aliquid a Conſtantino ex reuerentia tributum dicens ſacerdotibus, cum antea pagani exhibuiſſent, & plura in eadē Epiſt. Conciliorū teſtimonia adducit, quo oſtē dat Pontificem eſſe ſupremum omnium iudicem. vnde Conſultus Nicolaus a Bulgaris reſpondit ad permulta ciuilia quæſita, quid agendum illis foret de pace, de bellis, de homicidiis, & furibus, qua pœna puniendi. ea nos breuiter retulimus lib. 6.

Sed arguet forte aliquis cum Ochā, ex hoc Malachiæ loco colligi dūtaxat eſſe penes ſacerdotes Nouæ legis vim diſcretiuam, & poteſtatem in foro pænitentiali; nō autem coactiuam in foro exteriori circa legem naturalem, vel mores; alioquin enim, ſi remaneret eadem poteſtas, poſſent etiam ſacerdotes Euāgelici morte mulctare delinquentes, prout lex Moſaica præcipiebat de pluribus delictis, v.g. adulteros lapidibus obruēdos, blaſphemos item; at ſanguinis effuſio prohibetur ſacerdotibus Nouæ legis.

Verum hæc obiectio nec pili facienda eſt, & refelli poteſt ex dictis: nam rationes a nobis allatæ, & auctoritates ex Patribus, & Conciliis probant eſſe poteſtatem coactiuam, in foro etiam exteriori, ita enim fit ſermo de correctione, vt ex officio pertinere dicatur ad ſacerdotes, nō ſolummodo ex charitate, quomodo aſtringitur ad corrigendos delinquentes quilibet Chriſtianus; correctio autem ex offitio, & iuſtitia, vt alias diximus, eſt coercitiua.

Deinde, ſi miniſtri ſunt legis ex officio, iam habent conſequenter poteſtatem puniendi; eſt enim de ratio-
1.2.q.91.a.1.ad 2. q.96.ar.1. ne legis, vt vim habeat coactiuam, vt bene docet D. Thomas cum Ariſt. quare ſi ſunt ex officio miniſtri le-

gis.

gis ſacerdotes habebunt vim coactiuam. Vnde præter citatos locum hunc Malachiæ de ſacerdotibus Nouæ legis explicant alij Patres Bernardus, Cyrillus, Rabanus Maurus, Heſichius presbyter Hieroſolymitanus, Procopius, & cæteri Latini, & Græci Patres.

Ber. trac. de prac. et diſ. Cyrill. lib. 13. de ador. in ſpir. Rab. in comment. in c. 17. Deut. Heſic. lib. 1. in Leuit. c. 4. Proco. in c. 49. Gen.

Tertio, quia ſi lex quoad moralia remanſit, & quantum ad ceremonialia quoad ſignificationē per auctoritatem, ſicuti habebant Veteris legis ſacerdotes vim punitiuam, non ſolam diſcretiuam; habebunt & Nouæ legis ſacerdotes quoad mores, & ea quæ ſignificabantur per ceremonialia: eſt enim vetus lex figura, & typus Nouæ legis.

Quod vero affertur de effuſione ſanguinis, probat tantum legem Veterem abolitam quoad iudicialia circa modum puniendi, non tamen probat, quin non remanſerit auctoritas puniendi pœnis ſpiritualibus, ac temporalibus, & quantum ad imperium, vt per alios exerceantur etiam pœna ſanguinis, modo, quo ſupra explicauimus, cum de gladio temporali Eccleſiæ ageremus.

Immo vero, quod nō exerceatur, & vereretur effuſio ſanguinis Clericis eſt ex lenitate, & benignitate ſacerdotis Nouæ legis ob Chriſti perſonā, & manſuetudinē, quā repræſentat, & potius ex cōgruentia, ait D. Thom. clericis bella vetātur cæterū habet Papa talem poteſtatem, & exercere poteſt, ſiue per ſe bella concitando contra infideles, vt ſæpe factum eſt per cruce ſignatos, ſiue per alios imperando illis, & conſtringendo vi coactiua, vt moueant bella, prout expedire iudicabit ad rectum regimen Chriſtianæ Reipublicæ, cuius eſt ſupremus Hierarcha, de qua re fuſius cum de bellis.

2. 2. q. 40. a. 2 ad 3.

PLVRA EX PSALMIS VATICINIA afferuntur. Cap. V.

EX Pſalmis quatuor afferri poſſunt Vaticinia. Primum eſt ex Pſalm. 44. ſecundum ex Pſal. 46. tertium ex Pſal. 109. quartum vero ex Pſal. 121.

Primum ex Pſalmo 44. habetur verbis illis: *Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Myrrha, & gutta, & caſſia a veſtimentis tuis a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo. Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.* & poſt pauca. *Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terrã. Memores erunt nomini tui Domine in omni generatione, & generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.*

1. Regum nomine, cum dicitur: *Delectauerunt te filiæ Regum*, communi Patrum conſenſu, AVGVSTINI, HIERONYMI, CHRYSOSTOMI, THEODORETI, BEDAE, RVFFINI, EVTHYMII, & aliorum, intelliguntur Apoſtoli: non eſt autem veriſimile, etiam ſi ex vna parte dicantur a Vate Reges Apoſtoli, quia regunt animas, & ſunt ſacerdotes, vt excludatur ex altera parte dignitas regia, prout ea eſt quid diſtinctum a ſacerdotali dignitate: ſi enim proprie loqui velimus nomen Regis dignitatem regiam denotat, quare ea etiam includi debet nomine Regum.

2. Accedit, quod Vates Chriſti, vt hominis regiam, & ſacerdotalem dignitatem inter cætera expreſſerat verbis illis: *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.* itaque

itaque eſto, quod Dauid præcipuam vnctionem, & ineffabilē hic intelligat naturę humanę in verbo, intelligat gratias, & chariſmata Spiritus ſancti, quibus Chriſti humanitas vncta eſt: at non debet negari, quod etiam de aliis vnctionibus intelligat. vngebantur in Veteri lege ſacerdotes, vngebantur Reges, itaque ſi præ aliis eſt Chriſtus vnctus, etiam præ aliis vnctus Rex, & Sacerdos eſt, vt ſupremus nimirum ſit Rex, & Sacerdos, quare Chriſtum vnctum eſſe quo ad geminam dignitatem, regiam, & ſacerdotalem oleo inuiſibili Spiritus ſancti cuius erat typus oleum viſibile, quo vngebantur Reges, & ſacerdotes, docēt ex his Pſalmi verbis Conciliū Franfordienſe ſub Adriano Primo in epiſtola data ad Præſules Hiſpaniæ; Euſebius lib. 5. demonſtrat. Euangelicæ cap. 2. & 3. Baſilius, & Hilarius in commentariis in hunc Pſalmum; Fauſtinus Epiſcopus de fide contra Arianos cap. 5. Gregorius Beticus Iliberitanæ ſedis Epiſcopus de fide, & Trinitate ad Gallam Placidiam Auguſtam; Optatus Mileuitanus lib. 4. contra Parm. Chryſoſtomus, Ambroſius, Sedulius, Caſſiodorus, Ricardus de S. Victore, D. Thomas, Ruffinus, & alij. hinc igitur cum de Chriſto Sacerdote, & Rege facta ſit mentio, & deinde Apoſtoli Reges appellati, videtur Dauid Regū nomine etiam regiam dignitatē intelligere, ſeu ſupremum regimen in omnibus. *Chryſoſt. & cæteri in commēt.*

3. Triplicem in Chriſto, vt modo indicauimus poſſumus vnctionem aſſignare, vnam qua vnctus eſt vnione hypoſtatica Verbi, cum in vna Verbi perſona natura humana eſt vnita, & hæc, vt fundamentum, & caput cæterarum omnium in Chriſto vnctionum, & ita vnctum eſſe oſtendi his verbis Pſalmi adductis docet Origenes homilia prima in Cantica, & lib. 1. periarchon. cap. 6. Damaſce. lib. 3. de fide orthod. & cæteri.

Secūda vnctio, quæ eſt ſingularis Chriſti, & excellenti

ti quadam ratione competit, vt in eũ effuſi ſint omnes theſauri, ad Coloſſenſes 1. & 2. ita etiam ſupra citati Patres.

Tertia quædam effuſa in alios unctio, prout a capite diffunditur in membra: primo & ſecundo modo accepta vnctio Chriſto ſolum conuenit, at tertio modo aliis etiam conuenit per Chriſtum, per quem vnguntur membra illius, & ad Eccleſiam iſta vnctio tranſmittitur: igitur ſi tranſmiſit, & effudit in Eccleſiam, etiam regiam, & ſacerdotalem dignitatem tranſmittit, quod ſi in Eccleſiam tranſmiſit, cur non in Principes Eccleſiæ loco Chriſti Apoſtolos, quos præ cæteris participes fuiſſe de donis, & gratiis omnibus conſtat?

4. Videtur Vates Eccleſiam, & Apoſtolos velle mirifice exaltare præ antiquis Patribus Synagogæ toto hoc Pſalmo 44. vt non opus ſit ſingula referre; venit deinde ad principes Eccleſiæ Apoſtolos, ac commendat illis traditam poteſtatem; & quantopere excellat, refert: *Pro patribus*, ait, *tuis nati ſunt tibi filij*, *conſtitues eos principes ſuper ſuper omnem terram*, &c. quaſi dicat (vt bene docet Chryſoſtomus) hi principes non ſunt conſtituti infra anguſtos Palæſtinæ terminos, ſed ſuper orbem totum; non ſuper vnam gentem, ſed ſuper nationes omnes; non exiguo, ſed perpetuo tempore, in ſuis nimirum ſucceſſoribus Epiſcopis; ſunt enim Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores: cur itaque negamus conceſſam ſupremam regiam, & ſacerdotalem dignitatem? *Nihilo enim inferiores*, ait Cyrillus in primum caput Eſaiæ, *fuerunt priſcis illis ſanctis diuini diſcipuli, quos Eſaias iudices appellat, & conſiliarios, vtrumque enim præſtiterunt, dum tamquam iudices redarguerunt peccantes*, &c. ſubiungens exemplum ex D. Paulo, qui Corinthium fornicarium tradidit Sathanæ.

5. CHRYSOSTOMVS: *Egent ne hæc interpreta-*

pretatione? ego quidem minime exiſtimo, quemadmodum quod ſol ſit lucidus. quæ autem dicta ſunt eo clariora, uniuerſum enim orbem terrarum peruaſerunt Apoſtoli, & omnibus Principibus fuerunt magis proprie Principes Regibus potentiores.

BASILIVS, eadem ferè, quæ Chryſoſtomus docet: *Facti ſunt*, ait, *omnium Principum Principes, & ipſorum Regum Domini potentiores, quam ipſi Reges.* & in commentariis fuſioribus: *Pro patribus filios accipit tanta dignitate pollentes, ut eos principes ſuper omnem terram conſtituat, qui ſunt igitur Eccleſiæ filij, qui uniuerſæ terræ imperitarunt? In omnem, inquit, terram exiuit ſonus eorum; & conſtituti ſuper duodecim thronos iudicabunt duodecim tribus Iſrael;* & infra; *Magno, & præcellenti honore digni ſunt habiti: principes vero uniuerſæ terræ ſunt ſancti ob familiaritatem, & propriam ad bonum inclinationem, quando natiua illa naturæ indoles ad bonum propendens ipſis prærogatiuam adſciſcit; & conciliat Principatus, ſicut præbuit Iacob ſupra Eſau poteſtatem, eſto inquit Dominus fratris tui; igitur pares honore Patribus facti, & per virtutis exercitationem ſupra omnes prærogatiuam dignitatem adepti hi demum filij ſponſæ Chriſti ſunt, & a propria matre Principes ſuper omnem terram conſtituuntur.*

THEODORETVS. *Dicant Iudæi, quoſnam habuerint filios, qui toti terræ imperarint, certe hoc oſtendere non poſſunt neque enim imperarunt, neque imperãt, ſed extremam ſeruitutem ſeruiunt, diuini autem Apoſtoli, cum Patres habuerint Patriarchas, terræ, marique poſt mortem dominantur veluti quidam Principes, & duces a Chriſto omnium Rege conſtituti, & qui poſt illos ſequuti ſunt; quos qui vellet Eccleſiæ filios nominare non erraret illi inquam triumphatores Martyres*

tyres præfecti ſunt, vt idem imperium gubernent, & omnes homines habeant ſubiectos, hos quidem amore hoc vltro, facientes illos vero timore coactos. ita Theodoretus, Cyrillus etiã Alexandrinus de Apoſtolis explicat lib. 10. in Ioã. c. 23. & Principes totius orbis a Chriſto ordinatos affirmat, & de Apoſtolis etiam exponunt & alij Græci, quibus cum ſentiunt Latini.

6. AVGVSTINVS *Eccleſiæ filiæ Apoſtolorum, filiæ Regum ſunt, ille eſt enim Rex Regum; illi autem Reges de quibus dictum eſt ſedebitis ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael, prædicauerunt verbum veritatis, & genuerunt. Eccleſias, non ſibi ſed illi.*

HIERONYMVS in epiſt. 140. ad Principiam: *Delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo, Rex Regum, & Dominus Dominantium ſponſus tuus eſt Reges iſti qui ſub tanto Rege ſunt, ſunt reguli Patres tui ſunt, qui te Euangelica genuere doctrina*. & cum his etiam reliqui eodem modo exponunt de Apoſtolis, vel Eccleſia Arnobius, Euthymius, Beda, Ruffinus, Brudo, Ricardus Pampolitanus, & Andreas Ceſareæ in Cappadocia Archiepiſcopus in comment. in Apocalyp. in cap. ſuum 19. Procopius Gazeus in commentarijs in cap. 49. Geneſis, qui expreſſe de rerum temporalium iuditiaria poteſtate exponit eius verba retulimus lib. 2. cap. 7. Nicolaus Magnus in epiſt. ad Michaelem Imper. Hormiſda in epiſt. ad Iuſtinum Imper. Bruno, ac cæteri qui generalem quandam in omnibus tribuiſſe videntur poteſtatem.

*

ALTE-

ALTERIVS EX PSALMIS Vaticinij demonſtratio. Cap. VI.

ALterum Vaticinium erat ex Pſal. 46. deſumptum, vbi Dauid de vniuerſali principatu Apoſtolico in rebus omnibus, ſic ſermonem habet, cunctos prouocans mortales ad applauſum Chriſti Aſcenſionis, & tanti dominij Apoſtolici: *Omnes*, ait, *gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis: quoniam Dominus excelſus, Rex magnus, ſuper omnem terram: ſubiecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris, elegit nobis hæreditatem ſuam, ſpeciem Iacob, quem dilexit.* Quibus verbis ſupremam in omnibus Apoſtolis datam poteſtatem Dauid ſignificare conſtat.

Si quis enim ſubieciſſet bello, & armis Perſas, aut Indos, totam Perſiam, & Indiam ſuo ſubieciſſe imperio, is diceretur, ſubiectis enim hominibus, ſubiecta & ea, quæ ſunt illorum, quare ſubiectis animis, & in rebus ſpiritualibus ſubiicientur conſequenter ea, quæ ſunt in dominio animi, & propter ſpiritualia.

2. Confirmant idipſum ea, quæ in fine Pſalmi habentur, cum iterum Chriſti Dominium Vates extollit, & dicit: *Regnabit Deus ſuper Gentes, Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham, quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.* Quibus denotat quandam poteſtatem Apoſtolorum in omnibus, vocando illos Deos fortes, quare Baſilius: *Omnibus*, inquit, *illis* (ſcilicet Principibus, & Regibus populorum) *Apoſtoli dominati ſunt. In omnibus autem*, ait Theodoretus, *non ſolum oſtenditur Apoſtolorum potentia nemini mortalium ſubiecta, & inexpugnabilis, ſed etiam cuſtodia, quam pro alijs fecerunt: nam veluti quædam ſcuta, & propugnacula credentium facti phalangem in-*

Digitized by Google

columitatum impetu infringere non ſciuerunt. Et de Apoſtolis verba hæc dici, *quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt*. docet præter citatos Baſilium, & Theodoretum, Euſebius demonſtrat. Euangelicæ lib. 6. cap. 2. Cyrillus lib. 11. cap. 29. in Ioannem, Chryſoſtomus, & Euthymius; ex Latinis, Arnobius, Hieronymus, Beda, Bruno, Ruffinus, D. Thomas, & alij.

Chryſoſt. Euthy. Arnob. & cæt. in comment.

Auguſtinus tamen, & Caſſiodorus volunt intelligi de principibus ſæcularibus: Verior eſt relata a nobis expoſitio non ſolum propter tot Patrum Græcorum, & Latinorum auctoritatem, ſed etiam quia ita eſſe apparet ex verſione Hieronymi ex hebraico codice, qui ita vertit: *Principes populorum congregati ſunt populus Dei Abraam, quoniam dij ſcuta terræ vehementer eleuati ſunt*: & Caldaica paraphraſis *Principes populorum congregati ſunt populus fidelium Deo ipſius Abraham quia Domini ſunt clypei terræ, & ſuper illos omnes vehementer eleuatus eſt*, in verſione Hieron. apparet reddi rationem, cum aggregati ſint Principes, & facti ſint fideles quia eleuati ſunt dij ſcuta terræ, quaſi dicat, magna Dei potentia elucēte in Apoſtolis. Clarius paraphraſis caldaica quæ eleuatum Deum in ipſis Apoſtolis edocet: hæc autem de Principibus ſæcularibus ſi dicantur ægre dici poſſunt aut non bene, cum permulti ex illis potius impugnarint Eccleſiam.

3. Demum elegiſſe Apoſtolos dicit Dauid hæreditatem; *Elegit*, ait, *nobis hæreditatem ſuam, ſpeciem Iacob quem dilexit*, & quænam eſt hæc hæreditas data per poteſtatis miniſterium loco Chriſti Apoſtolis, niſi ea de qua fit ſermo Pſal. 2. & Matth. 21. quibus in locis hæreditatis nomine omnium rerum dominium ſignificatur. ita accepiſſe videntur Euſebius, Baſilius, Euthymius. cæteri autem qui de gentibus explicant cōiungendis ſub vno capite Chriſto, nō obſtant; ſicuti etiam

Digitized by Google

etiam ſi referamus, quod hic dicitur de potentia Apoſtolorum ad miracula: nec enim tollitur, quin etiam Chriſtus ſupremus dominus tribuerit loco ſui ſupremum dominium in Eccleſia in rebus omnibus cum hæreditatis nomine id ſignificetur, quam vice Chriſti acceperunt Apoſtoli, quorum dominium tam mirifice extollit Vates.

Sed audiamus Patrum interpretationes, CHRYSOSTOMVS: *Illud*, inquit, *ſub pedibus eius, id quod ſubiectum erat, oſtendit, vel potius magnam ſubiectionem: ſi vis autem ſcire quanta ſubiectio eſſet, audi: quotquot*, inquit, *poſſeſſiones agrorum, aut domorum erant vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebantur, & ponebant ante pedes Apoſtolorum; alij autem cum pecunijs animam ſuam profuderunt*: Hæc Chryſoſtomus. Qui pluribus deinde explicat Apoſtolorum auctoritatem, & inter cætera adducit ea verba Pauli: *Quid vultis in virga veniam ad vos?* quibus ordinariam poteſtatem in rebus omnibus ſignificare diximus lib. 2. cap. 1. quare licet concedamus ea, quæ referuntur a Chryſoſtomo reuerentiæ cauſa facta ex aliqua parte (ſcilicet, quoad modum) a fidelibus circa Apoſtolos, attamen reuera iure ſubiecta fuiſſe poteſtati Apoſtolicæ temporalia videtur velle Chryſoſtomus.

THEODORETVS: *Apoſtolorum igitur chorus dicit par eſſe nos exultantes, & tripudiantes triumphalem hymnum Deo omnium conditori, Deo afferre, qui Reges nobis ſubiecit, & omnium gentium principatum nobis donauit.*

AVGVSTINVS: *Omnes pertinent ad hæreditatem Chriſti, in omnibus gentibus ſunt credentes, ſic exaltari in nomine Chriſti Eccleſiam Chriſti, vt omnes nondum credẽtes in Chriſto ſub pedibus* (nota hæc) *iaceant Chriſtianorum: quanto enim modo currũt ad Eccleſiam nondum Chriſtiani, rogant auxilium Eccleſiæ, ſubueniri ſibi temporaliter volunt, etiam ſi in æternum regnare nobiſcum adhuc nolunt, cum omnes quærunt auxilium Eccleſiæ, & qui nondum*

ſunt in Eccleſia, nonne ſubiacent plebes, & Gentes ſub pedibus noſtris? ita Auguſtinus. exponens hunc locum etiam de temporalibus, in quibus etiam ſubiacere gentes exteras dicit Eccleſiæ, & Apoſtolis; etenim ſupra explicauit ea verba: *Subiecit plebes nobis, & gentes ſub pedibus noſtris.*

GREGENTIVS Archiepiſcopus in diſputatione cum Herbano Iudæo: *Subiecit illis Dominus Deus Altiſſimus non ſolum populos, tribus, & linguas, (Sicut Propheta loquutus eſt,) ſed Reges, & ſatrapas, & Duces.*

RVFFINVS: *Ideo dicit, ſub pedibus, vt omnimodam ſubiectorum humilitatem intelligamus, cum enim Dominus ordinauit Eccleſiam, vt alios vellet eſſe Prælatos, alios ſubditos, vnde, & in alio Pſalmo dicunt: Poſuiſti homines ſuper capita noſtra. Prælatorum offitium eſt prædicare, monere, corrigere, & in Eccleſijs Chriſti vices gerere: ſubiectorum offitium eſt audire, obedire, omnem ſubiectionem Prælatis ſuis tanquam ipſi Domino Chriſto exhibere; neque enim hoc, quod dicunt, ſubiecit populos nobis, ex ſua perſona hoc dicunt, ſed ex eius perſona, cuius miniſterium agunt.* hæc Ruffinus. Aſſerens omnimodam humilitatem ſubiectorum ſignificari, quæ nimirum debita ſit Prælatis de quibus eſt ſermo, quare dicit eſſe offitij ſubiectorum omnem ſubiectionem Prælatis exhibere, tanquam ipſi Domino Chriſto, quibus apparet, non excludere rerum temporalium datum Apoſtolis dominium.

CARTHVSIANVS: *Hæc vox Apoſtolorum, ſeu primitiuæ Eccleſiæ, quibus Chriſtus ſubiecit populos, ideſt Iudæos ad fidem conuerſos, & Gentes credentes, immo Deus vult totum mundum eſſe ſubiectum Eccleſiæ militanti, & non ſubiectos æternaliter cruciabit, Eſai. 60. dicitur: Gens, & regnum, quod tibi non ſeruiet, peribit.*

Eadem GENEBRARDVS: *Rex magnus comparatione aliorum Regum, quia æternus, & ſuper Iudæos Gentes, omnem principatum, denique omnes creaturas corporales, & ſpirituales Ephe: Phil. 2. Apocal. 19. nobis noſtra*

pote-

poteſtati, & religioni. Eſai. 60. ſic Genebrardus.

Denique hæc Pſalmi verba dici de Apoſtolis, reliqui etiam Patres affirmant Epiphanius, Baſilius, Arnobius, Hieronymus, Beda, Bruno, D. Thomas, & cæteri, qui, vel poteſtatem quamdam generalem Apoſtolis tribuunt, vel certè facultatem in rebus etiam temporalibus haud negant. *Epiphan. in Anchorato*

TERTII EX PSALMIS VATICINII deductio. Cap. VII.

TERTIVM vaticinium habetur, vt dicebamus ex pſalmo 109. vbi hæc Dauid: *Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum; virgam virtutis tuæ emittet* Dominus *ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Dominus a dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ Reges.* Ita Dauid: ex cuius verbis, quò concludamus in temporalibus rebus Eccleſiæ poteſtatem duo à nobis oſtēdenda ſunt, primo verbis illis: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion*, compræhendi in rebus temporarijs facultatem ſeu Regiam etiam dignitatem: ſecundo ea verba intelligi de Eccleſiæ dominio, ſeu de Apoſtolis; hiſce enim oſtenſis concluſum erit temporale Eccleſiæ dominium.

Itaque exprimi verbis illis: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion* regiam Chriſti poteſtatem. Primo apparet ex Patrum interpretatione in hunc locum.

Hiero-

Hieronym. Hieronymus: *Virga in Hebræo non tam virgam habet, quam & ſceptrum, hoc eſt, inſigne regiæ poteſtatis, virgam virtutis tuæ emittet* Dominus *ex Sion: ex Sion enim egredietur* Lex, *& verbum Domini de Hieruſalem*. Ita Hieronymus.

Et vna cum Hieronymo eodē modo de regno Chriſti, ſeu inſigni regiæ poteſtatis exponunt Chryſoſtomus, Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Auguſtinus, Caſſiod. Beda, Bruno, Ricardus, Pampolitanus, & alij. *In commentarijs. in Pſ.*

Secundo probari poteſt ex ipſo contextu verborum immediate præcedentium, etenim verba illa: *Sede a dextris meis; donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedum tuorum*, intelliguntur etiam de Chriſto ſecundum humanam naturam; ita Petrus explicat Actorum c. 2. Paulus ad Epheſios cap. 1.

Tertio probari poteſt ex acceptione virgæ: nam virgæ nomine exprimitur etiam ſuprema quædam in omnibus coactiua poteſtas, ita Paulus 1. ad Corint. cap. 3. vt Patres exponunt, & adnotauimus lib. 2. cap. 1. & patet Pſal. 2. & Apocal. 2. & 19. & videntur explicare Arnobius, Theodoretus, Caſſiodorus, Auguſtinus, Hieronymus, præterea Primaſius, Beda, Arethas, Andreas Cæſariæ Cappadociæ Epiſcopus, Haymo, Anſbertus, Ricardus de ſancto Victore, Rupertus, Tichonius, Ambroſius, & alij, vt docuimus in calce libri 3. Denique cum hoc Pſalmo 109. facta fuiſſet de virga mentio, quę mittenda foret ex Sion, poſtea ſubiungitur de Chriſti ſacerdotio ſecundum ordinem Melchiſedech: iſtud autem ſacerdotium, vt ſæpe in hoc opere diximus, conſtat gemina dignitate regia, & ſacerdotali: vtraque enim fuit in Melchiſedech coniuncta, quod oſtendimus ex Paulo lib. 1. & ex Patribus etiam Paulum ita explicantibus, ſed de eo, quod primo loco propoſuimus ſatis, nunc pauca de ſecundo. *Arnob. Theod. & cat. in pſ. 2. Primaſ. Beda & cate. Apoc. 2. & 19.*

Intelli-

Digitized by Google

Intelligi per *Virgam virtutis* Apoſtolos, ſeu Eccleſiam apparet ex Patribus, qui ita exponũt, ſic Baſilius, Chryſoſtomus, Euthymius, Auguſtinus, Euſebius, Beda, Haymo. Deinde quænam virga virtutis Chriſti miſſa dici poteſt ex Sion, niſi Eccleſiæ, vel Apoſtolorum intelligatur poteſtas? cum reuera ipſi Euangelij dilatatione vbique Chriſtum enunciarint, & virtute multa, quam dediſſe Deum alias docet Dauid euangelizantibus; inde proceſſerint accepta diuinitus lege Chriſti in cordibus per Spiritum ſanctum, qui in monte Sion miſſus eſt, & dominati ſunt; Aliqui per virgam virtutis crucem explicant, vt Theodoretus, verum hæc crux per Apoſtolos enunciata eſt, & imperium, quod per crucem Chriſtus recepit, Apoſtolis communicauit, quo ipſi diuinitus accepto leges barbaris dedere nationibus, & variis ſuperſtitionibus deletis Chriſti veram animis inſeruerunt verbo prædicationis religionem.

Secundum ſuppoſitum demonſtr.

Baſil. Chriſo. Euthym. Aug. Euſeb. Beda, Haymo. infra citantur.

Adnotanda ſunt ea verba: ***Dominare in medio inimicorum tuorum.*** Chaldæus Interpres habet: ***In medio patronorum inimicitiæ***. Quinam autem hi fuerint patroni inimicitię Chriſti, ipſa docuit experientia Romanos fuiſſe Imperatores: nam primus Nero vexillum perſecutionis in Chriſtianos erexit, exordium ducens ab ipſorum Apoſtolorum Petri, & Pauli nece: ſed quid tãdem? pœnas luit ignominia notatus etiam apud omnes hiſtoricos Ethnicos crudelitatis nefandæ, & in ipſo Nerone extincta eſt Cæſarum progenies; ait Suetonius, & ad eam familiã deuenit non ſine diuino cõſilio imperium, è qua dux Veſpaſianus cum exercitu miſerrimam egit ſtragem de Iudæis Chriſti inimicis ipſis ſub iugum ductis deſtructo templo, & Hieroſolymis. hiſce iam facile eſt tertium a nobis propoſitum demonſtrare.

Virgæ nomine, vt pluribus eſt probatum, intelligitur regia etiam poteſtas, & eadem denotatur Apoſtolorum pote-

Tertiũ ſuppoſitum demonſtr. nẽpe iuriſdictio ſuprema Eccleſ.

poteſtas;fuit itaque Regia in Apoſtolos facultas per Chriſtum tranſmiſſa.

2. *Dominare*, ait Vates, *in medio inimicorum tuorum*, quinam ij fuerunt inimici,niſi Reges, vt diximus, & Imperatores domini in rebus temporalibus.hiſce ergo ſi virga, ſeu poteſtas Apoſtolica dominata eſt,ſubiecta vtique fuit Apoſtolis rerum temporaliũ facultas.

3. Maxime inimici Chriſtianæ Religioni,quod antea adnotabamus,fuerunt Romani Imperatores, ſi itaque prædicitur fore, vt in medio inimicorum dominetur virga Apoſtolica, quid aliud denotatur,niſi ibi dominium accipiat, vbi maior fuerit perſecutio? etenim cum Romæ eſſet ſedes Imperij, propterea vndiq; quærebantur Chriſtiani ad necem;maxime Romani Pontifices, vnde tot extiterunt ex illis martyres; vt hinc appareat ſimile fieri Vaticinium, quod factum eſt a Daniele;qui lapidem cecidiſſe refert ſuper pedes ferreos, quibus denotari dicebamus Romanum imperium.

4. Et quam nam poteſtatem ſacerdotes Apoſtoli acceperunt, niſi ſecundum ordinem ſacerdotij Melchiſedech, de quo, vt dicebatur,pauca poſt verba fit hoc Pſalmo mentio? ſi itaque ſacerdotium Melchiſedech conſtat gemina ſimul iuncta dignitate, & regia, & ſacerdotali, vtique Apoſtoli ambas acceperunt ſacerdotes ſecundum ordinem Melchiſedech, dignitates.

5. Præterea non aliud virgæ nomine, quæ dominatur in medio inimicorum,debemus accipere, quam docet Ioannes cap. 2. Apocalypſis,vbi Chriſtus viris perfectis, ſeu Apoſtolicis dicit ſe daturum poteſtatem ſuper gentes, & regant eas in virga; quibus ſignificari ſupremam in omnibus rebus temporalibus poteſtatem, oſtenſum eſt in calce libri 3.

6. Chryſoſtomus: *Virgam virtutis emittet Dominus ex Sion,virga aliquando quidem caſtigat, & beneficio*

cio afficit: aliquando autem conſolatur, & eſt ſignum regni, & quod ſit vtrumque, audi Prophetam dicentem: Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt: & rurſus: Reges eos in virga ferrea tamquam vas figuli confringes eos. Et Paulus: Quid vultis, in uirga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu lenitatis? vidiſti quomodo ſit uirga caſtigationis, uide quomodo ſit etiam regni: dicit enim Eſaias: Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & Dauid thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi, uirga rectitudinis, uirgam regni tui: uirgam enim hic uocat uirtutem, cum qua Diſcipuli orbem terræ obierunt mores corrigentes, & a quodam aliena a ratione uitio deducentes ad hominum naturam rationis compotem: Euntes, inquit, docete omnes gentes. habuit etiam Moſes uirgam, ſed eum ſuſcepit Dei operationem, per quam operabatur in omnibus. & poſt pauca: *Quin etiam multo eſt maius eos, qui erant numero duodecim ad ſe uniuerſum orbem terræ attraxiſſe, & dominare in medio inimicorum tuorum, non dixit: Vince in medio inimicorum tuorum, ſed dominare, ut oſtenderet non erigi tropheum fuſis in acie hoſtibus, ſed ex iuſſu ſignificari dominium; ita enim uincebant Apoſtoli Chriſtum in ſe habentes omnia facientes tamquam ex imperio, unde etiam erat eis omnis domus aperta, & qui credebant, erant quouis ſeruo obedientiores, facultates ſuas uendentes, & earum pretia ponentes ad pedes Apoſtolorum, & nec ad uſum quidem ſuum audentes aliquid accipere, eoſque adeo magnificabant, ut ne ſe quidem eis auderent adiungere; non ſolum autem habebant tantum virium in fidelibus, ſed etiam in infidelibus.* Hæc, & alia fuſe proſequitur Chryſoſtomus; quem apparet loqui etiam de potentia coactiua, & ordinaria Apoſtolis communicata; citat enim Chryſoſtomus 2. Pſalmum, & Paulum in epiſtola ad Corinthios, quibus in

 locis

poteſtas; fuit itaque Regia in Apoſtolos facultas per Chriſtum tranſmiſſa.

2. *Dominare*, ait Vates, *in medio inimicorum tuorum*, quinam ij fuerunt inimici, niſi Reges, vt diximus, & Imperatores domini in rebus temporalibus. hiſce ergo ſi virga, ſeu poteſtas Apoſtolica dominata eſt, ſubiecta vtique fuit Apoſtolis rerum temporaliũ facultas.

3. Maxime inimici Chriſtianæ Religioni, quod antea adnotabamus, fuerunt Romani Imperatores, ſi itaque prædicitur fore, vt in medio inimicorum dominetur virga Apoſtolica, quid aliud denotatur, niſi ibi dominium accipiat, vbi maior fuerit perſecutio? etenim cum Romæ eſſet ſedes Imperij, propterea vndiq; quærebantur Chriſtiani ad necem; maxime Romani Pontifices, vnde tot extiterunt ex illis martyres; vt hinc appareat ſimile fieri Vaticinium, quod factum eſt a Daniele, qui lapidem cecidiſſe refert ſuper pedes ferreos, quibus denotari dicebamus Romanum imperium.

4. Et quam nam poteſtatem ſacerdotes Apoſtoli acceperunt, niſi ſecundum ordinem ſacerdotij Melchiſedech, de quo, vt dicebatur, pauca poſt verba fit hoc Pſalmo mentio? ſi itaque ſacerdotium Melchiſedech conſtat gemina ſimul iuncta dignitate, & regia, & ſacerdotali, vtique Apoſtoli ambas acceperunt ſacerdotes ſecundum ordinem Melchiſedech, dignitates.

5. Præterea non aliud virgæ nomine, quæ dominatur in medio inimicorum, debemus accipere, quam docet Ioannes cap. 2. Apocalypſis, vbi Chriſtus viris perfectis, ſeu Apoſtolicis dicit ſe daturum poteſtatem ſuper gentes, & regant eas in virga; quibus ſignificari ſupremam in omnibus rebus temporalibus poteſtatem, oſtenſum eſt in calce libri 3.

6. Chryſoſtomus: *Virgam virtutis emittet Dominus ex Sion, virga aliquando quidem caſtigat, & beneficio*

cio afficit: aliquando autem conſolatur, & eſt ſignum regni, & quod ſit vtrumque, audi Prophetam dicentem: Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt: & rurſus: Reges eos in virga ferrea tamquam vas figuli confringes eos. Et Paulus: Quid vultis, in uirga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu lenitatis? vidiſti quomodo ſit uirga caſtigationis, uide quomodo ſit etiam regni: dicit enim Eſaias: Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & David thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi, uirga rectitudinis, uirgam regni tui: uirgam enim hic uocat uirtutem, cum qua Diſcipuli orbem terræ obierunt mores corrigentes, & a quodam aliena a ratione uitio deducentes ad hominum naturam rationis compotem: Euntes, inquit, docete omnes gentes. habuit etiam Moſes uirgam, ſed eum ſuſcepit Dei operationem, per quam operabatur in omnibus. & poſt pauca: *Quin etiam multo eſt maius eos, qui erant numero duodecim ad ſe uniuerſum orbem terræ attraxiſſe, & dominare in medio inimicorum tuorum, non dixit: Vince in medio inimicorum tuorum, ſed dominare, ut oſtenderet non erigi tropheum fuſis in acie hoſtibus, ſed ex iuſſu ſignificari dominium; ita enim uincebant Apoſtoli Chriſtum in ſe habentes omnia facientes tamquam ex imperio, unde etiam erat eis omnis domus aperta, & qui credebant, erant quouis ſeruo obedientiores, facultates ſuas uendentes, & earum pretia ponentes ad pedes Apoſtolorum, & nec ad uſum quidem ſuum audentes aliquid accipere, eoſque adeo magnificabant, ut ne ſe quidem eis auderent adiungere; non ſolum autem habebant tantum virium in fidelibus, ſed etiam in infidelibus.*
Hæc, & alia fuſe proſequitur Chryſoſtomus; quem apparet loqui etiam de potentia coactiua, & ordinaria Apoſtolis communicata; citat enim Chryſoſtomus 2. Pſalmum, & Paulum in epiſtola ad Corinthios, quibus in-

locis certum eſt ſermonem eſſe de poteſtate coactiua,& ordinaria. item cum ait, virtutem virgam dici, qua Apoſtoli mores corrigerent, reducentes ad rationem homines, quam ordinariam eſſe liquet, & apparet etiam ex explicare de rebus temporariis.

BASILIVS: *Sionis meminit, quoniam ex illa principium facta Chriſti ſumpſerunt, illic & legem dedit, illic & miracula operatus eſt, illic prædicatio ſumptis initiis per vniuerſum orbem principatum obtinuit, & dominare in mediis inquit Græcis, in mediis Iudæis, ita namque Eccleſiæ in mediis plantatæ ſunt Græcis, in medijs Iudæis*. Baſilius igitur exponit de Apoſtolis, & de dominio Eccleſiæ in mediis Iudæis, & Græcis.

EVTHYMIVS eadem fere dicit cum Chryſoſtomo, & Baſilio explicans de Apoſtolis: & EVSEB. lib. 5. demonſtr. Euang. c. 4. & alij Greci.

7. AVGVSTINVS de Ciuitate Dei lib. 17. c. 17. *Sicut*, inquit, *in illo Pſalmo, vbi ſacerdos Chriſtus, quemadmodum hic Rex apertiſſime prædicatur: Dixit Dominus Domino meo.* & poſt pauca, *Sequitur: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum: ita clarum eſt, vt non ſolum infideliter, & infeliciter, ſed etiam impudenter negetur, & ipſi quidem fatentur inimici ex Sion miſſam fuiſſe legem Chriſti, quod Euangelium nos vocamus, & eam virgam virtutis eius agnoſcimus; dominari vero in medio inimicorum ſuorum, ijdem ipſi, inter quos dominatur, dentibus ſuis frendendo, & tabeſcendo, & nihil aduerſus eum valendo teſtantur.* Sic Auguſt.

BEDA: *Conuertit ſe ad ipſum filium, ac ſi dicat, hoc inquam promiſit tibi Deus pater, & reuera implebit, quia Dominus emittet in omnes gentes virgam virtutis ſuæ, id eſt, regimen potentiæ ſuæ, ſcilicet, vt regat eas in virga ferrea, id eſt iure inflexibili iuſtitiæ, hinc*

Pe-

Petrus Apoſtolus ait: Quem oportet repetere cælum, donec impleantur tempora gentium, & cætera.

Cum his idem ſenſiſſe conſtat AYMONEM in 2. cap. Apocalyp. qui locum hunc cum altero Ioan. explicat, vbi viris perfectis dicit Chriſtus ſe daturum, vt gentes regat in virga ferrea, ſicuti ipſe Chriſtus accepit a Patre ſuo: adduximus Aymonis verba lib. 2. cap. 11. & alij plures eodem modo de ſupremo in omnibus dominio exponunt. ſic igitur virga Apoſtolica, & Chriſti imperium vbique diffuſum ſupremo in omnibus regimine ſub Chriſti Vicario Romano Pontifice Vrbis, & Orbis Epiſcopo.

QVARTI EX PSALMIS VATICINII dilucidatio. Cap. VIII.

QVartum vaticinium continetur Pſalmo 121. vbi ſic Vates loquitur: *Illuc enim* (Hieruſalem) *aſcenderunt tribus, tribus Domini teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Domini, quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid. Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem, & abundantia diligentibus te.* Horum verborum plures videntur eſſe expoſitiones, referam illas, poſtea vero oſtendam, vnde res noſtras probari poſſit.

Prima expoſitio eſt Græcorum Patrum, qui ita exponunt hæc verba, vt velint prædici poſt captiuitatem maximam fore concordiam reſtauratis Hieroſolymis, & Templo; futuras autem Hieroſolymis ſedes ſacerdotalem, & regiam, ita Theodoretus, Baſilius, Chryſoſtomus, & Euthymius.

Secunda explicatio videtur potius intelligere de cæleſti Hieruſalem, & de Apoſtolis, de quibus dicitur:

Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Ita Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus, Proſper, Bruno, Richardus, Remigius, & alij.

Tertia explicatio, intelligit etiam de militanti Eccleſia, eſt hæc expoſitio Arnobij: *Tribus*, inquit, *Domini duodecim Apoſtoli cognoſcuntur, qui priores aſcenderunt, hos montes ad confitendum nomini Domini Ieſu Chriſti, & ibi ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid, rogantes, quæ ad pacem ſunt Hieruſalem, & abundantia diligentibus te, id eſt, diligentibus Hieruſalem: ibi enim confirmata eſt pax Chriſti, quæ in toto mundo diffuſa eſt: ibi eis dictum eſt: Pacem meam do vobis: ipſi ciuitati dicit Dominus Ieſus Chriſtus, Propter fratres meos, & proximos meos*, & cætera.

Sic etiam explicare conſtat de militãti Eccleſia Hieronymum in commentarijs, Cæleſtinum Papam in epiſtola ad Epiſcopos Synodi Epheſini, quæ epiſtola recepta eſt ab eodem Synodo, Nicolaũ primum ep. 6. ad omnes Epiſcopos, & Archiepiſcopos Galliæ, Hilariũ, Aug. Caſſiod. qui hanc etiã expoſitionẽ recipiunt, Immo hic eſt ſenſus communis Eccleſiæ, quæ annuo tempore in veſpertinis precibus pacem rogat in Chriſtiano populo illis verbis: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis*: quæ de militanti Eccleſia intelliguntur: triumphans enim non eget vlla re, vt poſſit rogari abundantia in eius turribus.

Itaque hæc videtur litteralis expoſitio, vt ex parte quidem præceſſerint, quæ hic dicuntur in Synagoga; ſucceſſiue impleantur in Eccleſia militanti, perficiatur Hieruſalem, hæc ciuitas in ſuo termino, & fine triumphanti patria, quam veram eſſe, & literalem expoſitionem ſic probatur.

Primo quia nõ modo id nõ repugnat, ſed ex multis ſimilibus id fateamur neceſſe eſt, cum plura conſtet ad literam

teram

teram ſucceſſiſſe; impleri, & omni ex parte perfici in triumphanti Eccleſia, quæ vna eſt cum militanti in vnico ſuo capite Chriſto.

Loquitur Tobias cap. 13. de Hieruſalem, quæ cum vaſtata eſſet futurum erat, vt reædificaretur, & de ea ſic loquitur, vt apparet etiam loqui per militantem de cæleſti, & ſempiterna, id ita eſſe magis conſtat ex cap. 14. eiuſdem Tobiæ. ſic Eſaiæ cap. 60. vt adnotauimus lib. 4. nam Ioannes Apoſtolus Apocalyp. cap. 22. refert ad cæleſtem, et ibi explicant Patres, Ambroſius, Primaſius, Beda, Ansbertus, & cæteri. Cap. 4. Canticorum dicitur de Eccleſia: *Tota pulcha es amica mea, & macula non eſt in te.* quæ verba, vt ſupra vidimus, a Cōc. Nicæno de Eccleſia explicantur, ſicuti etiam ab aliis Patribus, ſiue Græcis ſiue Latinis. Immo hoc nō obſcure colligitur ex D. Paulo ad Epheſios cap. 5. & tamen ex parte Eccleſiæ conueniunt quoad ſacram doctrinam, & bonos mores, in quibus errare non poſſit Eccleſia in vniuerſali regimine, quoad aliquos in hac vita, vt reuera accidit in Beatiſſima Virgine Eccleſiæ mēbro, quæ ab omni prorſus peccati labe ſingulari Dei priuilegio fuit immunis: quoad Apoſtolos, & viros Apoſtolicos, & perfectos, quantum fieri poteſt iuxta ſtatum & conditionem viæ in hac mortali vita, vt docet Auguſtinus lib. 1. retract. cap. 19. cæterum in omnibus, & omni ex parte puritas erit in patria, vt ibidem docet Auguſt. & lib. 18. cap. 2.

Quare receptis Græcorum, & Latinorum Patrum expoſitionibus vere ciuitas ædificata eſt poſt reditum ex captiuitate, & vna templum, vt apparet 1. Eſdræ c. 4. & 6. & redierunt ex decem tribubus aliquot, & aſcenderunt tribus, tribus Domini ad ueram religionem, & Dei cerem onias reſtaurandas, vt loco citato ex Tobia apparet, & extremis verbis cap. 2. lib. 1. Eſdræ ſub Zo-

robabel, & Ieſu, cap. 3. & 5. eiuſdem Eſdræ; attamen in typo, & ex parte, ſicut dicebamus ſupra: nam vt legitur 4. Regum cap. 17. ex quo tempore ductæ ſunt captiuæ decem tribus, vnaq. gens erexit idola ſua in Samaria, iuxta gentium conſuetudinem, & *Vſque in præſentem diem*, ait ibi diuinus ſcriptor, *morem ſequuntur antiquum, & non timent Dominum, nec cuſtodiunt ceremonias eius*: quare tanquam contaminatæ non admiſſæ ſunt ad ædificationem templi, quod conabantur deinde impedire, 1. Eſdræ cap. 4. & in monte Garizim ſacrificabant proprios inſtituentes ſacerdotes, vt ait Ioſeph. lib. 11. Antiqui. cap. 7. & 8. rectius itaque in Eccleſia Hieroſolymitarum nomine ſignificata hæc intelliguntur, quæ omni ex parte complebuntur in die iuditij, cum Eccleſia una cum Chriſto vnita ſponſo ſuo triumphabit in cælis, ſed ad oſtenſionem Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis.

1. In typo præceſſerit ſedes iuditiariæ, & in figura in Synagoga Hieroſolymorum ſeu ante, ſeu poſt reditum ex captiuitate Babylonica; ſed cum conſtet poſt reditum ſummam rerum adminiſtrandarum in rebus omnibus fuiſſe penes ſacerdotes (vt ſupra oſtendimus ex Ioſepho, & diximus ex Oſeæ cap. 1. & Zachariæ 6. & aliis locis) iam fateri debemus in Eccleſia eodem modo, & amplius eſſe ſubiectam regiam dignitatem ſacerdotali, vt ſuprema poteſtas ſit rerum omnium penes Sacerdotem Nouæ legis, ſicuti fuit apud ſacerdotem Veteris legis poſt reditum. Quod ſi vt Chryſoſtomus explicat, intelligamus dicta eſſe ob memoriam antiquæ olim vrbis; iam ſicut erant illæ ambæ dignitates in quodam typo, ita perfectius in Eccleſia coniunctæ penes vnam perſonam, vt ædificetur iam *in id ipſum* Hieruſalem, ſitque Roma vrbs ſacerdotalis, & Regia per B. Petri ſedem, vt dicebat S. Leo Magnus,

&

& Ioannes Octauus, & Leo Nonus, & alij,ſacerdotalis vero verbis illis: *Sedes in domo ſanctuarij*; ſanctuarium enim erat locus ſacerdotum,Regia verbis alijs: *Regibus domus Dauid*

2. Certum,exploratumque eſt verbis illis:*Sedes ſuper domum Dauid*:ſignificari regiam dignitatem in familia Dauid futuram:ſi igitur nullus de Dauidis familia Rex fuit poſt reditum, debemus neceſſario de Eccleſia intelligere, in qua per Chriſtum reſtauratus eſt Dauidicus thronus. quod vero verbis illis:*Sedes ſuper domum Dauid*: exprimatur dignitas Regia, oſtenditur pluribus. Primo ex Paraphraſi Chaldaica, quæ ita vertit; *Sedes ad iuditium in Hieruſalem ſedes in domo ſanctuarij Regibus domus Dauid*.quibus palam conſtat a Paraphraſi Chaldaica expreſſam Regiam, & ſacerdotalem dignitatem, ita etiam ex verſione Hieronymi, Pagnini, & Vatabli, qui ita verterunt: *Sedes domui Dauid*: voluerunt enim ſignificare Dauidicæ familiæ prærogatiuam,quæ erat Regia dignitas,denotata nomine Sedis, quo etiam modo denotatur Pſalm. 131. ita etiam voluiſſe Cræcos Patres conſtat, dum ſacerdotalem, & Regiam dignitatem Hieroſolymis conſtitutam interpretantur, licet poſt reditum in Synagoga: ita Septuaginta: *Sedes ſuper domum Dauid*: quam lectionem ſequutus eſt Latinus Pſalmorum interpres.

Voluerunt autem hoc modo loquendi Septuaginta indicare Chriſtum tanquam Dominum domus Dauid, qui ſuperſit, & præſit domui Dauid,ita Pſalm. 109. vocatur a Dauide Dominus; & Dominus Dominantium Apocalypſis 19. vt hinc appareat reuera in Eccleſiam talem, per modum tamen miniſterij, tranſmiſſam fuiſſe poteſtatem; nam tam Pſal. 109. quam Apocal. 2. & 19. vt ſupra vidimus, communicata aperitur Regia ſuprema poteſtas Eccleſiæ.

Sed

Sed ad hanc rationem reſpondere quis poſſet, vt dicat, ita reuera rem ſe habere, tranſmiſſam eſſe in Eccleſiam talem poteſtatem, ſed non probari, vt penes vnam, & eandem perſonam ſit vtraq; collata poteſtas. verum hanc obiectionem, quamquam pluribus alias refutauerimus, paucis etiam, quæ ſubdentur poteſt refelli. Etenim ſi in typo præceſſit iuditiaria poteſtas Synagogæ, quæ futura erat in Eccleſia, debemus (quod dicebatur) fateri ſummam rerũ omnium eſſe penes Sacerdotes in Noua lege: oſtenſum enim eſt, pluribus vaticinijs futurum vnum caput in Eccleſia, vnum Principem.

Deinde quia aſſeritur ædifitium Eccleſiaſticæ Ciuitatis Hieroſolymorum nomine denotatæ, vt ſit: *In id ipſum*: quare regnum in Eccleſia erit ordinatum ad eundem finem, vt ſit vnus populus vt dicit Caſſiodorus, & vna cum Eccleſia triumphanti; & ſic etiã apparet ex Patribus, qui verba illa interpretantur: *Cuius participatio eius in id ipſum*: Chriſtum lapidem angularem corporis Eccleſiæ, vel Deum ſummum, & incommutabile bonum, ita Hieronymus, Auguſtinus, Caſſiodorus, Proſper, Bruno, Remigius, Ricardus.

Caſſiod. in comm.

Hier. Aug. & cæter. in comm.

Non eſt autem ita ordinatum regnum temporale, vt ſæcularis ſit perducere ex ſua poteſtate ad eum finem cum medijs ſupernaturalibus ordinetur homo, quo eum finem aſſequatur: eſt enim hoc poteſtatis ſacerdotalis, & ſacræ; quare erit regnum temporale ſub ordine ſacerdotij, & propterea ſubiectum ſacerdotio, cuius eſt agere ex ſua facultate de fine Ciuitatis huius Eccleſiæ ordinando, & inducendo hominem ad Eccleſiam triumphantem; ideo dicebat Paulus de poteſtatibus ſecularibus in hoc ipſum ſeruitẽes. Accedit, quod affirmatur illic, id eſt, Hieroſolymis, ſeu in Eccleſia futurus thronus Dauid; huiuſmodi autem throni Dauidici

Ad Rom. cap. 13.

uidici in Eccleſia per Chriſtum reſtauratio (ceciderat enim, & proſtratum iacebat à tempore captiuitatis Babylonicæ) ita facta eſt, vt ad Eccleſiæ Præſules Chriſtus ipſum Dauidicum thronum tranſtulerit, vt lib. 4. cap. 1. & ſequentibus pluribus à nobis eſt oſtenſum, itaque ne longius diuagemur in huius obiectionis confutatione, adducamus alias rationes.

3. Idioma linguæ Hebraicæ eſt, quæ vtitur plurali numero ad excellentiam alicuius rei denotandam, ita אלהים Eloim Deus dicitur, vt ſignificetur ſuprema poteſtas eius, & ſupremum iuditium, quaſi ſit iudex iudicum, & Deus Deorum: dixi de hac re lib. 2, cap. 3. Idioma itidem eſt Hebraicæ linguæ, vt iteretur idem nomen, quo emphaſis, & quædam excellentia exprimatur: Pſal. 39. *Expectans expectaui* Dominum, *& intendit mihi*: ſignificatur hic vehemens voluntas, & longa præ deſiderio duratio; Pſ. 63. *Defecerunt ſcrutantes ſcrutinia*: indicatur aſtutia, & fallendi ars. Pſal. 117. *Circumdantes circumdederunt me*: aperiuntur magnæ inſidiæ, & doli: Eſai. 1. *Gaudens gaudebo in Domino*: Quare cum plurali numero dicantur ſedes: *Sedes*, ait Vates, *in iuditio*: itemque, *Sedes ſuper domum Dauid*. videtur demonſtrari magna quædam excellentia iuditiariæ poteſtatis, & tanto amplius, quod fit vna cum verbo geminatio: *Sederunt*, ait, *ſedes in iuditio, ſedes domui* Dauid: & propterea bene a Septuaginta, & ex illis ab Eccleſia dictum eſt: *Sedes ſuper domum* Dauid: quo exprimeretur excellens Chriſti, & Eccleſiæ dominiũ, quod ſit ſuper domũ Dauid, illiq; præſit. quod Pſ. 109. aſſeritur de virga Apoſtolica, eiuſq; iudiciaria poteſtate ampliſsime in omnibus: *Dominare*, ait Dauid, *in medio inimicorum*, Græce κατάκυριεύει, hoc eſt, non ſimpliciter dominare in medio inimicorum, vt adnotabat Chriſoſtomus; ſed dominatũ obtine vehe-

mens,& amplum,& hoc tam in rebus ſacris,quam non ſacris iuxta ordinē ſacerdotij Melchiſedech,de quo ſit ſermo in eo pſ. 109. itaque ſi habent Sacerdotes poteſtatem in rebus omnibus;lōge ampliorem per hæc verba denotatam: *Sederunt ſedes in iudicio,ſedes ſuper domum Dauid*, habebunt Apoſtoli a Chriſto communicatam: ante vero captiuitatem conſtat ſacerdotes non ita amplam habuiſſe poteſtatem,vt habuerunt poſt reditum,cū facultas rerum politicarū penes Reges eſset, vt hinc conſtet de Sacerdotio Nouæ legis hæc debere intelligi,quod ampliſſimum eſt,& magnitudine ſua,& numero ſacerdotum, vt vbique ſint Epiſcopi, penes quos ſit poteſtas rerum ſacrarum, & rerum temporalium throni Dauidicī.

Ex his duo colliguntur; Primum licet plures Patres expoſuerint verba hæc Pſal. 121. per illa: *Sedebitis ſuper ſedes*: haud excluſiſſe rerum etiam temporalium facultatem: nam Hilarius etiam exponit de poteſtate clauium, qua generalem quandam comprehendi poteſtatem,in claſſibus Patribus oēſtdemus. Hieronymus de generali gubernatione Eccleſiæ explicat:Cæteri minus negant:eos omnes citatos ſenſiſſe,datam Eccleſiæ rerum temporalium facultatē in claſſibus Patrum aperiemus;ex recentioribus bene inter cæteros iuriſdictionem temporalem ex hac Pſal. 121. auctoritate deducit Genebrardus pluribus oſtendēs ab initio naſcentis Eccleſię exercuiſſe talem poteſtatem viros Eccleſiaſticos, cuius verba ſupra lib. 3. cap. 8. adduximus.

Secundum quod colligitur,male nonnullos recētiores totum hunc Pſalmum 121. ad literam ſolum explicare de Synagoga tempore Salomonis:patet quod dicimus: nam tunc temporis iam Hieroſolymorum vrbs erat ædificata, vt aduertit Auguſtinus, quare non poſſet dici: *Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas*.Deinde

de, quia etiam ſi nonnulli Patres Græci exponunt de Synagoga, attamen ſaltem quoad aliqua de ea volunt intelligi (præſertim ſi ſequamur Septuaginta interpretum translationem) poſt reditum ex captiuitate Babylonica, vt videre eſt in hunc ipſum Pſalmum 121. vel in explicatione tituli illius, ita Baſilius, Chryſoſtomus, Theodoretus, Euthymius, & nullus, quem hactenus legerim, eo modo explicat. Demum quia rationes a nobis adductæ probant non debere hunc Pſalmum ſolum de Synagoga intelligi, itaque etſi ad litteram ex parte geſta in Synagoga, quæ hic Pſal. 121. dicuntur, ea tamen ſunt ſucceſſiue cõpleta in Eccleſia per Chriſtum, & eius Vicarios Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopos, & tamquam in termino omnino perficientur in die iudicij. Quod iſtud aſſerant, ex eo eſt, quia non aduerterunt plura dici ſub Hieroſolymorum nomine in typo, & figura: etenim cum vna ſit Eccleſia militans ab origine mundi cum triumphanti in cælis, propter hanc vnitatem plura de ea affirmantur, quæ ſucceſſiue eueniunt, & implentur, omnino vero tanquam in ſuo termino in die iudicij, vel in cælis perficientur, vbi vna cum Chriſto vnico capite, & ſponſo coniuncta triumphabit quod facile eſt aduertere ex locis citatis ex ſexageſimo capite Eſaiæ, & multis alijs ſupra adductis auctoritatibus, quas non eſt neceſſe repetere, quare ad alia pergamus.

Digitized by Google

TEMPORALIS ECCLESIAE *iuriſdictio ex ſacerdotio antiquæ legis oſtenditur, & primo ex Principe Synagogæ Moyſe. Cap. X.*

SI ſacerdotio Veteris legis ſubiecta fuerunt temporalia, multo magis illa ſubiecta eſſe ſacerdotio Nouæ legis videtur aſſerendum; etenim cum temporalia omni ex parte ſint gratia ſpiritualium, ad illa tamquam ad vltimum terminum ordinata, & ad conſeruationem, vtilitatem, & progreſſum eorundem; cum certum ſit ſacerdotibus Nouæ legis maiorem per Chriſtum datam facultatem ſpiritualium, & conſequenter temporalium, quæ inſeruire debent ſpiritualibus. Deinde, quia ſi hoc negetur, neceſſe eſt per ſacerdotiũ Antiquæ legis, hac ſaltem ex parte, fuiſſe faciliorem viam ad promouendas in hominibus res ſpirituales, vel circa conſeruationem, & acquiſitionem illorum in gubernatione Synagogæ; quod certè non apparet vlla ratione dicendum, cum per ſacerdotium Chriſti, & loco eius Vicarios Sacerdotes in Eccleſiæ regimine collata in eos facultate longe facilior in omnibus apertus ſit aditus ad ſpiritualia promouenda, & conſeruanda in cunctis hominibus: itaque cum ex Prophetis, & ex Pſalmis probauerimus iuriſdictionem temporalem Eccleſiæ, probemus iam ex lege Moyſis, & ſacerdotio Veteris Teſtamenti. Ducemus autẽ exordium ab ipſo Moyſe Legiſlatore, quem ſi oſtẽderimus principem in rebus ſecularibus, & ſacris extitiſſe, non apparet negandum pari modo per Chriſtum Petrum fuiſſe principem in temporalibus, & ſpiritualibus.

Quod

Digitized by Google

Quod itaque Moyſes Sacerdos foret, ſeu Princeps in rebus ſacris, habetur Pſal. 98. *Moyſes*, inquit Vates, *& Aaron in ſacerdotibus eius*: quibus verbis ſignificari habuiſſe Moyſem vere ſacerdotalem dignitatem ex eo oſtenditur, quia vna cum Aarone refertur inter Sacerdotes Dei; quare ſicuti certum eſt Aaronem vere fuiſſe ſacerdotem, ita Moyſes fuiſſe dicendus eſt, cum pari ratione de vtroque dignitas ſacerdotalis affirmetur. & reuera fuiſſe ſacerdotalem aſſerunt hæc Pſalmi verba interpretantes, vel adducentes Græci, & Latini Patres; ita Nazianzenus in oratione ad Gregorium Nyſſ. Ephrem Syrus de ſacerdotio, Hierony. contra Iouinian. Leo Magn. ep. 92. Damaſus ep. 5. ad omnes Orthod. Epiſcopos; Petrus Damianus epiſt. 16. c. 9. Orig. hom. 15. in cap. 19. Ioſue; Auguſtinus, Arnobius, & alij in cōment. in citatum pſ. 98. præterea Dionyſius Areopagita, Philo, & cæteri, quorum paulo poſt verba afferam: & Concilium Nicenum ſecundum idem videtur voluiſſe citatis ſupradictis pſ. 98. verbis, & Concilium Hiſpalenſe ſecundum c. 7. Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludouico Pio cap. 9. ducem populorum, & Principem Sacerdotum vocat. Quod vero fuerit etiam in rebus temporalibus Moyſes princeps habetur ex c. 18. Exodi, vbi cum integrum diem eſſet decidendis litibus intentus, cōſilio Iethro ſoceri ſelegit ex omni Iſrael viros, qui litibus dijudicādis preeſſent, vt facilius partito onere maioris momenti rebus vacaret; quod ſi lites illæ erant circa res ſacras, non eſſent ſelecti ex omni Iſrael viri: nam rebus ſacris Tribus ſolū præerat Leuitica: quare locum illum de rerum temporalium litibus exponunt Origenes, Procopius, Rabanus, Rupertus, præterea Gregorius, Anſelmus, Clemens Romanus, & plures Theologi, quos retulimus lib. 2. dum Pauli explicaremus locum ex priore ad Corinth. c. 6.

Ad hæc

Adhæc 27. cap. Num. Moyſes conſtituit iudicem Ioſue, cui partem ſuæ gloriæ, ſeu auctoritatis (vt Hieronymus oleaſter adnotauit) impertitus eſt. Sic igitur non modo ſacerdotem, ſed Ducem, ſeu principem in rebus temporalibus fuiſſe affirmat Phylo de vita Moyſis in calce: *Atque hæc fuit*, inquit, *vita, obituſque Moyſis Regis, legislatoris, vatis, Pontificis, ſicut ſacris litteris proditur*. ita Dionyſius Areopagita 7. cap. de Eccleſiaſtica Hierarchia primum Pontificum, legislatorem, & ducem appellat. ita etiam ducem vocat Concilium Aquiſgranenſe loco ſupra citato, Gregorius Naziázenus, Clemens Romanus in cõſtitutionibus. Alij Patres generalibus quibuſdam verbis ſatis volunt etiam Principem in rebus ſæcularibus fuiſſe, ita Chryſoſtomus lib. de ſacerdotio præfecturam aſſerit populi Iudaici commiſſam: a Theodoreto Pater, & princeps in cãtico ipſius Moyſis appellatur. Concludamus res noſtram, ſi non minor data eſt Petro principi Eccleſiæ poteſtas ad ſpiritualium conſeruationem, & decentem progreſſum exercenda, quam data fuerit Moyſi principi Synagogæ: ergo ſi data eſt Moyſi, vt oſtendimus, ſuprema exercenda etiã ad ſpiritualiũ progreſſum, & decẽtem ſtatum data erit & Petro; alioquin enim hac ex parte (vt dicebatur) facilior patuiſſet aditus ad ſpiritualium conſeruationem in antiqua lege, quam in noua.

Quare Innocentius Tertius ſermone ſecundo de cõſecratione Pontificis inſtar Moſis fuiſſe Monarcham Petrũ in omnibus ſic videtur ſignificare: *Petrus ligare poteſt cęteros, ſed non poteſt ligari a cęteris: tu inquit vocaberis Cephas, quod exponitur, caput, quia ſicuti in capite conſiſtit omnium ſenſuũ plenitudo, in cæteris autem membris pars eſt aliqua plenitudinis; ita cæteri vocati ſunt in partem ſollicitudinis ſolus autem Petrus aſſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis*. iam ergo vi-

dete,

dete, quis iſte ſit ſeruus, qui ſuper familiam conſtituitur, profectò Vicarius Ieſu Chriſti, ſucceſſor Petri, Chriſtus Domini; Deus Pharaonis; inter Deum, & hominem Deus conſtitutus; citra Deum, ſed vltra hominem; minor Deo, ſed maior homine; qui de omnibus iudicat, & a nemine iudicatur, Apoſtoli voce pronuntians, qui me iudicat, Dominus eſt. Hæc Innocentius, attribuens omnem poteſtatem iuditiariam Petro, vt non ſolum ſit Pharaonis Deus iſtar Moyſis, ſed omnium, ita vt iudicet omnia, & a nemine niſi à Deo iudicetur.

Clemens Romanus in Conſtitutionibus lib. 2. c. 28. *Si Aaron, poſtquam Pharaoni nuntiauit verba Moyſis, propheta dictus eſt, Moyſes vero Deus Pharaonis, & Rex ſimul, et Pontifex, ſicut ait illi Deus: Poſui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit tuus propheta; cur vos internuntios ſermonis veſtri non habetis in prophetis, & Epiſcopos tanquam Deos colitis?* Hæc Clemens de Epiſcopo dicit, cõcludens multo magis veluti Deos eſſe Epiſcopos quam fuerit Moyſes, & multo magis id concludit de Petro.

S. Bernardus lib. 2. de conſideratione ad Eugenium Papam eandem Petro tribuit poteſtatem, vel maiorem congeſtis multis Patribus antiquis, quibus Deus multam tribuit poteſtatem: *Tu*, inquit ad Eugenium Papam, *ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes*, &c.

Idem docet ex Theologis Ricardus de Media Villa lib. 4. ſenten. diſt. 24. art. 5. quæſt. 3. ad quintum. *Dicendum*, ait, *quod Moyſes non tam fuit Princeps, ſed Sacerdos, iuxta illud Pſal. 98. Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius; in decr. diſt. 22. Sacroſancta. in gloſ. vnde Moyſes expreſſius quam Aaron figurauit Chriſtum, qui fuit ſummus Rex, & ſummus Sacerdos, & ex conſequenti Vicarium eius in terris, in quo ſimul ſub Chriſto eſt*

vtra-

Digitized by Google

vtraque poteſtas. Sic Ricardus. Similia Franciſcus Mayron in quodlib. q. vndecima, Henricus quodlib. 6. q. 23. & alij plures docent.

IDEM CONFIRMATVR electione Ioſue miniſtri. Cap. XI.

POſſet quis dicere, fuiſſe quidem Moyſem principem ſupremum a Deo conſtitutum in rebus tam tẽporalibus, quàm ſacris, verum deinceps ambas has dignitates ſacram, & temporalem eſſe diuiſas, & in diuerſis perſonis extitiſſe, vt altera ab altera non dependeat: quare oſtendendũ eſt etiam per Moyſem, & Dei ordinationem Eleazaro ſacerdoti, qui ſuperfuit poſt obitum Moyſis (nã Aaron obiit ante Moyſen) tẽporalem poteſtatẽ fuiſſe ſubiectã in rebus omnibus, quæ ſane ſubiectio ſatis ex c. 27. Num. videtur poſſe colligi ex verbis, quibus Moyſes Ioſue miniſtrum ſibi ſucceſſorem declarauit: & præterea ex iis, quæ Moyſes ſtatuit in Synagoga de ſacerdotali poteſtate: ſed priori loco oſtendamus, quæ dicuntur in Ioſue Miniſtri electione.

Reſpondit Moyſes: *Prouideat Dominus* Deus *ſpiritum omnis carnis hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc, & poſſit exire, & intrare ante eos, & educere eos, vel introducere, ne ſit populus* Domini, *ſicut oues ſine paſtore. dixitque Dominus ad eum: Tolle Ioſue filium Nun virum, in quo eſt Spiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum, qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote, & omni multitudine, & dabis eis præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis Synagoga filiorum Iſrael; pro hoc ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet Dominum, & ad verbum eius*

ingre-

ingredietur, & egredietur ipſe, & omnes filij Iſrael cum eo, & cætera multitudo. fecit Moyſes, vt præceperat Dominus. cumque tuliſſet Ioſue ſtatuit eum coram Eleazaro ſacerdote, & omni frequentia populi, & compoſitis capiti eius manibus, cuncta replicauit, quę mandauerat Dominus; Hæc ibi.

Adnotãda hic duo ex Hebraica phraſi, primo iuxta Hebraicam phraſim ingredi, & egredi, ſeu ingreſſum, & egreſſum idem eſſe, ac ſi diceretur, omnis eius actio, omnia facta.

Secundo loco aduertendum eſt poni, (ad verbum illius) perinde, ac ſi diceretur ad eius præceptum, ſeu ex eius præſcripto: oſtendamus ſingillatim hæc duo: Deuteronomij 28. imprecatur Moyſes maledictiones ijs, qui obſequentes eſſe noluerint diuinis præceptis: Maledictus, inquit, eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta bouum tuorum, maledictus ingrediens, maledictus egrediens, mittet Dominus ſuper te famem, & eſuriem, & increpationem in omnia opera tua, quæ facies. apparet ex his verbis vltimo loco appoſitis tanquam quæ reliqua ſuperiora comprehendant, maledictus ingrediens, & egrediens, perinde ac ſi diceretur, domi, foris, & vbique malis afficieris. quod ſtatim magis explicatur, immittet increpationem in omnia opera tua, quod ad maiorem vim adiungitur.

2. Regum 3. Ioab ad Dauid dixit: Ignorans Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, vt decipiat te, & ſciat exitum tuum, & introitum tuum, ideſt, eo venit conſilio, vt ſingula quæque Dauid perſcrutetur. idem colligitur ex 3. Reg. 3. Porro quod legitur (ad verbum eius) ſeu (ad os eius) vt ſæpe tranſtulerũt Septuaginta, hebraice habetur מפיו Mippiu, idem eſt, ac ſi diceretur

ad præceptum eius:ſeu ex eius præſcripto, apparet ex alijs ſcripturæ locis: Numeror. 3. iuxta verbum quod præceperat Dominus: c. 4. hic eſt populus Gerſonitarum, quos numerauerunt Moyſes & Aaron, iuxta verbum Domini; Ioſue 16. qui contradixerit ori tuo 3. Regum 13. inobediens fuerit ori Domini; ita accipiēdum illud Lucæ, qui iuxta Hebraicam phraſim loquitur, quamquam ipſe Græce ſcripſerit: *in verbo tuo laxabo rete*; & hos loquendi modos iuxta hebraicam phraſim adnotauit Oleaſter, & alij linguæ Hebraicæ periti.

Patet itaque ex his ita, Dei iuſſu conſtitutum eſſe Principem ſæcularem a Moyſe, vt in omnibus, & omni ex parte ſubiaceret ſacerdoti, cum dicitur: *Ad verbum illius ingredietur ipſe, & omnes filij Iſrael cum eo*: perinde enim eſt, ac ſi affirmaretur, omnia fient ex præſcripto Eleazari, cui in omnibus obediet Ioſue, & omnes filij Iſrael.

Neque dicas non referri pronomen illud (eius) cum dicitur ad verbū eius, ad Eleazarum, ſed ad Dominum; nam apparet manifeſtiſſime referri non ſolum ad diuinum præceptum, ſed etiam tanquam per Miniſtrum ad Eleazarum: quod ita eſſe ſic patet, etenim coram Eleazaro ſtatuitur Ioſue Eleazar pro Ioſue conſulebat Dominum, Eleazar edebat diuina oracula, quare ad ipſum quoque Eleazarum referri debet ſubiectio; vt quemadmodum Eleazar miniſter erat ad notificādam diuinam voluntatem, cui obtemperare debebat ex Eleazari miniſterio Ioſue; ita præſcripto Eleazari ex miniſterio diuino parere, ita vt niſi Eleazaro audiret, nec Deo; ſi Eleazarum ſperneret, & Deum. ſic itaque ad Eleazarum, & ad Deum referri verba illa adnotauit Hieronymus, Oleaſter, Eugubinus, & alij, & vt apparere poteſt ex eorum verſione.

Rabanus Maurus in commentarijs: *Hæc*, ait, *ſenten-*

ten-

tentia moraliter nos inſtruit, vt quiſquis accipiat poteſtatem in populum Dei ſecundum magiſterium diuinæ legis, quæ in ſacerdotis officio maxime nobis commendatur: cuncta agat, & cuncta diſponat, ac totam vitam ſuam, ſibique commiſſorum ſecundum doctrinam eius ordinet, atque regat: vnde quoque per Malachiam Prophetam dicitur : Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem exquirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. verum quia myſteriis cuncta referta ſunt, non poſſumus, quæ pretioſiora ſunt, omittere, etiam ſi hæc, quæ ſecundum litteram mandantur, neceſſaria videantur, & vtilia. Hactenus verba Rabani, qui iuxta literam præceptum eſſe aſſerit, vt ſecundum doctrinam ſacerdotis cuncta agantur, & diſponantur a ſecularibus poteſtatibus.

Procopius: *Iubet a populo quidem conſuli principem, ab hoc vero ſacerdotem, ab eodemque* Deum; *item vt populus dictatis principis pareat, ſuo enim tempore, inquit, dicetur Iſraeli, quod facturus eſt* Dominus, *& hæc quidem ſeparatarum functionum copulatio eſt, Chriſtus vero cum ambo ſimul ſit, a ſeipſo quodcumque edit, nihilque forinſecus aſſumpſit.* Sic ille, ſubordinationem populi ad principem, principis ad ſacerdotem, ſacerdotis ad Deum optime explicans, quæ coniuncta in Chriſto fuerint a ſe ipſo habente non ab aliquo extrinſeco, indicans habere ab vnione hypoſtatica Verbi.

Non diſſentit Theodoretus in q. in Ioſue, & Hieronymus Oleaſter, & alij. Confirmantur hæc omnia ex vſu poteſtatis Eleazari ſacerdotis in rebus etiam temporariis: colligitur enim ex pluribus locis vſum Eleazarum temporali poteſtate, ita cap. vigeſimoſexto, vigeſimoſeptimo, trigeſimoprimo, trigeſimoſecundo, & trigeſimoquarto Numerorum, & Ioſue cap. decimoquarto, decimoſeptimo, & decimonono.

EADEM TEMPORALIS POTESTAS *ſubiecta colligitur ex ijs, quæ ſtatuit Moyſes ſeruanda circa dignitatem ſacerdotalem in Synagoga.* Cap. XII.

EA, quæ ſtatuit Moyſes circa dignitatem ſacerdotalem Lege obſeruanda in Synagoga, ſatis oſtendunt temporalem poteſtatē ſacerdotio Veteris legis fuiſſe ſubie ctam; ſi quæ enim dubia, ſi quæ lites, & controuerſiæ etiam in rebus temporariis futuræ erant, vt accideret inter temporales iudices, ſtandum eſſe voluit tamquā ſupremo in omnibus iudici ſummo Sacerdoti, quaſi illius foret omnia pertractare, eiuſque in omnibus ſententiæ acquieſcendum. habetur totum hoc ex cap. 17. Deuteronomij, vbi hæc leguntur:

Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, et cauſam, lepram, & lepram, & iudicum inter portas tuas videbis verba variari, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus *tuus, venieſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem quicunq; fueris illo tēpore, quærenſq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies, quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram: Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrabit Domino* Deo *tuo, ex decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia*. Hæc ibi.

Adnotemus prius aliquot, vt in explicatione alte-

rius

rius loci egimus, & primo allatis verbis apparet datum omne iudicium ſacerdotibus, ſeu ſacrarum rerum, ſeu temporalium, quod oſtendi videtur verbis illis, quæ generalia ſunt: *Inter ſanguinē, & ſanguinē inter cauſam, & cauſam, inter leprā, & leprā.* Hoc etiam demōſtrant verba ſequentia, vbi dicitur: *Iudicū inter portas tuas uidebis verba variari, ſurge, &c.* nam in portis fiebant iudicia rerum etiam temporalium, vnde rei ſceleris conuincti eijciebantur extra portas, & luebant ſui ſceleris pœnas. apparet hoc ex cap. 16. Deuteronom. vbi hæc a Moyſe præcipiuntur: *Iudices, & Magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per ſingulas tribus tuas, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent.* Hæc ibi. & ex cap. decimoſeptimo, & vigeſimoprimo colligitur etiam ſolitos reos adduci ad portas, vt iudicati a ſenioribus eius ciuitatis, & eiecti extra portas, lapidibus obruerentur. Si itaque iudices conſtituebantur in omnibus ciuitatibus (ſumuntur enim hic portæ pro ciuitate) per ſingulas tribus, & exercebantur huiuſmodi iudicia à ſenioribus eius ciuitatis, iam liquet fuiſſe huiuſmodi iudicia rerum temporalium; tribus enim Leuitica, ad quam rerum ſacrarum pertinebant iudicia, non habebat vllas poſſeſſiones, & oppida, niſi ad habitandum, & alenda pecora, Ioſue decimoquarto, & vigeſimoprimo, & Numer. trigeſimoquinto. quare concluditur, fuiſſe in omnibus rebus temporariis ex Moyſis inſtitutione recurſum tamquam ad ſupremum tribunal ad Sacerdotem in Veteri lege.

Verum contra hanc rationem poſſet quis obiicere, fuiſſe huiuſmodi poteſtatem in rebus temporariis penes ſacerdotem, ſed ſolum in ambiguis, & dubiis, & propterea non fuiſſe poteſtatem temporalem omni ex parte ſacerdotali poteſtati ſubiectam.

Acce-

Accedit, quod poteſt hic locus accipi ſub diſtinctione, vt recurſus fiat in rebus temporariis ad principem temporalem, in rebus ſacris ad ſacerdotem, ita videntur voluiſſe nonnulli noſtri temporis ſcriptores explicare hunc locum. Sed ad has obiectiones facile eſt reſpondere: quod enim iuſſerit recurrendum in dubiis, non tollit quin ſupremam habuerit facultatem, ſed magis eo eſt conſilio factum, quo vacaret iis, quæ ſunt maioris momenti, ſacerdos; ita enim egit Moyſes Exodi cap. decimooctauo, vt ſupra adnotauimus conſilio Soceri ſui, eligens ex omni tribu viros, qui præeſſent iis, quæ erant minoris momenti, iudicandis, quod certe ex locis, quæ adduximus, cum de vſu poteſtatis tẽporalis ab Eleazaro exercitæ ageremus, facili negotio eſt videre: itaq; ſicuti hic egit Moyſes, & ipſe geſſit vna cũ Eleazaro, ita ſtatuit faciendum in Synagoga; quare ſicuti non ex defectu poteſtatis deſtitit Moyſes a leuium rerum iudicio, ſed quo partito onere in alios commodius vacaret grauioribus rebus, ita deinceps obſeruatum eſt. & hoc euenire in cæteris facultatibus conſtat, vt ſuperiores, quæ architectonicæ ſunt, imperent, aliæ exequantur; ita Apoſtoli præfecerunt diaconos ſacris menſis, (licet ipſi, poſſent) qui ipſis menſis miniſtrarent.

Soliti erant Epiſcopi prius conſulere Metropolitanos, & Primates in rebus dubijs, quas dubitationes, & controuerſias illi ſua auctoritate determinabant, & ad eos deferendas eſſe, priuſquam conſulerẽt Sedem Apoſtolicam, volebant Romani Pontifices; veluti liquet ex Anacleto, & Leone primo, & pluribus Concilijs; attamen idem Leo, cum Epiſcopus Theodorus nonnullas controuerſias non cõſulto Primate ad ſe detuliſſet, ſua determinauit ſuprema poteſtate: ita dicimus tẽporales lites deferendas quidem eſſe ad Iudices Ordinarios, & ſuperiorem Iudicem in rebus ſolum temporalibus; pro tempo-

temporis tamen, & rerum opportunitate eſt recurſus ad ſummum Eccleſiæ Prçſulem, & ipſe Summus Eccleſiæ Hierarcha poſſet ſe intromittere in rebus temporalibus in euidẽtem vtilitatem rerum ſpiritualium, eorumque bonum progreſſum, & conſeruationem.

Sed ad ſecundam veniamus oppoſitionem, ex cuius reſponſione apparebunt confirmata, quæ proxime dicta ſunt. dicimus igitur eundem fuiſſe iudicem, & ſacerdotem, ad quem fiebat recurſus, nec accipi poſſe ſub diſiunctione, vt deducebat obiectio.

Probatur primo quia id modo probatum eſt,& paulo ante ex electione Miniſtri Ioſue, & ita fiebat recurſus in rebus grauioribus ad Sacerdotem Moyſen, & Eleazarum, Numer. cap. vigeſimoſexto, vigeſimo, ſeptimo, trigeſimoprimo, trigeſimoſecundo, & trigeſimoquarto, ſic in rebus grauioribus dijudicandis vna cum Ioſue intererat Eleazar ſacerdos,& primo loco fit mentio de Eleazaro, tanquam digniore, quam de Ioſue(ſicuti in cæteris citatis prius fiebat mẽtio de Moyſe,quam de Eleazaro) ita Ioſue cap. decimoquarto,cap.decimoſeptimo,& cap. decimonono, & vigeſimoprimo:at vero cap.nono legitur acceſſiſſe Gabaonitas, qui fingebãt ſe e regione longinqua eſſe,poſtulantes pacem, quam conceſſit Ioſue, ſed non bene; quod cur factum ſit, ipſe diuinus ſcriptor aperit:*Susceperunt* inquit Scriptor, *de cibarijs eorum*, *& os* Domini *non interrogauerunt*, *fecitque Ioſue cum eis pacem*: in re tam graui debebat Ioſue recurrere ad Sacerdotem,per quem Dominus interrogaretur, quomodo minus deceptus eſſet: & veriſimile eſt cum dicitur Dominus locutus ad Ioſue per ſacerdotem conſueſſe fieri,qui ederet Dei reſponſa; legimus initio Iudicum conſultum Deum,cum iam obijſſet Ioſue, quis aſcenſurus eſſet ad prælium contra Chananæum, & futurus eſſet dux belli, &

Prima Impugn. 2. obiect.

li, & per Phinees (teſte Ioſepho Antiquit. lib. 5. cap. 5. & Philone) reſponſum eſſe fore ducem Iudam, quod actum eſſe in pluriũ Ducium electione putandum eſt. cap. 20. refertur, quomodo in Silo conſuluerint filij Iſrael Dominum, quiſnam futurus eſſet princeps in bello contra filios Beniamin, & declaratus eſt Iudas, & cum cæſi eſſent filij Iſrael ſemel, & iterum, tertia vice conſuluerunt in Silo Dominum, cum ibi eſſet Phinees filius Eleazari, itique per ipſum Phinees (vt docet Ioſephus antiquitatum lib. 5. capit. 6. & Philo) præpoſitum domus Domini, & cum pugnaſſent, retulerunt victoriam; Apparet itaque ex his omnibus, verum eſſe, quod dicebatur; id deinceps obſeruatum, & geſtum in Synagoga, quod Moyſes ordinauit conſilio ſoceri ſui, non ex defectu poteſtatis Sacerdotis in rebus temporalibus; ſed quo ipſe Sacerdos grauioribus vacaret, partito in alios onere, & propterea Deuteronomij 17. eundem appellari iudicem, & Sacerdotem, & id voluiſſe Septuaginta, Chaldæum Interpretem, & cæteros. licet autem cõtrarium videantur ſenſiſſe nonnulli at certe iudicem ſubiectum fuiſſe ſacerdoti, tanquam ſupremo Synagogæ in omnibus Hierarchæ, nullo modo debet negari.

Secundo probatur ex alijs locis, vbi apparet reuera ſpectaſſe ad ſacerdotem omnem litem tanquam ad ſupremum Hierarcham in Synagoga, ita Deuteronomij 21. vbi de cadauere hominis occiſi, de quo dubiũ erat, quis fuiſſe interfector, hæc leguntur: *Accedentque ſacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus, vt miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorum omne negotium pendet, & quidquid mundum, uel immundum eſt, iudicent*, &c. ex hoc loco apparet omnem litem, & omnem controuerſiam penes iuditiariam Sacerdotum poteſtatem fuiſſe: eſt enim

hic

hic ſermo generatim de omni negotio; & hoc voluiſſe conſtat Septuaginta, qui ita verterunt; *Super os eorum erit omnis controuerſia, & omnis tactus.* Chaldæus Interpres, & Oleaſter: *Quemadmodum ad eos pertinet miniſtrare Domino, & benedicere populo, ita determinatio omnis litis, & plagæ.* Pagninus: *Iuxta ſermonem eorum erit omnis lis, & omnis plaga.* Vatablus: *Iuxta quorum o s omnis forenſis actio, & plaga finietur*: ex qu ibus omnibus euidenter colligitur, ſupremam fuiſſe penes ſacerdotes poteſtatem iuditiariam de omni li te, ita vt ex eorum imperio, ſeu ore (Hebraice enim פי mippiu, id ſignificat) agendum eſſet.

Et Ezechielis cap.44: *Populum meum docebunt, quid ſit inter ſanctum, & pollutum, & inter mundum, & immundum oſtendent eis. & cum fuerit controuerſia, ſtabunt in iuditijs meis, & iudicabunt leges meas, & præcepta mea in omnibus ſolemnitatibus cuſtodient*. & de omni re intelligi hunc locum iudicanda a Sacerdotibus, qui inſtar Dei iudicent omnia, exponunt Hieronymus, Theodoretus, & alij. *Hieron. & Theodo. in comment.*

Hinc propterea ſacerdotes dij abſolute vocantur, ſeu iudices, Hebraïce אלהים Heloim, quaſi generalem haberent de omnibus poteſtatem, & ſupremum iudicium: Exodi 22. *Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices*: quem locum de ſacerdotibus proprie intelligi conſtat ex Paulo Apoſtolo Actorum 23. quam explicationem confirmant verba, quæ ſtatim ſequũtur: *Principi populi tui non maledices, decimas tuas, & primitias tuas non tardabis reddere*. Ita Deos, vel principes populi ſacerdotes appellari affirmant Cyprian. lib. 4. epiſt. 9. Gregorius ep. 31. lib. 4. Theodoretus in Com mentariis in 2. cap. Danielis, & in Pſal. 135. Nicolaus Magnus in epiſt. ad Michaelem Imperatorem; Chryſoſtomus in commentariis in Pſal. 137. Eſychius preſ- *Greg. in ep. ad Maur.*

byter Hieroſolymitanus lib. 1. commentar. in Leuiticum c. 4. Antiochus in Laura Monachus homil. 124. quæ eſt de veneratione Sacerdotum.

Tertio probari poteſt ex ipſo verborum contextu, & & examine ipſius loci adducti, vt idem ſit, nimirum ſacerdos, & iudex: nam interpretes ſic explicant. Vatablus: *Noluerit obedire ſacerdoti, qui ibi ſteterit, ut iudicet*. Eugubinus: *Ex decreto iudicis, aut iudici ſubaudi, noluerit obedire, per iudicem ſummum, intellige Sacerdotem*. Et hæc eſt expreſſa interpretatio Ioſephi, cui in hiſce rebus plurimum deferre debemus; ſic itaq; ille lib. 4. Antiquitatum cap. 8: *Quod ſi iudices*, inquit, *alludens ad hunc locum neſciant de negotio ante ſe delato pronunciare, ſicut interdum accidit, in ſanctam vrbem integram cauſam relegent, tum vero Pontifex, & Propheta vna cum ſenatu, quod viſum fuerit, decernant.* Ita Ioſephus.

Et ſimili modo intelligunt Cyprianus, Procopius, & alij ex Patribus, & Pontificibus, & Theologis, ac Canoniſtis intellexere, & plura etiam Concilia, vt ſequentibus apparebit capitibus. Et Hieronymi verſio, qua Eccleſia vtitur, plane oſtendit, ſacerdotis eſſe difficilia illa terminare, dum hæc habet: *Qui noluerint obedire ſacerdotis imperio, decreto iudicis morietur homo ille*. nam imperiũ, & poteſtas oſtenditur eſſe ſacerdotis, licet executio pœnæ in vindictã contumeliæ in ſacerdotem dicatur potius iudicis. Accedit, quod verba etiam illa hoc perſuadent, cum dicitur: *Surge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus*: & mox: *Qui præſunt loco, quem elegerit Dominus Deus tuus*: Hiſce enim verbis aperte indicatur ſedes ſacerdotalis, & domus Dei, quæ fuit vſque ad tempora Regum in Silò, vt videre eſt Ioſue decimoſexto; & decimooctauo Iudicum, poſtea vero in tribu Iuda in monte Sion: *Re-*

puliſ

Digitized by Google

pulit enim Silo, elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit.

Quod vero exprimatur ſedes ſacerdotalis per verba a nobis adducta, conſtat ex cap. 12. Deuteronomij; *Ad locum*, ait Moyſes, *quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, in eo venietis, vt offeratis in loco illo holocauſta*. & poſt pauca: *Ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris; ſed in eo, quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum*. Sic etiam cap. 12. ſemel & iterum cap. 14. ſæpe, cap. 15. & 16. pluribus vicibus, & alibi: quare cum dicitur: *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus*: intelligi debet ſedes, & locus ſacerdotum, & conſequenter iudicium exercebatur per ſacerdotes. Idipſum confirmant ſequentia verba: *Veniensque ad ſacerdotes Leuitici generis, et ad iudicē, qui fuerit tempore illo, quæres ab eis, qui iudicabũt tibi iudicij veritatē, & facies quodcumq; dixerint, qui præſunt loco, quē elegerit Dominus, et docuerint te iuxta legem eius, ſequeris ſententiā ſuam.* Hæc non poſſunt, niſi de iudicio ſacerdotali intelligi, cum plurali numero dicatur, *ab eis*; *iudicabunt*; *docuerint*: *ſententiam eorum*, *qui præſunt loco, quem elegerit Dominus*. etenim Iudex ſemper vnus fuit, quare exprimitur hic ſacerdotum iudicium, & ſupremus ſummi Sacerdotis, qui præerat loco, vbi erat arca Dei; & ideo dicitur; *Locus, quem elegerit Dominus*. Denique cum aſſeritur, illud agendum, quod docuerint illi iuxta legem, iam nulla dubitatio eſt hic ſermonem eſſe de ſacerdotibus; eſt enim proprium ſacerdotum legem docere, iuxta illud Malachiæ 2. *Legem ex ore (ſeu ex præcepto) eius requirent; quia Angelus Domini exercituum eſt.*

Concluditur itaque in Principe Synagogæ Moyſe fuiſſe ſupremam in omnibus poteſtatem, ipſumq; fuiſ-

ſe ſummum Hierarcham vna cum Aarone ſub Moyſe: fuit enim tamquam adiumento datus Aaron Moyſi in principatu Synagogæ, & in Sacerdotio, quod poſtea ex Dionyſio, & cæteris Patribus, & diuinis litteris apparebit, & idem poſtea ſeruatum in ſacerdotibus aliis; nam Aaroni ſucceſſit Eleazarus, quem exercuiſſe temporalem poteſtatem demonſtrauimus, & ipſius ſacerdotio ſubiectum fuiſſe miniſtrum Ioſue poſt Eleazarum ſequitur ſummus Sacerdos Phinees, per quē conſultus Deus, & electus Iudas belli Dux, qui vt vidimus contra Chananæum proceſſit, & alter contra filios Beniamin. quod de iſtis circa electionē horum ducum dicimus, idem putare poſſumus (vt ſupra diximus) circa reliquos ſucceſſores in Pontificatu poſt Phinees. de Heli ſummo Sacerdote ipſum iudicaſſe Iſraelem habemus lib. 1. Regum: amoto vero vna cū filiis Heli, diuino iudicio, iudex ſucceſſit Samuel, qui è tribu fuit Leui Sacerdos, vt paulo poſt oſtendemus. Cum autem filij Iſrael Regem poſtulaſſent (quamquam Deo huiuſmodi petitio valde diſplicuit) Regem promiſit Saulem, quem Samuel elegit, ſcribens Regni legem, 1. Regum cap. 10. vbi autem Saul diuinis mandatis parere noluit, reiecto Saule, nouus ab eodem Samuele Rex populi Iſraelitici creatus eſt Dauid. Ex his itaque omnibus in Synagoga geſtis apparet ſaltem vſque ad Regum tempora ſummam Hierarchiam in omnibus fuiſſe penes ſacerdotes; & propterea idem multo magis debet dici de Summo Pontifice in Eccleſia Chriſti Vices gerente in terris.

RELA-

RELATA SVPERIORI CAPITE *ex loco adducto Deuteronomij, auctoritate Pontificum, Conciliorum, Patrum, ac cæterorum demonſtrantur. Cap. XIII.*

QVAECVMQVE Moyſes ſanciuit in Synagoga agenda, vt in omnibus ſtandũ eſſet iudicio ſummi Sacerdotis, tamquam ſupremo Hierarchæ in omnibus, idẽ dicendum eſſe, vel multo magis de ſacerdote Nouæ legis, iam ſupra probatum eſt pluribus; nunc idẽ probandum videtur noſtro more teſtimoniis Conciliorum, Pontificum, Patrum, & cęterorum Doctorum, quare initium capientes à Sacris Concilijs confirmabimus auctoritatem adductam ex c. 17. Deutero. priore loco teſtimoniis Conciliorum.

Concilium Pariſienſe ſub Ludouico, & filio eius Lothario in præfatione: *Sacerdotibus in Euangelio a Domino tãta confertur poteſtas, vt quæ ſtatuerint in terra, ſtatuta ſint & in cælo, & quæ ſoluerint in terra, ſoluta ſint, & in cælis, & quorum remiſerint peccata, remittantur eis: hos quippe conſtat Vicarios eſſe Apoſtolorum, & luminaria mundi*. & poſt pauca: *Sacerdotis*, ait, *eſt ſcire legem, & ad interrogationẽ reſpondere de lege: quod quidem & in Deuteronomio legimus, vt ſicubi in vrbibus Iſrael quæſtio fuerit nata inter ſanguinem, & ſanguinem; iuditium, & iuditium; lepram, & non lepram; contradictionem, & non contradictionem, eant ad ſacerdotes, & Leuitas, & ad Pontificem, qui in diebus illis fuerit conſtitutus, & quærãt ab eo legem Domini, quibus reſpondentibus faciat, quod iubetur. His igitur legalibus, & propheticis inſtitutis inſtructi non ab re duxerunt*

runt

Digitized by Google

runt, populiq. ſibi ſubiecti errantibus ſacerdotes legem Domini ſcientes conſulendos; quapropter ſtatuerunt in quatuor congruentiſſimis imperij ſui locis conuentus Epiſcoporum uno eodemque tempore fieri debere, in quibus conuentibus Domino inſpirante diligenter ſtuderent quærere, & inueſtigare de cauſis ad Religionem Chriſtianam, eorumque curam pertinentibus, quid a Principibus, eorumque populo, vel ita, vt diuina auctoritas docet, aut aliter teneretur, uel quid inde ex parte, aut ex toto dimiſſum ſit, ut non teneretur. &c.

Eandem Deuteronomij auctoritatem citant plura Concilia, quibus oſtenditur generalis Eccleſiæ in omnibus poteſtas, ita CONCILIVM Aquiſgranenſe ſub Ludouico Pio Imper. c. 97. CONCILIVM Alemaniæ ſub Cardinali Conrado Legato Apoſtolico Honorij Tertij tempore cap. 6. CONCILIVM Lateranenſe ſub Leone Decimo, ſeſſ. vndecima; CONCILIVM Senonẽſe celebratum noſtro hoc ſæculo in decreto tertio, & ſexto.

Ex Summis Pontificibus INNOCENTIVS Tertius, & ADRIANVS Sextus in Bulla contra Lutherum.

Veniamus ad Patres; CYPRIANVS lib. 1. Epiſtolarum epiſt. 55. ad Cornelium Papam: *Sacerdotibus honor tantus de Dei dignatione cõceditur, ut quiſquis ſacerdoti eius, & ad tempus hic iudicanti non obtemperauerit, ſtatim necetur: in Deuteronomio loquitur Dominus Deus, dicens: Et homo quicunque fuerit in ſuperbia, vt non audiat ſacerdotem, aut iudicem quicunque fuerit in diebus illis; morietur homo ille, & omnis populus cum audierit, timebit, & non aget impie etiam nunc. item ad Samuelem, cum a Iudæis ſperneretur, Deus dicit: Non te ſpreuerunt, ſed me ſpreuerunt*

uerunt

uerunt, *& Dominus quoque in Euangelio: Qui audit vos, inquit, me audit, & eum, qui me miſit*. & poſt pauca ad confirmationem eiuſdem ſententiæ citata: *Nec aliunde*, inquit, *hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur*. Ita Cyprianus ad Cornelium Papam, quem cum ſacerdotem ad tempus iudicantem; itemque Sacerdotem, & iudicem vice Chriſti dicat, nemo non videt eandem perſonam, ſacerdotem, & iudicem vice Chriſti a Cypriano vocari: conſtat autem ita Chriſtum fuiſſe Iudicem, & Sacerdotem, vt ſupremam in omnibus facultatem haberet, quare erit penes ſacerdotem Nouæ legis vice Chriſti ſupremũ iudicium de omnibus. & ep. 61. 65. & 69. ad Pomponium. hunc Deuteronomij locum ad Epiſcopos ſimiliter refert, vt idem Epiſcopus dicatur, Iudex, & Sacerdos.

D. HIERONYMVS vna cum Cypriano idem affirmat in cap. 2. in Aggæum, & eundem intelligit Pontificem, & Iudicem: & hoc obſeruari etiam in Nouo Teſtamento docet. idem colligitur ex Epiſt. ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ.

RABANVS Maurus in commentarijs: *Hac ſententia legiſlator ritum docet Eccleſiaſtici Miniſterij, vt Sacerdotes, & Præſules Eccleſiarum Dei iuditia Eccleſiaſtica ſecundum poteſtatem ſibi datam a Deo reuerenter agant, iuſteque diſcernant cauſas, & actus ſingulorum; hoc maxime commendat, vt ipſa iuditia non ſecundum ſua libera quiſque, ſed ſecundum legis Domini agere ſtudeat decreta*, & infra: *Morietur, inquit, homo, qui obedire noluerit ſacerdotis imperio, ipſius videlicet ſacerdotis imperio, qui ſecundum ordinem Melchiſedech ſacerdos factus in æternum paſtores hoc eſt Vicarios*

carios ſuos conſtituit regere Eccleſiam, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vt pro ipſo legatione functi Euangeliũ toto orbe prædicarent: qui quantæ auctoritatis ſint, ipſe demonſtrat dicens, qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui me miſit. ita Rabanus: qui cum dicat: *Iuſte diſcernat cauſas, & actus ſingulorum per iudicium Eccleſiaſticum.* iam appa ret generalem quãdam in omnes tribuere poteſtatem: quare infra de ſacerdotio explicat ſecundum ordinem Melchiſedech innuẽs per hoc regnum, & ſacerdotium in Chriſti perſona, vt iuncta ſit in Chriſto vtraque poteſtas Regia, & Sacerdotalis, ſicuti fuit in Melchiſedech, veluti alibi ſe explicat ipſe Rabanus.

PROCOPIVS Gazeus: *Venit*, inquit, *ad Sacerdotes Leuitici generis, & iudicem: ſummus enim iudex Moyſis figuram geſſit, Sacerdotes vero Leuitæ ſeptuaginta Seniorũ, ad quos cauſas difficiliores referebant*, & poſt pauca: *Sacerdotes imperio Chriſti, qui eſt ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinem Melchiſedech, qui Vicarios ſibi conſtituit, quibus dicit: Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit, etc. iure ergo damnationis ſuſtinet ſententiam, qui contemnit diuinitatis potentiam.* ita Procopius eadem dicens quæ Rabanus.

CYRILLVS Alexandrinus lib. 13. de Adoratione in ſpiritu, & veritate: *Vide etiam, ſi placet, altera quoque ratione Chriſti gloria exornari Sacerdotes, cum ille diſertis verbis clamet, & dicat, vnus eſt legiſlator, & Iudex, quod in ſacris litteris habetur, cum quo ſanctus quoque Dauid concinat, quia Deus Iudex, eſt. huius muneris ampliſſimam dignitatem ijs, qui e ſacro genere orti eſſent, attribuens legiſlator ad hũc modum loquitur in Deuteronomio*, & cum retuliſſet verba textus Deuteronomij hæc proſequitur: *vides legem aperte imprecari ijs, qui quocumque nomine (*nota hoc*) aliquem accuſare velint, vt iudicem atque cognitorem faciat ſacerdotem; ſed obſeruabis valde vt facias iuxta omnia, quæ conſtituerunt tibi, labia nãque ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent de ore eius, vt Propheta loqui-*

loquitur, neque enim ille leges conſtituit ſed potius, quod legislator decreuerit, incorrupte interpretãdo ad rectam viam perducit, cumque iuſtitiæ ſit optimus arbiter, de vnaquaq; re iuditium ſubtiliſſime(nota generaliã verba) *ponderat: ob eamque cauſam immanitatis, & ſuperbiæ crimen illis adiunctum eſt, qui ei obtemperare contempſerint.* Hæc, & alia Cyrillus ampliſſimam tribuens ſacerdotio in omnibus dignitatem.

Eodem modo explicant de generali quadam in omnibus poteſtate, & ſacerdote quoque Nouæ legis BASILIVS Magnus in proemio in lib. de moribus; THEOPHYLVS Alexandrinus Patriarch. & alij Patres.itaque ad Theologos. *Theoph.ep. Paſch.1.ad epiſ.Aegyp.*

HENRICVS Gandauenſis quodlibeto. 6. q. 23. cum docuiſſet poteſtatem temporalem ſubiectam eſſe ſpirituali, cum temporalia nullam aliam regulam habere poſſint, niſi ſpiritualia; docens, quando deducenda ſit ad actum ea poteſtas a ſacerdotibus: *Et eſt*, inquit, *caſus vnus, ſecundum, quod ibi oſtenditur, nimirum extra quem filij ſunt legitimi c. per venerabilem auctoritate Deuteronomij, cum aliquid fuerit difficile, vel ambiguum, tunc ad iuditium ſedis Apoſtolicæ eſt recurrendum, & ſecundum hoc ſacerdos Apoſtolicus ſe habet ad Reges, & Principes, tanquam Archite cti ad artifices; illi enim propter quid et regulas iudicandi ſciunt; iſti mechanici vero tamquã experti in multis ipſum Quia ſciunt: propter quid autem ignorant: propter quod debet illis leges dare, ſecundum quas debent iuriſdictionem ſuam exequi, & populum regere, nec aliorum leges recipere, niſi per ipsũ fuerint approbatæ. Alius vero caſus eſt ratione delicti, vel ex omiſſione.* Ita Henricus pergens oſtendere, & adducere alios caſus, quibus ſe in vtilitatem ſpiritualium poteſt Pontifex intromittere.

IOANNES Bacconitanus in prol. in 4. q. 11. ar. 4. *Iuditium inter ſanguinem, & ſanguinem eſt iuditium ciuile; inter leprã, & lepram eſt Eccleſiaſticum, & ſpirituale. Iuditium autem inter cauſam, & cauſam ad vtrumque refertur, tam Eccleſiaſticum, quam ciuile. locus autem,*

quem elegit Dominus, eſt ſedes Petri, & Apoſtolica; vbi eſt ſummum ſacerdotiũ. ergo in omni cauſa tam in ciuili, quã Eccleſiaſtica eſt ad Papã recurrendũ, ſi quid dubium fuerit; ſed nõ eſſet ad Papã recurrendũ in omnibus dubijs, et in omni cauſa tanquam ad ſuperiorem, & vltimũ iudicem in terris, niſi eum ſuperiorem, in omni cauſa haberet. & ſic deducitur hac auctoritas legis, qui filij ſunt legitimi c. per venerabilẽ. Et circa medium, *Chriſtus iudicauit in ſanguinis cauſa; quando præcepit Petro, quod poneret gladium in vaginam; maxime quando conſtat, quod poſſit haberi recurſus ad maiorem; vnde ſequitur: Nonne poſſum, &c. Similiter in cauſa criminali, quando liberauit mulierem in adulterio deprehenſam: ſimiliter in cauſa ciuili, & Eccleſiaſtica, quando inter Phariſæos, et Herodianos definiuit cauſam: Reddite, quæ ſunt Cæſaris;* &c. ita Bacconitanus, & ſimili modo explicãt Franciſcus Mayro. in quodlib. q. 11. Bertrandus Cardinalis Epiſcopus Eduenſis, & alij plures. Ex Canoniſtis vero

Bertr. cõtra inept. Petri de Cug.

INNOCENTIVS; *Inter ſanguinem, & ſanguinem iuditium variatur, cum accuſator dicit, probatum eſt, quod reus ſanguinem fudit, ideſt aliquod crimen ciuile cõmiſit, puta homicidium, adulterium, furtum, vel aliquid aliud ſimile. inter lepram, & lepram, cum accuſator dicit: Infectus es lepra hæreſis, ideſt aliquo crimine Eccleſiaſtico, puta ſimonia, ſacrilegio, vel conſimili. Vt accuſatus negat inter cauſam, & cauſam, cum actor dicit: Teneris mihi in centum ex mutuo, vel commodato, vel conſimili ciuili actione. vel etiam, teneris mihi ad decimas præſtandas, vel habeo ius patronatus in hac Eccleſia, vel alia conſimili actione, ciuili vel Eccleſiaſtica; reus autem negat: nam in his omnibus, ſi quid difficile, vel ambiguum fuerit, ad Sedem Apoſtolicam recurrendum eſt. 28. d. multis. ſupra de appell. vt debitus (criminale) idem uult intelligere criminale, & ciuile, non diuerſa, & ſic de alijs.* Hæc Innocentius.

ABBAS Panormitanus: *Inter ſanguinem, hac verba vario modo exponuntur per Doctores, ſed placet intellectus, qui eligitur ex glo. per illa verba ſanguinem, vt per ſanguinem denotetur cauſa criminalis fori ciuilis, & per verba, lepram, & lepram, denotetur cauſa criminalis fori Eccleſiaſtici; illa autem verba, cauſam, & cauſam denotant cauſam*

ciui-

ciuilem vtriuſque fori, & in ſumma hoc vult illa auctoritas, quod qualitercunque oriatur difficultas, & ambiguitas, ſiue in foro ſæculari, ſeu Eccleſiaſtico, ſiue in cauſa criminali, ſiue ciuili, recurrendum eſt ad iuditium Papæ. Ex quo notant Doctores contra Legiſtas; qui in caſibus dubijs de iure ciuili nolunt ſtare determinationi factæ per Canones, pone exemplum in detractione duorum quartorum, de quibus in Cap. Raynutius, &c. Raynal, de teſta. &c. Abbas. Ita Panormitanus,

Sic alios inuenies ſenſiſſe DoctoresCanoniſtas nobis ſatis fuit vnum, vel alterum ex præcipuis adduxiſſe.

AFFERUNTUR ALIQUOT obiectiones contra loca adducta ex Veteri Teſtamento, quæ confutantur, & ſoluuntur. Cap. XV.

OCHAM 3. parte Dialogorum lib. 1. c. 15. & 16. tract. 2. cum multa dixiſſet contra Innocentium 3. quo oſtendat non poſſe ex hoc loco colligi temporariam poteſtatem, ex perſona aliorum plures affert reſponſiones.

Prima reſponſio: *Maius eſt ſacerdotium Nouæ legis cauſaliter, non regulariter ſacerdotio Veteris legis, nimirum ratione peccati, cæterum regulariter maius ſacerdotium antiquæ legis in temporalibus.*

Secunda reſponſio: *Alij erraſſe volunt Innocentium, quia in dicta decretali c. ſolitæ, de maior. & obed. videtur velle extra Eccleſiam non eſſe vere dominium, & iuriſdictionem, niſi permiſſiuam.* Quod pluribus ille conatur oſtendere, & ipſe Ochã plura, quo id cõfirmet, adducit ex diuinis litteris, tacite Inaocentium per hæc veluti ignarum diuinarum litterarum perſtringens, *Quare*

ait Ocham: *non ſequitur*, (ſunt hæc verba ipſius) *quod pontificium ſummum ſub gratia ordinatum fuerit longe maioris poteſtatis in temporalibus, quam ſacerdotium Aaron; immo regulariter eſt minoris poteſtatis in temporalibus: nam & temporalia plura, & maiora aſſignata fuerunt ſacerdotio Veteris legis, quam ſacerdotio Nouæ Legis: tum quia pontificium Petri non fuit æqualis poteſtatis cum pontificio Chriſti; Chriſtus enim auctoritate ſui Pontificij noua potuit inſtituere Sacramenta, quod nequaquam potuit Petrus; potuit etiam Chriſtus in multis diſpenſare, in quibus Petrus diſpenſandi non habet facultatem*. Hæc ille.

Quæ quam male ab illo dicantur contra ſummum Præſulem Innocentium, conſtat ex dictis; non vnus eſt Innocentius, qui colligit poteſtatem temporalem ex eo loco Deuteronomij, eamque maiorem, quam apud ſacerdotes foret Veteris legis, & propterea coactiuam ſicuti apud eos erat; ſed Concilium Lateranenſe, Concilium Aquiſgranen. Concilium Pariſienſe, Concilium Alemanicum, Concilium Sennonen. & Patres parendũ generatim volũt in omnibus ex hoc loco Deuteronomii ſacerdotibus Nouæ Legis, ita vt ſpirituali gladio, vel virga Apoſtolica plectantur, niſi velint obtemperare, ita Cyprianus, Hieronymus, Rabanus, Cyrillus, Procopius, Theophilus, Baſilius; ita Theologi, & Canoniſtæ: ergo ne ſapientior erit iſte Pontificibus, Concilijs, tot Patribus, Theologis, Canoniſtis? tot a nobis hucuſque auctoritates adductę ex diuinis litteris oſtendunt, talem eſſe penes Pontificem coactiuam poteſtatem, non ſolum plectendo pœnis ſpiritualibus: ſed alijs etiam tẽporalibus: quod ſi ſacerdotibus Nouæ legis data eſt maior poteſtas in ſpiritualibus, & conſequenter data erit in temporalibus, cum temporalia omni ex parte ſint propter ſpiritualia, quare vt

re vt

re (vt ſæpe monuimus) Paulus argumentatur; quia data ſit circa maiora poteſtas, & multo magis circa minora & ipſa etiam temporalia datam eſſe poteſtatem.

Secundo: Quia quæ adducta ſunt argumenta ſupra cap. 11. quæ ab Ocham dicuntur, refellunt.

Tertio: Quia niſi colligeretur ex poteſtate data ſacerdotibus in Veteri lege in regimine Synagogæ, non bene Concilia, & Sancti Patres facerent, dum quæ de illis dicta ſunt, referunt etiam ad honorem iure exhibendum, vel ad poteſtatem colligendam, vel officium Sacerdotum Nouæ legis in regimine Eccleſiæ; ita v.g. non bene colligeretur, quia aſſerit Malachias, labia ſacerdotis debere cuſtodire ſcientiã, & legem exquirendam eſſe a ſacerdote Euangelico ex eius ore, ſiue præſcripto, cum cõtrarium eſſe conſtet. *Malach. 2.*

Sed occurret Ochã, & dicet, recte quidẽ hęc dici quo ad virtutes, & moralia; ſed ſermo eſt de temporalibus, habere poteſtatẽ, & remanſiſſe illã in ſacerdotibus Nouæ legis. At, o bone vir, quamobrẽ datur poteſtas temporalis, aut quiſquam in ſuo regimine legitimo ſe extendit per poteſtatem temporalem? certe in ordine ad finem ſuum: finis enim eſt normam, & regulam præſcribere iis, quæ ſunt ad finem; quare cum temporalia tota ſint propter ſpiritualia, idcirco totam regulam ſument ab illis; itaque, ſi ampliſſimam acceperunt circa ſpiritualia ſacerdotes Nouæ legis poteſtatem, & conſequenter circa temporalia. niſi forte aliquis minus recte quandã velit peruerſitatẽ conſtituere, vt dicat, non eſſe tẽporalia tota vltimate propter virtutes, & ſpiritualia; quod eſt aſſerere, temporalia eſſe propter ſe, & frui re creata, & vtenda. lege, quæ à nobis dicta ſunt lib. 1. cap. 2. & 4. & 5. & vera dici hæc ex Ethnicorum ſententia reperies. *Obiectio.* *Confutatio.*

Quarto: Quia lex diuina (teſte D. Thoma, & cæteris,

D. Thom. 3. cont. Gen. c. 118. arg. 2. & 121. & 128. 2. & 1. 2. q. 98. art. 1. ad 2. & 96. ar. 5.

ris) ordinat hominem, vt omni ex parte ſit Deo ſubiectus, quo ad corporalia, & ſenſibilia ſe extendens ad actus interiores, & exteriores: lex autem (eodem D. Thoma Auctore) eſt regula agendorum, & habet vim coactiuam; quare cum ſacerdotes Euangelici ſint miniſtri diuinæ legis diuino iure, & poteſtate, conſequenter actuum exteriorum, & rerum ſenſibilium, & temporalium.

D. Tho. 3. cõn. Gen. c. 121.

Quinto: Lex Noua ordinat hominem ad Deum vltimum finem, æternam beatitudinem; quare, ſi miniſtri ſunt ſacerdotes diuino iure Nouæ legis, & eorum erit ordinare ad vitam æternam, ad quam, cum ordinata ſint omni ex parte temporalia, ex conſequenti erunt diuino iure ſacerdotes Nouæ legis miniſtri rerũ etiam temporalium, et eorum erit imperare Regibus, & ordinare regnum, quod dicitur a citato Concilio Pariſienſi.

Sexto: Male Ocham aſſerit, ſacerdotium Veteris legis maius fuiſſe in temporalibus ſacerdotio Nouæ legis, quare D. Thomas iure deberi ſacerdotibus Nouæ legis plus, quam decimas affirmat, licet ex benignitate Eccleſiæ non exigantur, quæ etiam eſt ſententia Clementis Papæ primi, cuius verba in ipſius teſtimoniis afferam; late vero de hac re agemus in diſputatione de decimis ex diuinis litteris, & Patribus rẽ confirmantes.

Septimo demum, quia regia poteſtas in Noua lege coniuncta fuit cum ſacerdotali, iuxta ordinem Melchiſedech, vt pluribus ſupra eſt oſtenſum; itaque quo concedamus ſacerdotes Leuiticos magis verſatos circa tẽporalia quo ad bellicas quaſdam actiones (cum antiquę legis ſacerdotes ad bella procederent) quoad neces hominum, & cætera huiuſmodi, quæ ſi per ſe exerceantur, hominem ſolẽt abſtrahere a ſpiritualibus, in quibus præcipue cura debet eſſe ſacerdotum Nouæ legis, cum ſit perfectior Noua lex; at certe quoad dominium rerum

rum ſpiritualium, & poteſtatem, ſeu per ipſos immediatos ſacerdotes exercendam, ſeu ad imperium illorum per alios, ad ipſarum rerum ſpiritualium conſeruationem, & progreſſum nemo debet negare; hoc enim ipſo, quod data eſt maior poteſtas in rebus ſpiritualibus, data conſequenter in rebus temporalibus, quæ ſunt omni ex parte propter ſpiritualia; vt propterea Paulus argumentetur (vt ſæpe adnotauimus) maiorem etiam & ipſarum rerum temporalium ſe habere poteſtatem: *Quanto magis*, ait, *ſæcularia?* &c. ſic itaque vt concedamus ſacerdotio Antiquæ legis (vt id non diſcutiamus in præſentia) aſſignata fuiſſe plura temporalia; at certe maiora debita eſſent temporalia ſacerdotibus Nouæ legis, vt ſupra oſtendimus, & alias fuſe dicemus. Deinde, ſi illud verum eſt de oblatione rerum temporalium, certe non de poteſtate exercenda in vtilitatem, & progreſſum rerum ſpiritualium. non eſt autem quod labores, quo oſtendas non fuiſſe tranſmiſſam tantam, quantam Chriſtus habuit, in Petrum poteſtatem, iam enim hoc oſtendimus lib. 1. ex D. Thoma, & D. Bernardo aduertimus; illa enim excellentiæ in Petrum non eſt tranſmiſſa, licet miniſterii ſit tranſmiſſa. & per hæc patet, quid dicendum de obiectionibus allatis ex perſona aliorum, & ab ipſo Ocham. *1. Cor. c. 6.*

Quod vero affirmatur Innocentium in ea decretali procedere ex illo errore, quod putarit non eſſe vere dominium apud infideles, id certe ex proprio Marte confingitur, nihil tale inde colligi poteſt, vt patebit, cum illam decretalem in claſſe Canonum examinabimus. quod ſi aliqui ex Canoniſtis dixere, eo ſenſu debet accipi, loqui eos reuera de dominio, non de poteſtate: addit autem dominium ad poteſtatem reſpectum quemdam, & relationem; hinc itaque cum valde imperfectum, & mancum ſit infidelium dominium, propterea

Digitized by Google

pterea dicitur non eſſe vere dominium: cum enim debeat eſſe miniſtra poteſtas temporalis in bonum (teſte Paulo) & non poſſimus nos ſine fide, & gratia, nec totam legem naturalem implere, aut bonum morale perfecte agere; hinc infidelium poteſtas,& dominium, ſi attẽdatur vſus,& finis (eſt enim poteſtas propter vſum & finem) valde ſit imperfectum & mancum. hinc videmus multitudinem Deorum receptam apud omnes Gentes,& turpiſſima mõſtra,loco diuini numinis habita, & in maximis tenebris naturalis luminis Ethnicos eſſe verſatos; quare licet, (vt aperuimus libro primo) ſit apud infideles vere poteſtas, aut dominium; attamen valde mancum,& imperfectum eſt.

Adde, quod ea ratione eſt loqui modo communi, & vſitato in diuinis litteris, ita apud Ezechielem: Paſtores qui ſe paſcunt non gregem, haud paſtores eſſe dicuntur, quia paſtores gregem debent, non ſe paſcere: hoc totum aduertebamus initio operis; propter hæc itaque, & alia, quæ poſſent dici, poſſemus illos in bonam partem explicare, & aſſerere,non in eo ſenſu eſſe vere apud Ethnicos dominium.

Ezech. 34.

NONNVLLAE DIFFICVLTATES proponuntur, & ex parte ſoluuntur. *Cap. XVI.*

PROPONENDAE ſunt, & ſoluendæ quædam difficultates, quæ ex locis adductis ex Veteri Teſtamento oriuntur ad maiorem eorum, quæ dicta ſunt explicationem.

Prima difficultas: Si Moyſes voluit eſſe ſubiectam poteſtatem temporalem dignitati ſacerdotali; quanam ratio-

Digitized by Google

ratione dicunt plures Patres fuiſſe regnum diuiſum a Sacerdotio Aaronico, cum alter eſſet Rex in veteri lege, alter Sacerdos: in Noua vero per Chriſtum Sacerdotem ſecũdum ordinem Melchiſedech has diſtinctas dignitates fuiſſe coniunctas: ita enim voluiſſe plures Patres conſtat, ita Didymus, Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, Ambroſius, Primaſius, Remigius, Anſelmus, & alij Patres, D. Thomas, D. Bonauentura, quorum verba retulimus vel lib. 2. vel lib. 3.

Secunda difficultas: Dictum eſt Samuelem ſacerdotem fuiſſe, hoc vero eſt contra D. Hieronymum, qui diſertis verbis affirmat, non fuiſſe ſacerdotem, & patet ex Pſ. 98. vbi referuntur quidem Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius: at *Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.* *Hiero. li. 1. aduer. Iouin.*

Tertia difficultas: Nõ videtur ſatis explicatũ, quomodo per conſultationẽ Sacerdotis fuerit ſubiecta temporalis poteſtas ipſi ſacerdotio in Veteri lege, cũ ſtatuit Deus per Moyſem, vt Ioſue conſuleret Eleazarum, ſi quid agendum erit, Eleazar conſulet Dominum: Hebraice (in iuditio אורים vrim interrogabit Dominum) quæritur itaque, quid fuerit hæc interrogatio in iuditio, אורים vrim, vel etiam ותמים thumim, quæ referuntur fuiſſe in rationali ſacerdotis; quibus diuina cognoſcerentur reſponſa.

Quarta difficultas: Non videtur poſſe tribui Epiſcopis iure diuino dominium in rebus omnibus temporalibus: nam ſtatus Epiſcoporum eſt ſtatus perfectionis exercendæ; at Chriſtus apud Matthæum videtur requirere abdicationem rerum ad perfectionem: *Si vis,* ait, *perfectus eſſe, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Hæc igitur ſunt occurrentes difficultates, in quarum ſolutione concludemus librum, & tractatum *Matt. c. 19.*

ex auctoritatibus diuinarum literarum, ſeu primam partem primi Tomi huius operis.

Quantum itaque ad primam difficultatem, tota fere ambiguitas eſt ab eo tempore, quo in Iſrael creati ſunt Reges, cum anteacto tempore iudices fuerunt, & iam oſtenſum eſt, ſaltem vſque ad ea tempora, temporales poteſtates fuiſſe ſubiectas, & Patres de regia loquūtur dignitate, ſeu de regno; & quia aliqua videbatur ambigu itas etiam de Aarone, nonnihil etiam de hac re dicem us, quod itaque ſpectat ad dignitatem regiam. quæ erat prima Difficultas, ei ſic occurrendum eſt:

Si ſubiecta minus fuit regia dignitas ſacerdotali, id factum eſt, non Deo ita diſponente, & iubente, ſed permittente, quod ipſum in pluribus eſt rebus cernere: nam (teſte Chriſto apud Matthæum cap. 19.) libellus repudij permiſſus eſt ad duritiam cordis, Deuter. 24: ita (auctore Auguſtino, & cæteris) plures Deus permiſit vxores; ita prohibuit quidem Deus, ne Iudæi uſuras exercerent cum fratribus Iudæis; permiſſione vero accipiebant Iudæi uſuras ab extraneis, & alienis. Deuteronomij cap. 23. & 38. quod ſi durū videatur, vt permiſerit Deus regem, qui non eſſet ſacerdotio ſubiectus, cum temporalia, & prophana ex ſua natura ſacris ſubdita ſint, & diuinis; at eodem modo vſura eſt contra naturæ legem, teſte D. Thoma, & cæteris: ita multitudo vxorum eſt contra ius naturæ, nō quoad omnia animalia, ſed humanam ſpeciem; licet enim dici poſſit, non eſſe cōtra legem naturę quoad prolē ſuſcipiendā: at certe eſt contra legem naturæ, quoad pacem & vnionem; eodem D. Thoma teſte: quare ſicuti permittebat Deus hæc ad maiora mala vitanda, quorum malorum deuitationem Deus intendebat permittendo minus malum; ita ad maius malum deuitandum permiſit regem flagitantibus, & expoſtulantibus Iudæis

Aug. de bono viduit. ad Iulian. viduam c. 7.

D. Tho. 2. 2. q 78. opuſc. 73. c. 15. 4. d 33. q. 1.

D. Tho. 4. d. 33. q. 1.

dæis: & ita eſſe (vt dicimus) conſtat ex primo Regum cap. vbi ſe ſpretum Deus ſignificat petitione Regis: *Non*, inquit Samueli, *te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos*. & in pœnam ſpreti ſacerdotis (teſte Cypriano, Saul datus eſt Rex, qui Hebræos duriſſime pertractauit, quod ab ipſo Samuele prædictum eſt, vt ita foret 1. Regum cap. 8. ideo conqueritur de hac petitione Regis apud Oſeam c. 13. & ſe iratum Regem dediſſe demonſtrat, ideo cum ad meliorem formam vellet Deus Rempublicam Hebræam redigere, iterum reduxit ad antiquam conſuetudinem, vt ſacerdos eſſet ipſe caput; & ſupremus Hierarcha; quod factum eſt poſt captiuitatem Babylonicam, Oſeæ 1. *Conſtituent ſibimet caput vnum*. Zachariæ 6. *Sedebit, & dominabitur in ſolio ſuo, & erit ſacerdos in ſolio ſuo*. hæc etenim quæ reuera completa ſint in Chriſto; ex parte, & in typo præceſſerunt poſt captiuitatem, poſtquam regimen in omnibus fuit penes ſacerdotes, vt ſuis locis a nobis dictum eſt.

1. Reg. 8.
Cypr ep. 65. ad Rogat.

Quod ſi Deus per Moyſem futuri Regis, quæ nam forent leges edixit Deuteronomij 17. non propterea iuſſit, vt fieret Rex, ſed permittens Regem, quænam futuræ eſſent leges denunciauit, ita exponunt eum locum Ioſephus, Auguſtinus, Rabanus Maurus, Procopius, & alij, & id voluiſſe Patres dicere poſſumus.

Ioſeph. in lib. antiq.
Aug. q. 26. ſuper Deut. to. 4.
Rab. in cap. 17. Deut.
Procop. in lib. Regum.

Secunda reſponſio: Quamquam aliquot egiſſe Dauid vir ſecundum cor Dei videtur, quæ potius videbantur ſacerdotum, & ſacrorum miniſtrorum eſſe. v. g. ordinatio illa eorum (quæ forte etiam egit ex præſcripto ſacræ poteſtatis) qui pſallerent, & canerent 1. Paralip. cap. 15. & cap. 16. attamen in illo conſtat dependentem fuiſſe regiam poteſtatem a ſacerdotali, eique ſubiectam, ſicuti in Saul: quouſque permanſit vir bonus, apparet hoc ex multis diuinæ Scripturæ locis: ſed ſicuti

Digitized by Google

permiſſione diuina non volente, & diſponente Deo datus eſt Rex, vt propterea peccarint Hebræi petendo Regem, ita paulatim ſe Reges remouerunt a ſubiectione ſacerdotali, a debito obſequio, vel omnino alienarunt. Sed oſtendamus primum illud, fuiſſe ſubiectam ſacerdotibus regiam dignitatem in Dauide, & Saule vſque ad illud tempus, quo vir bonus permanſit. videmus reuera a ſacerdotibus amotos fuiſſe, & creatos Reges ex Dei ordinatione, & multa præcepta eſſe: nam Saul electus eſt & vnctus a Samuele ſacerdote, 1. Regum 10. & tam de ipſo Saul, quam omnibus Regibus futuris loquutus eſt Samuel ad omnem populum legem Regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino: & iterum confirmatus eſt Saul Rex a Samuele in Galgalis coram Domino cap. 13. Item reprehenſus Saul à Samuele, quod ſacrificium obtuliſſet, & peccaſſet, vſurpando nimirum, quæ erant iuriſdictionis ſacerdotalis, & propterea comminatus eſt, vt Regia dignitate exueretur, cap. 14. Per ſacerdotem conſuluiſſe Dominum Saul refertur, num ad bellum procedendum eſſet contra Philiſtæos, cap. 15. Iterum Samuel iuſſu Dei miſſus, quo vngeretur Saul, & imperauit illi, vt Amalech debellaret, & demoliretur omnia Amalech, & cum id iuxta imperium Samuelis Saul non expleſſet, acriter reprehenſus eſt a Samuele, & ex Dei voluntate è Regia dignitate deiectus. En itaque veluti dependebat regia dignitas a ſacerdotali quouſque legitime permanſit Saul Rex.

Cap. 16. vnctus eſt Dauid, reiecto Saule Rege, & directus eſt ſpiritus Domini a die illa in Dauid, & deinceps cap. 22. aperitur quomodo ſacerdos Achimelech ſæpe conſuluerit pro Dauide Dominum, vnde iratus Saul occidit ipſum, & cæteros, qui in Nobe erant, Sacerdotes: ſic ſæpe conſuluiſſe Dauid Dominum refertur; ita cap. 23. & cap. 30. & lib. 2. cap. 1. 5. & 21.

Salo-

Salomonem detuliſſe ſacerdotibus haud refertur, ſicuti fecit Dauid pater ipſius, immo amouit Abiatar Sacerdotem a ſacerdotio, quamquam hoc egit ex Dei ordinatione, tanquam executor, vt ait Scriptura: *Adimpleretur ſermo Domini, quem loquutus eſt ſuper domum Heli in Silo:* & hoc adnotauit Theodoretus, & alij; quod autem ſe ſubtraxerit Salomon ab obſequio Sacerdotum. illud certo eſt argumento; quia minus peregit, quæ habentur in Deuteronomio præcepta a Rege facienda: *Cum ſederit*, ait ibi Deus, *Rex in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplum a ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habeat ſecum, legatque illud omnibus diebus vitæ ſuæ.* at illud certum eſt de lege interrogandum ſacerdotem, & iuxta præceptum eius agendum, Malach. 2. itaque hic dependentia Regis a ſacerdote oſtenditur. iam vero minus hæc egiſſe Salomonem, conſtat quando egit contra ea, quæ eo cap. 17. præcipiuntur agẽda a Regibus: præcipitur enim, ne Rex multiplicet ſibi equos, nec auri, & argenti immenſa pondera, nec plurimas habeat vxores, in quibus omnibus deliquiſſe Salomonem apertum eſt 2. Regum cap. 10. & 11. vnde tot allectus vxorum amoribus plurima erexit Idola.

Theod. in q. in 3. lib. regum q. 9.

Deut. 17.

Roboam eius filius, quia adhæſit veſtigijs Patris, traditus eſt in manus Seſach Regis Aegypti. de cæteris Regibus Iuda non exhibuiſſe tale obſequium circa ſacerdotes, ſicuti Dauid (quamquam plures boni Reges alioquin fuerint) illud argumento eſt, quod nihil tale legitur de ipſis, vt de Dauide, & Ioſiæ Regis tempore, veluti obliuioni traditus liber Legis, ſeu Deuteronomij, refertur 4. Regum 22. 2. Paral. 34. quare cum miſſus liber legis fuiſſet ab Helcia ſacerdote, & eius verba Rex Ioſias audiſſet, ſcidit veſtimenta ſua; &

ideo

ideo præceperit Helciæ, & cæteris, vt Deum deprecarentur pro ſe, & populo, & nihilominus tamen oſtendiſſe ſuam poteſtatem Sacerdotes aliquando apparet: nam Ioiadæ opera factum eſt, vt interficeretur Athalia, & Ioas receperit regnum, 4. Regum cap. 11. 1. Paral. c. 22. & bene fecit, & proſpere cuncta ſucceſſerunt Ioas toto eo tempore, quo docuit illum Ioiades Sacerdos; male, cum ab ipſo receſſit. & interfectus eſt Ozias Rex, cum adolere vellet incenſum, reclamatum eſt ab omnibus ſacerdotibus, & lepra propterea percuſſus eſt, quia, quæ erant muneris ſacerdotalis, auſus eſt vſurpare, 2. Paral. cap. 26. Hieremias propheta fuit, & de ſacerdotibus in Anathot, & cum plura agenda ediceret ex Dei præſcripto, noluerunt parere Reges Iuda, vt apparet ex ipſo Hieremia, & 2. Paral. 36. vnde diriſſima quæque paſſus eſt Sedecias. De Regibus Iſrael, receſſiſſe omnes cõſtat a Sacerdotij ſubiectione malitia, magna Dei indignatione, apertiſſimũ eſt; etenim Hieroboã erexit idola, ne pergerẽt filij Iſrael Hieruſalem in templum, & alios conſtituit Sacerdotes, non de filijs Leui, eiectis Leuiticis, 3. Regum 12. 2. Paral. cap. 11. reliqui autem Reges adhæſerunt veſtigijs Hieroboam, & licet Hieù deſtruxerit aras Baal, & interfecerit illius Sacerdotes, non receſſit tamen ab idololatria, & cultu idolorũ. Sic itaq; cõſtat fuiſſe quidem ſubiectam regiam poteſtatẽ ſacerdotio, ſed ſubtraxiſſe ſe Reges a debito illius obſequio: alij quidem omnino, vt Reges Iſrael, alij vt Reges Iuda maiori ex parte: quamquam enim aliqui boni fuerint, tamen permulti mali, vnde quaſi obliuioni datus erat liber Legis, ſeu Deuteronomij. & hoc voluere Patres, vt ad rem noſtram veniamus, de regia dignitate: de illa enim loquuntur fuiſſe a ſacerdotali diuiſam, vt penes alterum eſſet regia, penes alterum ſacerdotalis,

quia

quia permiſſione diuina datus eſt Rex, & licet dignitas Regia a ſacerdotali penderet, ſubtraxerunt ſe Reges ſua ſponte, & malo ab obſequio Sacerdotali.

Adde, quod Patres citati voluerunt exprimere conueniſſe in vnam perſonam, & vnam tribum vtramque dignitatem per Chriſtum è tribu Iuda, cũ iam regnum extinctum eſſet, & ceſſaſſet Leuiticum Sacerdotium; voluerunt enim ſignificare Sacerdotium Nouæ legis ſecundum ordinem Melchiſedech, in quo fuit vtraque coniuncta dignitas ſacerdotalis, & regia.

Præterea: Quia cum certũ ſit ex duodecim Tribubus decem diuiſas a regno Dauid, & eius familia, & a vero cultu, & permulti etiam ſe contaminarint Reges Iuda Idolis, ideo diuiſas recte dixerunt Patres has dignitates Regias, & ſacerdotales in Veteri lege.

De Theologis autem D. Thomas, & Bonauentura aperte volunt, ſacerdotium Antiquæ legis ſubiectum fuiſſe regno, quod etiam ſentit Innocentius Tertius, vnde fortaſſe ij Theologi hauſerunt: clarius Henricus Gandauenſis dicens, vſque ad Samuelem penes eandẽ perſonam fuiſſe vtramque poteſtatem; deinceps autem in lege Moſayca factum ſeruile ſacerdotium, ſed permiſſione diuina cum diſplicuiſſet, quod Regem petiiſſent, & Samuelem ſacerdotem reieciſſent. cæterum in Noua lege rurſum in priſtinum gradum reſtitutũ, iuxta ordinẽ Melchiſedech, docent etiã D. Thom. Bonauent. & Pontifex Innocen.. At vero Franciſcus Mayro: vult etiam regnum ſubiectũ ſacerdotio antiquę legis, quare ipſe potius innuit ſe ſua ſponte, & malo ſubtraxiſſe Reges a debito ſacerdotibus obſequio. verba horum Doctorum non adducimus, quia iam ſuprà adduximus.

D.Tho. opuſc.20.lib.1. c.14.
Bon.4. diſt. 24.dub.4.
Innocen.in pſ. Miſerere
Henr.quol. 6.q.23.
Mayron.in quodl.q.11.

Eſt itaque duplex reſponſio: Prima, vt vſque ad Reges ſubiecta fuerint tẽporalia Sacerdotibus, permiſſum autem fuerit, cum excitatum eſt regnum, ſecundum

quan-

quandam externam apparentiam, veluti cæteræ nationes habebant(ſic enim petierunt Regem Hebręi, 1. Regum c. 10. nam ſemper fuit quædam regni forma apud Hebræos:) at vero permiſit Deus regnũ tamquã quoddam excellentius eſſet, quam foret ſacerdotium in Veteri lege, ſicuti plura permiſit ad maiora mala vitanda.

Secunda reſponſio: licet permiſerit Deus Regem expoſcentibus Hebræis: non tamẽ, vt minus ſubiectum foret ſacerdotio; & vitio factum eſt, vt ſe ab obſequio ſacerdotali Reges ſubtraxerint, & non eſſent ſacerdotibus ſubiecti. Quæ reſponſio diſtincta eſt a priori; nam ſine vitio, & culpa poterat dari libellus repudij;plures poterant haberi vxores, cum illæ eſſent quædam diuinæ permiſſiones: at ſi intelligamus Regem datum iuxta ſecundam hanc reſponſionem,peccabant Reges ſe ſubtrahendo ab obſequio ſacerdotali in rebus ipſis temporalibus, & propterea eſt hæc reſpõſio diſtincta a priore.

Ad aliam Dubitationem, quæ vna cum ſupradicta difficultate mota erat,iam oſtenſum eſt, licet fuerint diſtinctæ per Moyſem dignitas temporalis, & ſpiritualis quo ad vſum; attamen ſubiectam fuiſſe temporalem ſacerdotali, & factum hoc eſſe, quo melius diuinis vacarent ſacerdotes: ceterum Aaron etiam accepiſſe vna cum Moyſe poteſtatem in temporalibus,conſtat ex multis locis diuinarum litterarum: nam cum Moyſes recuſaret præfecturã populi Iudaici,datus eſt frater Aaron, vt illi foret in præfectura adiutor,generalibus verbis,vt patet Exodi cap.4.& cap.7. ita vt ſupremus eſſet Moyſes, & princeps; miniſter vero ſub ipſo Aaron, ita pſal. 104. *Miſit Moyſem ſeruum ſuum, Aaron quem elegit ipſum.*

Cap.1. Numerorum tam Moyſi, quam Aaron præcipitur, vt recenſeatur numerus eorum,qui poſſent ad

bella

bella procedere per cognationes, & domos ſuas: cap. 2. iuſſu Dei tam Moyſes, quam Aaron, quomodo caſtramentari deberent filij Iſrael,& tribus per girum tabernaculi;quod etiam pertinet ad temporalem iuriſdictionem, & cap. 16.apparet: ita tumultuatos eſſe contra Moyſem,& Aaron;Core,Datham,& Abiron,quaſi præfecturā illi haberent generalem in populo; ſic itaque generalem quandā illū habuiſſe cū Moyſe poteſtatem docet Dionyſius Areopagita in epiſtola ad Demophilum: *Cum*, inquit, *proterui quidam, & impudentes cum ipſo ſcilicet Moyſe, & Aarone de ſacerdotij, gentiſque principatu contenderent*, &c. diſtinguit Dionyſius ſacerdotium hic a principatu, & propterea vniuerſalem quamdam intelligit in omnibus poteſtatem :pari modo alij Patres generalem quamdam poteſtatem vna cū Moyſe Aaron habuiſſe ſignificant:quare Philo Carphatiorum Epiſc. *Virga*, ait, *Aaron regalis ſacerdotij dignitatem habuit*. ſic ille. *Philo in cantica in cap. 5.*

Denique in ornamentis ſacerdotalibus lamina illa, quæ erat vna cum mitra, ſeu cydari in capite Aaron, de qua 39. Exodi, & Leuitici 8.erat inſigne regiæ poteſtatis, vt Philo affirmat lib. de profugis, D. Hieronymus in epiſtola ad Fabiolam, quæ eſt 128. de ornatu ſummi ſacerdotis, & patet ex aliis multis, de qua re nos alibi dicemus,cum de vſu poteſtatis in rebus temporalibus agemus. Veniamus igitur ad alterius difficultatis ſolutionem.

ALIÆ DIFFICVLTATES SOLVVNTVR. Cap. XVII.

Secunda difficultatis ſolutio.

ALTERA difficultas propter D. Hieronymi auctoritatem videtur alicuius eſſe momenti: verum cum permulti, ijdemque grauiſſimi Patres contra ſentiant, & apertæ ſint rationes, cogimur a tanti Patris ſententia (venia ab ipſo poſtulata) recedere incipiamus a Patribus oſtendere ſacerdotem fuiſſe Samuelem.

Ignatius in Epiſtola ad Magneſianos, *Ozias quoque leproſus factus eſt, qui cõtra ſacerdotes ſacerdotium auſus eſt arrogare: Saul autem ſacrificare præſumens, regali dignitate dehoneſtatus eſt, non expectans Principem ſacerdotum* Samuelem, & ſacerdotem fuiſſe dicunt.

Cyprian. epiſt. 63. ad Rogatian. Arnobius in commentarijs in pſ. 131. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis in commen. in primum Regum, in ea verba: *Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem.* & ibidem Beda, & Angelomus Monachus; Auguſtinus lib. 2. retract. c. 55. lib. 17. de Ciuitate Dei cap. 4. Proſper de prædic. cap. 24. Lucifer Caralitanus pro s. Athanaſ. ad Conſt. Auguſ. & lib. de non parcendo delinquentibus in Deum; Athanaſius in homil. de ſemente; Zeno Epiſ. Veron. in ſerm. de Reſurrect. & vna cum his ſentiunt Sulpicius Seuerus, Addo, Nicephorus Vualafridus; Clemens Romanus; Celeſtinus primus Papa; & colligitur ex Chryſoſt. Nazianzeno, Theodoreto, & alijs.

Sulpitius Addo in Chron. Niceph. rulph de exord. & inc. rerũ Eccleſ. Clem. cõſt. lib. 1. in fine. Celeſt. Epiſ. ad Eccleſ. Conſtantinop. Chryſoſt. homil. 2. in 1. cap. 2. epiſ. ad Tim. Nazianz. orat. in S. Baptiſ. Theod. q. 8. in 1. Regũ.

Poſſumus hoc etiam ex diuinis litteris probare, 1. Regum cap. 13. cum Saul iuxta placitum Samuelis ſeptem expectaſſet dies, nec adueniret, & populus paulatim abſcederet, obtulit ſacrificium, quamobrem

cum

Digitized by Google

cum Samuel aduenisset, & acriter Saul increpaſſet, ſe neceſſitate compulſum, reſpondit Saul, obtuliſſe ſacrificium, quia populus abiret, & Deum minus placaſſet: *Stulte*, ait Samuel, *egiſti nec cuſtodiſti mandatum Domini* Dei. quid eſt, vt acriter reprehendatur Saul, & ſtultitiæ arguatur, qui non expectaſſet Samuelem, & ſacrificare auſus eſſet, niſi quia non erat Saulis ſacra peragere, ſed Samuelis? quem cum non expectaſſet, vt per ipſum veluti Sacerdotem, offerretur ſacrificium, idcirco Ignatius, Clemens Romanus, Regem repræhenſum fuiſſe volunt, quia vſurpaſſet, quæ erant iuriſdictionis Sacerdotalis, & Samuelis veluti ſacerdotis, quem noluit expectare. quod etiam a Dioniſio Areopagita colligitur in epiſtola ad Demophilum Monachum. colligitur etiam ex 1. Regum cap. 2. verbis illis: *Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem*, quæ multi Patres ad Samuelem referunt, qui præceſſerit ſacerdos in typo Chriſti venturi, ita Patres ſupra citati Arnobius, Eucherius, Auguſtinus, Beda, Angelomus, Proſper; & præterea docet Procopius in lib. Regum.

Fuit autem Samuel (vt adnotarunt Eucherius, & alij) ex tribu quidem Leui, & Caath, ſed non ex ſtirpe Aaron, quod conſtat ex 1. Paralip. cap. 6. vbi hæc leguntur: *De filijs Caath Heman cantor filius Ioel, filij Samuel, filij Helcana, filij Hieroam:* & alij, qui ijdem recenſentur initio primi Regum.

Nec obſtat, quæ initio ſuperioris capitis adducta ſunt: nam licet eo Pſalmo Moyſes, & Aaron numerentur inter Sacerdotes: attamen non negatur, fuiſſe ſacerdos Samuel; qui dicitur: *Inter eos, qui inuocant nomen eius*: quia teſte Baſilio, & Theodoreto, ij præcipue enumerantur, qui præ cæteris fuerint aſpernati: in deſertis enim locis Moyſes, & Aaron ſæpe ſunt aſpernati: Sa-

ti : Samuel vero, eo quod viuente illo, petierunt Regem, vnde dictum : *Non te ſpreuerunt, ſed me* : & in ſignum huius erroris petijt, & inuocauit Deum Samuel tempore meſſis, & dedit Dominus voces, & pluuias, ita vt timeret omnis populus. hoc igitur indicat hic Vates volens aliquid præcipuum enarrare de Samuele. Adde quod ſi aliqui ex his negant ſacerdotem fuiſſe, alij minus negant, vt Baſilius, Theodoretus, & alij innuunt, vt Arnobius, & quidam expreſſe affirmant, vt Auguſtinus. Sed ſatis de ſecunda difficultate, cætera videri poterunt apud citatos Patres.

Baſilius Theod. in eorumdem.

Tertia diff. ſolut.

Tertiæ difficultatis ſolutio: Etſi non ita videtur certa ob varias ſententias in explicatione אורים Vrim, & תמים Thumim, aliquid tamẽ poteſt certi afferri, quantum ad rem noſtram ſpectat. Ioſephus, 3. Antiquit. c. 9. & alij, cum illo putant ex gemmis illis in rationali Sacerdotis inſertis, emitti ſolitum quemdam fulgorem quo denuntiaretur, quid agendum foret, meminit huius opinionis Auguſt. Q. 117. in Exodum, & veluti rem fabuloſam perſtringit. Eſt autem Anaſtaſij Epiſcopi Nicen. q. 38. in Scripturam, nec abhorrere videtur Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſtola ad Heraclidem Epiſcopum.

Altera ſententia eſt eorum, qui dicunt Vrim, & Thumim diuerſos fuiſſe caractheres, diuerſis litteris inſcriptos, quibus proiectis iunctura litterarum inter ſeſe iudicium daretur, quid Deus ſignificaret, aut vellet, cum miniſtrabatur coram Domino, & eſt hæc ſententia Vgonis.

Vgo in annot. in exodum c. 28. Aug. vbi ſupra.

Tertia explicatio eſt Auguſtini, qui dicit, poſſe intelligi demonſtrationem, & veritatem litteris impoſitam ſuper Rationale, quibus verbis ex parte apparet conuenire Auguſtinum cum ſuperiori explicatione, licet Auguſtinus modum haud exprimat.

Quar-

Digitized by Google

Quarta explicatio eſt Philonis, qui libro tertio de vita Moyſis, duas virtutes depictas fuiſſe affirmat, & ſecundo libro de Monarchia, texturas quaſdam. Origenes hom. 6. in cap. 8. Leuitici arbitratur ſignificari, ſacerdotem debere ſcire, & poſſe reſpondere omni poſcenti rationem de fide, & veritate.

Alij alia dicunt, & quidē nihil certi affirmari poſſe aſſerunt. quod itaq; certi affirmari poſſe nobis videtur, quod ad rem noſtrā magis faciat, ſubiungam. Putarim equidem primo fuiſſe ſine dubio aliquid Vrim, & Thumim, patet hoc, quia licet Doctores de modo diſcrepent, aliquid tamen fuiſſe docent, & textus ipſe Leuitici cap. 8. aperit, *ſuper humerale impoſuit, quod aſtringens, cingulo aptauit Rationali, in quo erat doctrina, & veritas.* hebraice אורים vrim, & ותמים Thummim, & Exodi 28. *Pones autem in rationali iudicij doctrinam, & veritatem.*

Secundo putarim, reuera quamdam impertitam illuminationem Summo Pontifici. patet hoc, quia per Vrim, & Thummim omnes quamdam illuminationem impertitam volunt Summo Pontifici, qua cognoſceret diuinam voluntatem, & loca illa ex Exodi cap. 28. & Leuiti. 8. id oſtendunt, & habetur etiam ex cap. 27. Numerorum. itaque, vt dicebatur, licet ſit diſcrepantia de modo, quo manifeſtaretur diuina voluntas, conueniunt & dicant aliquod manifeſtari cōſuetum: omne autem quod manifeſtatur, lumen eſt, teſte Apoſtolo.

Tertio putarim hanc manifeſtationem, ſeu illuminationem ſemper fuiſſe factam, ſaltem (nam alio modo eſſe potuiſſe non negarim) per quoddam internum lumen, quo illuſtrabatur mens Pontificis, & perficiebatur ad cognoſcendam diuinam voluntatem: quæ illuminatio denotabatur per illa ornamenta in rationali Pontificis, ſicuti alijs ornamentis denotabantur alia, *ad Ephes. 5.*

id quo

id quo iudicem hæc, quæ ſequuntur Perſuadent, primo ipſorum nominum ſignificatio vrim, & Thumim; vrim enim nomẽ plurale eſt: ſingulare enim אור vr, ita Eſaiæ 31. *Cuius ignis in Sion* Hebraice אור, eſt autem a verbo אור or, quod eſt lucere ſeu illuminare Eſa. 60. *Illuminare Hieruſalẽ* אורין ori Hieruſalẽ quare Vrim illuminationes ſignificat תמים Thumim etiam nomen plurale eſt a תמם Tamam, quod eſt perficere, Leui. c. 10. uetatur Aaron, & filijs eius, ne bibant vinum, & omne, quod inebriare poteſt, cum ingreſſuri erant tabernaculi teſtimonium, ne morerentur: *Et vt habeatis*, inquit Deus, *ſcientiam diſcernendi inter ſanctum, & prophanum, & inter pollutum, & mundum, doceatiſque filios Iſrael omnia legitima mea, quæ loquutus eſt Dominus*. Vim hanc diſcernendi, ſi dicamus attributam Sacerdotibus, & filijs Aaron, Summo Pontifici præ cæteris attributam eſſe debemus affirmare: & ideo Vrim, & Thummim multitudinis numero de Summo Pontifice dicuntur: phraſi enim Hebraica denotari excellentiam multitudinis numero alias diximus, ita nimirum, quod ſi illuminandi, & perficiendi uis ſit data ad diſcernendum, & iudicandum alijs ſacerdotibus, ſupremo ſacerdoti multo magis, quaſi in illo cæterorum illuminationes, & perfectiones continerentur, quibus difficiliora, & magis ambigua dignoſcere ille poſſet, in quibus recurrendum propterea eſſe ad ſummum Pontificem Deus ſanxit Deuter. 17.

Dionyſ. ca. 1a. eccleſ. Hierar.

Diſcernendi enim, ait Dionyſius, *vim habent Pontifices; vt interpretes diuinæ iuſtitiæ, quod eorum a ratione auerſis cupiditatibus ſapientiſſima diuinitas (vt honeſto verbo vtar) quaſi miniſtra obſequatur, ſed quod ipſi ſpiritui miniſteriorum principi ad interpretandum permoti eos, qui a Deo iudicati ſunt, pro meritis cuiuſque ſecernant*. Sic ille. igitur ſicuti Cydari, quod erat inſigne

ſacer-

ſacerdotalis dignitatis denotabatur poteſtas ſacerdotalis, ita Vrim, & Thummim vis illa diſcernendi præ cæteris excellentior, qua illuminata ipſius mens,& corroboratum imbecille lumen intellectus, atque perfectum permouebatur ad diſcernendum, & diiudicandum: & ob hanc excellentiam,& inſignem vim diſcernendi peculiari nomine dicebantur Illuminationes,ſeu Vrim de ſummo ſacerdote, vt Hieronymus, Eugubinus, & alij adnotarunt:& interdum quidem ſolum ponitur nomen Vrim; interdum vero Vrim, & Thumim: Vrim nomen ſolum ponitur Num.27. *Eleazar* ibi dicitur *conſulet Dominum*, Hebraice interrogabit in iudicio Vrim 1. Regum 28. quod legitur de Saule: *Conſuluitq Dominum, & non reſpondit ei, neque per ſomnia,neque per ſacerdotes, neque per Prophetas.* In lectione Hebræa loco ſacerdotum legitur in iudicio Vrim. alibi autem ponitur nomen Vrim, & Thummim ſimul, ita Eſdræ 2. Hierem. 7. Exodi 28. Leuitici 8. Deuteronomij 33. ergo ſicuti illuminationibus,& perfectionibus excellens illa diſcernendi vis ſacerdoti ſupremo in Veteri lege dabatur, qua diiudicabat in Moſaica lege circa corporalia, & externa: ita nos dicimus longe excellentiorem Pontifici Euangelico communicatam in Noua lege, & meritis Chriſti per poteſtatem ligandi,& ſoluendi ab omnibus peccatis,a quibus non abſoluebant legales ſacerdotes, & ſupremam facultatem in omnibus, ſeu ſpiritualibus, ſeu temporalibus in Eccleſiæ regimine,etiam externi fori, de qua re nos libro 2.egimus

Hieronym. Oleaſt.

Sed quid multa Dionyſius Areopagita, & cæteri huic noſtræ fauent expoſitioni,& ſententiæ, vt intelligamus, quod ipſa nomina ſignificant Vrim,& Thummim illuminationes, & perfectiones: docet enim ſæpe Dionyſius vi illuminandi, & perficiendi ordinem Pontificum eſſe præditum:ita quo aliquem adducamus

locum

locum cap. 8. cæleſtis Hierarchiæ: *Demonſtratum eſt igitur*, ait Dionyſius, *Pontificum quidem ordinem vim perficiendi habere, & re perficere: ſacerdotum autem illuminandi vim habere, atque lucem afferre; miniſtrorum vero expiandi, & ſecernendi vim habere; quod ſcilicet Pontificum ordo non ſolum re perficere poſſit, verum etiã illuſtrare ſimul, & expiare; ſacerdotum ordo in ſe habeat coniunctam cum illuminandi vi, illuminandi etiam, expiandique ſcientiam: nam inferiores quidem ordines ad maiora, & ſuperiora munera aſcendere non poſſunt, ac propterea nefas eis eſt, hoc ſibi arrogare, & ſumere: diuiniores autem ordines vnà cum ſuis, inferiores quoque ſua perfectione, & virtute ſanctas ſcientias tenent*. Hæc Dionyſius. Eadem ſæpe alias docet, & Dionyſium ſequuntur D. Thomas, Bonauentura, & alij Theologi. Hoc itaque ſignificari putamus Vrim, & Thummim, ita tamen, vt magnum ſit diſcrimen inter Veteris & Nouæ legis Pontifices (vti ſupra tangebamus) cum Veteris legis Pontifices non eſſent miniſtri gratiæ, veluti ſunt Nouæ legis Sacerdotes, & longe maior ſine dubio data ſit vis illuminandi, & perficiendi ſacerdotibus Nouæ legis, cum longe maioris dignitatis ſint miniſtri gratiæ, vt docet D. Paulus ſecũdę ad Corinthios cap. 3. erat enim Vetus lex imperfecta, & omnia in figuris contingebant illis: Chriſtus vero fugatis vmbris, & typis, luce Euangelica adimpleuit eius imperfectionem; vnde dicebat ipſe: *Non veni ſoluere, ſed adimplere.* Hæc igitur breuiter dicta ſint de explicatione Vrim & Thummim.

D. Thom. 1. par. q. 108. ar. 1

D. Bon. de Eccleſ. hierar.

Matth. c. 5.

Porro non negarim, vt dicebatur, aliis modis fieri etiam poſſe haſce illuminationes, & manifeſtationes, quod videre eſt adducto loco ex primo Regum cap. 28. ita Petrus illuminatus eſt de vocatione Gentium viſione illa lintei, & apparitione Spiritus ſancti in linguis

igneis

igneis ſuper Cornelium, & alios, qui Petri concionem audiebant, quo illi baptizarentur; vnde dixit Petrus: *Quis prohibet re pot eſt vt nõ baptizẽtur qi qui Spiritum ſanctũ acceperunt, ſicuti & nos?* Interdũ tamẽ fiebat in ter motione, & lumine hæc manifeſtatio; ita interno lune cognouit delictum Ananiæ, & Saphyræ, & illud morte mulctauit, cap. 5. Acto Apoſtolico; Cap. vero decimo cum domeſtici Cornelij Petrum quærerent: *Dixit Spiritus ei*: (Petro) *Ecce viri tres quærunt te*. Ita Samuel cognouit neminem ex filiis Iſai eligendum eſſe Regem, quos Iſai pater adduxerat, & adductus cum eſſet Dauid, ſtatim eum eligendum Regem Spiritu ſancto dictante cognouit. Sed de propoſita difficultate ſatis quantum ad rem noſtram faciebat. *Act. 10.*

Ad Tertiam difficultatem: Si aſſereremus ſine diſcrimine exercendam à Pontifice in rebus temporalibus poteſtatem, vt ſe immiſceret ſecularibus negotiis, recte concluderet argumentum; ideo ait Apoſtolus: *Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſæcularibus*. At non hoc nos aſſerimus, ſed exercendam affirmamus, quatenus facit ad rerum ſpiritualium progreſſum, & vtilitatem, vſque ad decentem terminum in communi ſibi ſuorum ſubiectorum regimine: quomodo in communi aſſerimus habere facultates: hoc vero nihil derogat perfectioni Chriſtianæ, nec ſtatui perfecto religionis, vt docet D. Thomas 2.2.q.188.art.7. ita Apoſtoli loculos habuiſſe leguntur Ioan. 12. & 13. & Actorum 4. pretia eorum, quæ vendebantur, proijciebantur ante pedes Apoſtolorum, quæ diuidebantur (ait Lucas) ſingulis, prout cuique opus erat. Secundo nec habere aliquid veluti proprium derogat Chriſtianæ perfectioni: nam abdicatio rerum per ſe dumtaxat conſiderata non eſt perfectio, ſed veluti via, & inſtrumentum, facit ad perfectionem iis, qui nondum ad perfectionem per-

Ggggg uenere;

loco cit. uenere; quare poteſt eſſe (ait S. Thomas) cum magna opulentia ſumma perfectio, veluti, ait, fuit in Abraham viro perfecto, cum de illo dictum ſit: *Ambula coram*
Gen. 17. *me, & eſto perfectus*: Et certe plurium Conciliorum canones concedũt Epiſcopis, vt de rebus propriis poſſint teſtamentum condere, & hæredibus relinquere, & ſuis dare: & plures ſancti Epiſcopi proprium habuere: at ait S. Thomas vir alioquin maxime modeſtus, & ſtultum videtur dicere, quod tot ſancti Pontifices præcepta tranſgreſſi fuiſſent, ſi ad ea ſeruanda ſe crederent obligari. hæc Sanctus cum ſibi obieciſſet ex Lucæ c. 10: non poſſe Epiſcopos propriũ poſſidere, & tamen cũ certum ſit ſtatum Epiſcoporũ eſſe ſtatum perfectionis exercendæ præceptum trangreſſi eſſent, nec habere facultates, vel de illis diſponere, & ſuis relinquere potuiſſent. quomodo vero D. Lucas intelligatur cap. 10. docet D. Tho. 22. loco citato vbi plures affert expoſitiones patrum nonnulla nos diximus lib. 3. cap. 7. ibique retulimus Chriſoſt. Auguſt. & aliorum patrum interpretationes, & certe nobis res clara videtur ex Ioannis 22. extrauaganti: *Cum inter nonnullos, de verborum ſignificatione*, qua ſaltem probatur res in communi habere non repugnare perfectioni Euangelicæ accedente præſertim eiuſdem pontificis Ioannis 22. conſtitutione, in qua concludit poſt multas auctoritates ex ſacris litteris Chriſtum ſecundum humanam naturam regnum, & vniuerſale dominiũ habuiſſe ab inſtanti ſuæ cõceptionis ſeu ex Dei donatione, eius verba retulimus lib. 1. c. 23. Si plura ad huius rei probationẽ deſideras; lege eundẽ S. Doctorem opuſ. 18. quod eſt, De perfectione vitæ Chriſtianæ, Henricum Gandauenſem quodlibeto ſeptimo quæſt. 29. fuſe de hac re dicemus in vltima huius operis parte de temporali Eccleſiæ Monarchia,

NON-

NONNVLLAE ILLATIONES ex citatis ex Veteri teſtamento locis deducuntur, quibus limitationes contra aßertam a nobis Monarchiam refelluntur. *Cap. Vltimum.*

NOSTRO more deducemus illationes, quibus confutatæ remaneant ex allatis ex Veteri Teſtamento locis limitationes,& diſcrepantiæ,quas lib.1.cap.3. retulimus.

PRIMA ILLATIO: Eſt penes Petri ſucceſſorem ſuprema in rebus omnibus temporalibus Monarchia diuino iure,reuelato,& expreſſo in diuinis litteris. Hæc illatio deducitur, & oſtenditur primo ex ijs, quæ diximus de throno Dauidico lib.4.cap.1. & deinceps, præcipue vero oſtendunt generales conditiones, quas initio lib.4.attulimus: probat pari modo locus Eſaiæ allatus cap.8.vbi iure debere omnia regna inſeruire Eccleſiæ aſſeritur,& ita ipſum exponũt Hieronymus,Procopius, S.Leander,S.Cyrillus,& alij Patres;locus item Hieremię citatus cap.nono,& decimo vbi ſuper omnia regna dominium habere Romanus Pontifex vice Chriſti affirmatur a pluribus ſummis Pontificibus, Concilijs, Pàtribus Latinis, & Græcis,Theologis, & Canoniſtis: locus itidem Danielis pluribus id Patribus aſſerentibus; loca Oſeæ, Zachariæ, & Malachiæ, ex Pſalmis, & ex Deuteronomio.

SECVNDA ILLATIO: Iure etiam naturali Eccleſiæ conuenit Monarchia. Illatio deducitur ſuppoſita ſuprema Hierarchia in rebus omnibus ſpiritualibus,quæ ex præcedenti illatione eſt manifeſta:omnia

enim, vel fere omnia loca adducta oſtendũt ſupremam Eccleſiæ in omnibus ſpiritualibus Hierarchiã. Hac itaque ſuppoſita Hierarchia, ſic iure naturæ conuenire Eccleſiæ monarchia in temporalibus omnibus oſtenditur.

1 Illi pôteſtati iure nâturæ temporalia omnia ſunt ſubiecta, cuius eſt ex offitio perducere hominem ad ſuam felicitatem: ſed huiuſmodi eſt poteſtas Eccleſiaſtica: ergo iure naturæ illi erunt omnia temporalia ſubiecta. Minor propoſitio videtur notanã ſi loquamur de felicitate cõtemplatiua, illa in Deo eſt in hac uita per actũ ſapientiæ; ſi de actiua, per religionem, & diuinum cultum; at hoc certum eſt ſpectare ad ſacerdotem: ipſius enim eſt proxime inducere ad Deũ ex ſuo offitio, cum ipſe verſetur proxime circa Deum; & ideo præſtantiſſimi philoſophi Zeno, Plato, Ariſtoteles, & Aegyptij, regnum per ſapientiam, vel diuinum cultum tribuendum iure ſacerdoti dixerunt, vt oſtenſum eſt in nona ratione lib. 1. Sed præterea ex Malachia oſtenditur Eccleſiaſticæ, ſeu ſacerdotalis eſſe poteſtatis ex offitio inducere ad felicitatem etiam naturalem per ſacram Scripturam, cuius eſt diuinitus ſacerdos conſtitutus interpres, vt lib. 5. cap. 4. ex Damaſceno, & cæteris Patribus eſt explicatum. Probatur Maior propoſitio, ex ijs, quæ dicta ſunt lib. 1. in nona, decima, & vndecima ratione de naturali hominis inclinatione ad Deũ ſuam felicitatem.

Secũdo probatur ex priuilegio Romani Põtificis, vt minus errare poſſit in fidei, & morum decretis in vniuerſali regimine decretãdis, & ideo corroborari in iuſtitia, & iuditio, & veritate thronũ Dauid aſſeruimus, & recurrendum in dubijs, & ambiguis ad Romanum Pontificem, & legem requirendam ex ore ſacerdotis lib. 5. cap. 4. & 16. Hoc ſuppoſito eſt ſecũda ratio natura magiſtra

giſtra omne mouens nititur aliquo immobili, vt ſæpe docet, & oſtendit Ariſt. & diximus lib. 1. ſemper motus eſt propter aliquam quietem, & finem: ſed temporalia ſecundum ſe conſiderata non ſunt finis actionis humanæ, ſeu bonum: idem enim finis, & bonum; ſed bonitatem, & regulam omnem accipient a rebus ſpiritualibus, & tamquam ab vltimo termino Deo, in quo, ſita eſt quies, & felicitas, quæ in ea re eſt, ad quam Philoſophorum omnium conſenſu, vt dixi lib. 1. ex ratione duodecima, referuntur omnia, & ipſa nunquam alio refertur: idcirco iure naturæ dependebit a ſacerdotali poteſtate facultas ſæcularis, cum ſacerdotalis agat de bonis animi, & omnis tam ſacra, quam ſæcularis poteſtas a Papali ob dictum priuilegium.

Confirmatur ratio: Ideo enim in omnibus actionibus dicebat Plato, & cum illo Plutarchus, hominem debere habere propoſitum, tamquam regulam, Deum, veluti rem certam, cũ humana ſint uaria, vt dictum eſt lib. 1. hanc vero regulam tamquam certã habet Papa. *lib. 1. rat. 19.*

Tertio: iure naturæ ab vno capite omnia membra totius corporis dependent; ſed vnum caput eſt totius corporis Eccleſiæ. ergo cum Reges ſint membra huius corporis Eccleſiæ: & in ea vnum caput ſacerdos, ab illo dependebunt iure naturæ Reges. Eſſe Eccleſiæ totius vnum caput, dictum eſt lib. 5. c. 1. & c. 2. eſſe reges membra Eccleſiæ, patet, quia Eccleſia (vt oſtenſum eſt lib. 1. cap. 12. lib. 5. cap. 3.) conſtat regno, & ſacerdotio. Confirmatur, quia laici ſunt membra Eccleſiæ, ergo & poteſtas laicalis, qualis eſt illa Regia. Probatur hæc conſequentia; nam poteſtas regia nihil addit, niſi poteſtatem, & eminentiam, quandam ſuper ipſas laicas perſonas, non excedens laicalem gradum; magis autem & minus, intra eandem latitudinem non variant ſpeciem V. g. quod hoc ſit magis album, quam illud,

illud, non facit diſtinctam ſpeciem albedinis. probatur iam illa Maior propoſitio, omnia membra iure naturæ depĕdere a capite: nam a capite eſt omnis influentia, & motus, vt diximus non ſemel ex D. Thoma.

Quarto, iure naturæ omnia externa, & temporalia bonis animi ſũt ſubiecta; ergo ſacerdotio pari ratione: Antecedens videtur notum, & Philoſophi, Stoici, & Peripatetici hoc cognouere, vt lib. 1. in ratione decima octaua, & vndecima probatum eſt: Conſequentia videtur etiam aperta; nam ex præſcripto ſacerdotis lex eſt requirĕda, ſeu rationis naturalis, ſeu ſupernaturalis, vt deductum eſt lib. 5. c. 4. & lib. primo cap. 6. vbi oſtenſum eſt, ſacerdotem verſari circa animam ſicuti circa corpus Reges.

Quinto: Iure naturæ illud alteri ſubijcitur, cuius eſt ex offitio hominĕ ad eius propriã perfectionĕ perducere; ſed talis eſt poteſtas ſacerdotalis reſpectu ſæcularis, & omnis ſacra reſpectu Papalis: ergo iure naturæ omnes ſacræ, & ſæculares poteſtates erunt ſubiectæ Papæ. Maior propoſitio probatur: nã naturalis hominis perfectio eſt in intellectu, & voluntate: hiſce enim diſtinguitur homo a brutis, & rebus inanimis: eſt autem (vt libro primo oſtenſum eſt) propria hominis perfectio in cognitione ſumm i veri, et conſecutiue in fruitione ſummi boni, teſte Ariſtotele, Platone, cæteriſque Philoſophis. probatur Minor; quia ſacerdotum eſt, (vt docuimus lib. 5. ex Malachia, & ex cap. 17. Numerorum, & ex ſolutione 3. difficultatis) purgare, illuminare, perficere etiam circa ea, quæ ſunt iuris naturalis: hæc reſpectu ſæcularis poteſtatis. Reſpectu vero ſacerdotalis, ſeu ſacræ cuiuſcumq; poteſtatis manifeſtum eſt id ex priuilegio Papæ; nam illi ſoli tanquam Petri ſucceſſori conuenit, vt minus errare poſſit in fidei, & morum decretis in vniuerſali regimine, ideo ab illo

omnia

omnia Concilia approbantur; immo nihil prius tractabatur (vt aduertimus in calce libri primi) quod ad notitiam Romani Pontificis non fuiſſet deductum, & iuxta eius ſententiam res tota definiebatur, ſed hoc fuſſe propoſitum, eſt oſtendere Dei & S. Petri beneficio altero opere de ſpirituali Eccleſiæ Monarchia.

QVARTA ILLATIO: Eſt hæc Monarchia diuino, & naturali iure in foro exteriore; ita vt puniri valeant ſæculares homines pœnis etiam temporalibus. Probatur hæc illatio ex locis adductis de throno Dauidico: nam regnum, prout eſt diſtinctum a ſacerdotio dicit poteſtatem etiam compulſiuam circa externa, quam per regni poteſtatem habent reges. locus etiam Hieremiæ hanc eandem illationem confirmat, loca Ezechielis, quæ regnum oſtendunt, prout eſt diſtinctum a ſacerdotio, eſſe penes Eccleſiam. Zachariæ pari modo, & Malachiæ: eſt enim de ratione legis vis coactiua circa externa. & Pſ. 44. & cætera loca

QVINTA ILLATIO: Eſt hæc Monarchia non ſolum ratione fidei, ſed bonorum morum; non eget illatio probatione; patet enim ex ſuperioribus: præcipue oſtendunt ea, quæ demonſtrant regnum tranſlatum in Eccleſiam vna cum ſacerdotio. loca Malachiæ, Numerorum, Deuteronomij, ex quibus oſtenditur circa ciuilia ſtandum eſſe ſacerdoti voluiſſet Deum tamquam iudici ſupremo.

SEXTA ILLATIO: Vti poteſt præfata Monarchia in rebus tẽporalibus Papa, nõ ſolum ratione lethalis criminis, ſed etiam ad cautelam, vel mali deuitandi, vel boni promouendi cauſa vſq; ad decentem terminum. hæc illatio oſtenditur ex conditione throni Dauidici, qui roborandus prædicitur in iuſtitia, & iudicio, & veritate: nec enim res bene roboratur, niſi ea amputentur, quæ veriſimili coniectura inducere ad

Digitized by Google

re ad malum poſſunt, vel retrahunt a bono, quod adnotauimus, & oſtendimus ex Ariſt. & Clemente Alexandrino lib. 1. in tertia illatione, ſeu confutatione tertiæ diſcrepantiæ c. 20. Quod ſi regum eſt obuiam ire malis perturbantibus humanam ſocietatem, non ſolum quæ e ſua natura mala ſunt, ſed quæ conducunt veriſimili coniectura ad malum; & propterea accipere poſſunt temporalia a ſibi ſubiectis populis, quo hiſce prouideant; & pari ratione Pontifex per regiam dignitatem ſibi diuinitus collatam; ſed precipue demonſtrat hanc illationem locus Eſaiæ cap. 60. vbi ex illo oſtendimus, debere inſeruire reges Eccleſiæ etiã quoad quãdã decentẽ, & apparentem gloriam externam, & id ibi aſſeruere Hieronymus, Procopius, & alii Patres. Probat præterea locus Hieremiæ, vbi communi conſenſu omnium vice Chriſti conſtitutus Pontifex dicitur, non ſolum quo diſſipet, & euertat, ſed ædificet, & plantet. & locus Zachariæ, qui oſtendit externum quendam ſplendorem debitum Pontifici & Malachiæ, veluti cernere eſt ex Concilijs ibi adductis aſſerentibus gladio ſacerdotis reſecandas occaſiones vitiorum in laicis, & principibus ſæcularibus; Ad hæc loca adducta ex Numeris, & ex Moyſe; oſtendunt enim omnino dependere Principes ſeculares ab Eccleſiaſticis, ita vt etiam quantum ad vtilitatem, ſtandum ſit iuditio ſacræ poteſtatis.

lib. 4. cap. 8.

SEPTIMA ILLATIO Hæc Monarchia Eccleſiæ etiam circa infideles ſe extendit. Probatur primo quia loco Chriſti ſucceſſit Petrus non ſolum in ſacerdotio, ſed in regno, ſeu tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, quod videre eſt ex locis ſupra allatis, quibus promiſſus eſt & traditus principatus Apoſtolicus, & locis de throno Dauid: & quamquam de facto, nec in ſpiritualibus, nec in temporalibus infideles ſubijciantur, de iu-

de iure deberẽt eſſe Chriſto ſubiecti, qui meritis mortis acquiſiuit Gentes hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ, vt habetur pſal. 2. & conſequenter vice Chriſti Romano Pontifici in hæreditate Chriſti, & ratio eſt, quia meritis Chriſti Deus omnes ordinauit ad vitam æternam, & voluntate ſaltem antecedenti: *Vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. Quod itaque infideles non ſint membra eius Eccleſiæ ſub capite Chriſto, & loco eius ſub Petri ſucceſſore, vitio hominis eſt. *Vide lib. 1. c. 23. vbi locus pſ. 2. explicatur.* *1. Tim. 2.*

Secundo probatur: illud regnum, quodcunque illud eſt, ſeu fidelium, ſeu infidelium, alteri eſt ſubiectum, cuius eſt de omni iuſtitia, ſeu bono ex offitio agere: ſed tale eſt regnum Eccleſiæ: ergo illi regnum infidelium eſt ſubiectum. probatur maior propoſitio: quia, quod eſt ex parte, ſeu per participationem, ſubeſt illi, quod eſt ſimpliciter, ſeu vniuerſaliter tale, vt recte docet D. Thomas 1. parte q. 96. ar. 1. in corpore articuli: probatur Minor, quia oſtenſum eſt penes Eccleſiam eſſe ſupremam Monarchiam in rebus omnibus ſpiritualibus; quare Ambr. in lib. 1. de off. c. 29. *Eccleſia autẽ quædam forma iuſtitiæ eſt commune ius omnium*. Sic ille. Confirmatur primo, quia thronus Dauid roborandus affirmatur per iuſtitiam, & iudicium per Præſules Eccleſiæ, apud quos futurus aſſeritur, vt initio lib. 4. eſt probatum. Confirmatur ſecundo, quia regula prima omnis boni, & iuſtitiæ Deus eſt, vt in ratione 12. lib. 1. eſt oſtenſum; Deo vero nos proxime coniungere ſacerdotum eſt, per religionem. & diuinum cultum, & ſapientiam. Confirmatur tertio, quia omnis iuſtitia, veluti bonum quoddam continetur ſub vniuerſali bono, & fine ſupremo Deo felicitate hominis, ad quam perducere hominem (vt dixi) ex offitio habent ſacerdotes: quare habebunt rationem medij tempora-

Digitized by Google

lia, & illa particularis iuſtitia. Hinc ſolo Deo frui nos aſſerunt communi conſenſu Theologi, cæteris vti nos debere; quare cum Chriſtus pro omnibus traditus ſit, (& propterea nõ debeãt excludi ab hac felicitate ſuprema, infideles) habebunt rationem medij temporalia, & particularis iuſtitia regnorum infidelium, deberet eſſe ſubiecta Chriſtianæ religioni ſeu virtutibus Theologicis, quæ imperant virtutibus moralibus: tum quia ablata iuſtitia à regnis nihil aliud ſunt, quam tyrannis: debet enim Rex eſſe miniſter in bonum, teſte Paulo ad Rom. cap. 13. & eſſe ablata iuſtitia regna magna latrocinia dicebat ex Auguſt. S. Thom. quare regnum quodlibet eſt ſubiectum Eccleſiæ & ei & tanquam reginæ & dominæ iure debet eſſe obſequens. Colligitur hæc ratio ex Ambroſio, cuius verba retulimus lib. 1. cap. 11. ideo enim reginam dicebat Eccleſiã, quia agit de omni virtute in vniuerſum, cæteri particularem habent virtutem.

D. Tho. 2. 2. q. 66. art. 8. ad 3.

Tertio probatur hæc ſeptima illatio ex cap. 60. Eſaiæ declarato ſupra lib. 4. cap. 8. vbi iure debitum eſſe obſequiũ Eccleſiæ ab omnibus regnis aſſeritur. Quarto probatur ex loco Hieremiæ, vbi loco Chriſti generatim ſuper omnia regna conſtitui dicitur Põtifex Romanus à ſummis Pontificibus, Concilijs, Græcis, & Latinis Patribus, Theologis, & Canoniſtis.

Quinto ex loco Danielis: **nam iure debitum dominium regnorum omnium Chriſto, & vice eius Petro eſt oſtenſum; quamquam de facto ſucceſſiue acquirat hoc dominium Chriſtus, quod inter cæteros ibi adnotauit** in comment. Rupertus.

Sexto locus Zachariæ, qui ſimilis eſt illi Danielis, ibi præmiſit Vates quatuor quadrigas, quæ (vt ibi adnotauimus) ſignificant quatuor Monarchias; quod etiã ſignificaſſe poſſumus aſſerere, quatuor illos viros, à quibus

bus acceptum aurũ ex captiuitate, quaſi omnia regna debita ſint Eccleſiæ ſignificata per quatuor illas monarchias, Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum.

Septimo, locus Malachiæ 8: loca Pſalmorum præſertim Pſal. 46. vbi accepiſſe dicuntur Apoſtoli hæreditatem Chriſti: ea autem eſt vt patet Pſal. 2. dominij temporalis totius mundi, quem locum etiam de Eccleſiæ dominio ſuper infideles videtur explicaſſe Auguſtinus, quem ibi citauimus.

Tandem illationem hanc demonſtrant illa, quæ adduximus ad probationẽ tertiæ illationis, quibus oſtenſum eſt iure naturæ conuenire Eccleſiæ monarchiam in omnibus rebus temporalibus; quomodo vero circa infideles exercenda ſit hæc poteſtas, & qua ratione merito infidelitatis priuari dominio ab Eccleſia poſſint infideles, veluti docet D. Thomas: & quomodo inuitis parentibus filij baptizari, veluti aſſerere viſus eſt Scotus, dicemus in particulari diſputatione de Eccleſiæ dominio ſuper infideles, vbi plures Theologos, & Doctores Canoniſtas afferemus, licet aliquot in calce lib. 1. & 3. adduxerimus: Interim ſtatutũ ſit generatim eſſe monarcham Eccleſiam, & reginam omnium regnorum, & Gentium, & hanc exercendam ad conſeruationem fidei, & bonorum morum, & vtilitatem, vſque ad decentem terminum. *D. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 10.*

OCTAVA ILLATIO: Eccleſiaſtica poteſtas vice Chriſti ſuccedit non ſolum in ſacerdotio, ſed in Regno. illatio hæc patet ex ſuperiore proxime deducta illatione. Secundo probatur argumentis allatis cap. 1 lib. 1. Tertio argumentis allatis cap. ſexto primo in ordine, ſecundo, tertio, & cæteris, præſertim ſeptimo. Quarto omnibus alijs adductis in primo lib. quibus oſtenſum eſt ex intrinſeca ratione temporale do- *Epilogus ſuprema. & abſoluta Eccleſia Monarchia, ex lib. 1.*

minium in Repub. ordinatum eſſe ad felicitatem humanum finem, & ipſius Reipub. ita vt princeps ſaltem implicite ex parte operis omnia debeat in repub. dirigere ad ſpiritualia, ſeu felicitatem, quæ eſt in bonis animi, quod cap. 6. eiuſdem 1. lib. in ſolut. primæ obiectionis eſt dictum & id adeo verum eſt vt cum electio non ſit finis teſte Ariſt. ſed mediorum ad finē homo neceſſario appetat beatitudinē ait D. Tho. at in rebus è ſua ratione ſubordinatis gradus inferiorum in ſuperioribus cōtinentur toti formaliter, quoties illi non dicūt imperfectionem, & repugnantiam coniunctionis: talem autem dicebamus eſſe gradum regiæ poteſtatis reſpectu ſacerdotalis, quæ verſatur circa ſpiritualia, in quibus eſt forma, & ratio felicitatis. Etenim nihil eſt accipere temporalis in repub. & homine, quod totum e ſua natura non ſit propter illam felicitatem, & ad illam ordinatum. nec enim V. g. eſt ſicuti ſenſitiuum in bruto, in quo eſt coniunctus cum irrationali, & negatione, quæ non ſe compatitur cum rationali; quare continebitur totus gradus regiæ poteſtatis formaliter in ſuperiore ſacerdotali, cum non contineat imperfectionē, vel repugnantiā coniunctionis, quoad ipſam poteſtatē, quod dixerim, quia imperfectio poteſt eſſe reſpectu vſus, & exercitij, in nobis quatenus foret impedimento temporalium vſus rebus maioris momēti, ſpiritualibus ſcilicet, de qua re dictum eſt initio lib. 1. & ſæpe toto hoc opere. Et eſto, quod gradus ille regius reſpectu ſacerdotalis in Pontifice ſit ſecundarius: nam hoc aliter eſſe non poteſt, cum temporalia præ ſpiritualibus ſecundario ſint appetenda: at vero reſpectu aliarum poteſtatum temporalium conuenit primo Pontifici tanquam principali agenti felicitatis, & abſolute præ omnibus, cum habeat ille ſecundum omnem finem, ſecundum quem habet ſecularis, & ad ſuperiorem vſque ad

Ariſ. 3. Eth. cap. 2. D. Thomas citatus lib. 1. c. 2. et c. 7 & præterea docet 3. par. q. 18. art. 1. ad 3. & q. de potentia Dei art. 5. in cor. & q. 2. ar. 3 ad 6 q. 5. artic. 6. corp. qu. 10. ar. 2. ad 4. & 5. & 6. et q. 5. de malo q 4. ar. 3. in corp. & q: diſt 27. q. 1. 4. ad 12. li. 3. con. gent. cap. 97.

Digitized by Google

vltimum, veluti oſtenſum capite primo primi libri in ratione 3.4.& 5. & patere poteſt ex confutatione primę diſcrepantię in eodem lib.1.cap.20. ex qua conſtat omni prorſus ex parte ad cuncta temporalia ſe extendere Eccleſiaſticam poteſtatem circa quæ ſe extendit ſecularis poteſtas. Quinto probatur ex priore epiſt. ad Corinth.cap.6. ex qua deductum eſſe ſupremum abſolute tribunal in Eccleſia rerum ſecundum ſe temporalium, idque de induſtria collegimus in ſolutione ſecundæ obiectionis cap.10. ex ſummis Pontificibus, Concilijs, Patribus Latinis, & Græcis, ac Theologis. Sexto probatur ex cap. 7. epiſt. ad Hebr. nam demonſtratum eſt pluribus regnum ad Eccleſiam, & vnà Sacerdotium translatum eſſe in vnam, & eandem perſonam per Chriſtum Regem, & Sacerdotem iuxta ordinem Melchiſedech, qui fuit Rex ſimul, & Sacerdos; ita cap. 9. lib. 2. Septimo probatur ex verbis, quibus promiſſus eſt à Chriſto Petro Principatus Apoſtolicus pluribus rationibus adductis cap.12.& ſeqq. & ex ſummis Pontificibus, & Concilijs ibi citatis, SS.Patribus, Theologis, & Canoniſtis. Hæc ex lib.2. Octauo probatur ex collatione principatus Apoſtolici: nam cuncti homines paſcendi traditi ſunt Petro vice Chriſti Regis, & Sacerdotis in ſpiritualibus, & temporalibus, quod oſtenſum eſt multis argumentis,& ex multis ſummis Pontificibus, Concilijs, & Patribus cap. 1.& 2. Nono probatur ex tribunali Eccleſiæ, ad quod recurrendum Chriſtus ſtatuit in omnibus offenſis proximorum noſtrorum; ius ſupremum tribuens ipſi Eccleſiæ iudicãdi de rebus omnibus,ita c.3.4.& 5.eſt demõſtratum pluribus rationibus Concil.Patrib. ac cæteris.

Epilogus ex lib.2.

Epilogus ex lib.3.

Decimo probatur ex dictis de duobus gladiis: nam licet aliqui dicunt eſſe imperium, quoad effuſionem ſanguinis, poteſtatem tamen ipſius gladij veluti diſtin-

cti

ćti à ſpirituali volunt eſſe penes ipſos Apoſtolos,& Eccleſiam, nec hoc illi negant: ita ſentire ibi oſtendimus Theologos, & Canoniſtas, & multos Patres, præſertim Auguſtinum à ſexto capite vſque ad decimum. Vndecimo probatur ex priore epiſt. Petri, qua docet eſſe in Eccleſia regnum,& ſacerdotium, quod à multis aſſeri vidimus ſummis Pontificibus, Patribus Græcis, & Latinis, & Theologis, & multis probatum eſt rationibus à cap. 10. vſque ad 14. Duodecimo probatur ex Apocalypſi Ioannis, ex qua deductum eſt omnem, quã Chriſtus habuit dignitatẽ,ad Apoſtolos,& viros Apoſtolicos tranſtuliſſe; conſtat vero ex eodem Chriſtum, iuxta humanam naturam ſupremã habuiſſe rerum temporalium poteſtatem. Decimo tertio probatur ex dictis omnibus de throno Dauidico Chriſti aduentu reſtaurato, & ad Eccleſiæ Præſules translato à cap. 1. lib. 3. vſque ad cap. 8. Decimo quarto ex Eſaiæ c. 49. & 60. vbi omne regnum ſubiectũ eſſe Eccleſiæ debere docet Vates & apparet voluiſſe eſſe dominiũ regiæ poteſtatis penes epiſcopos: nam docet eo cap. fore præpoſitos,& Principes Epiſcopos per regiam vtique poteſtatem, de qua fuerat loquutus, ſicuti etiam Petrus intellexit, cum dixit eſſe regale ſacerdotium: nam licet aliqui Patres dicunt eſſe ſubiectum ſacerdotio regnum, non negant eſſe etiam ipſam regiam dignitatem (nec enim ſacerdo talis regia diceretur) & plures affirmat, 15. probatur ex Hieremia, ex quo collegimus vice Chriſti Eccleſiã ſuccedere in regnis,& vtiq; temporalibus, cum loco Chriſti ſuccedat qui fuit Rex, & appareat ibi loqui Vatem de regnis etiam temporalibus, quod videre eſt cap. 9. 10. & 11. ex multis ibi allatis rationibus, Summis Pontificibus, Concilijs, Theologis, & Canoniſtis. Decimo ſexto ex Ezechiele, ex quo demonſtratum eſt eſſe vnicum, & in temporalibus, & ſpiritualibus omnibus

Epilogus ex lib. 4.

bus

bus paſtorem vice Chriſti in Eccleſia,ita cap.12.Decimo ſeptimo ex Daniele,ex quo cernere eſt Eccleſiã loco Chriſti ſuccedere quatuor Monarchiis tẽporalibus ſtatua illa denotatis, quam vidit Nabuchodonoſor à cap.13. vſque ad finem libri. Decimo octauo ex vnico Eccleſiæ in omnibus capite, vt ex vate Oſea demonſtratum eſt cap.1.& 2.lib.5.pluribus.Vndeuigeſimo ex Zacharia, qui forè coniunctum prædixit per Chriſtum in noua lege regnum,& ſacerdotium, vt propterea nõ forent amplius diſſenſiones regni,& ſacerdotij,ita c.3.Vigeſimo ex Malachia,ex quo concluſum eſt,omnia agenda eſſe iuxta ſacerdotum præſcriptũ in repub.hoc enim ita intelligitur non ſolum per vnam ſimplicem ſpiritualem poteſtatem, ſed quia coniuncta etiam erat penes ſacerdotes Antiquæ legis regni etiam temporalis facultas. Vigeſimo primo probatur ex quatuor vaticiniis Pſalmorum relatis à cap. 5.vſque ad 10. quibus deductum eſt eſſe penes Eccleſiam non modo ſacerdotalem, ſed regiam etiam poteſtatẽ. Vigeſimo ſecundo ex aliis locis Veteris teſtamenti,quibus oſtẽſum eſt penes Hierarcham Synagogæ fuiſſe ſupremam etiam rerum temporalium poteſtatem,quam non exerceret,quò grauioribus vacaret, ita à cap. 10. vſque ad calcem. Vltimo probatur ex ſummis Pontificibus, Conciliis, Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteris Latinis, & Græcis Patribus, Theologis, Canoniſtis,Hiſtoricis,Philoſophis,& aliis,quos colligemus ſequenti indice aſſertorum Monarchiæ, quibus monarchia abſolute demonſtratur,formaliter,vel eminenter, qua eminentia nihil tollitur, ſed eadem poteſtas amplior,& ſuperior demonſtratur, vt dixi initio operis.

Epilogus ex lib. 5.

VLTIMA ILLATIO: Ob hanc ſupremam Monarchiam in rebus omnibus poſſunt ab Eccleſia leges temporales cõdi, noui creari Reges, iuſtis de cauſis

auferri

auferri regna, quod ſæpe actum eſſe conſtat a Summis Pontificibus. hæc illatio apparet ex proxime deducta illatione qua oſtēſum eſt regnum, prout eſt diſtinctum a ſacerdotio eſſe penes Eccleſiā, & præ cæteris ex loco allato ex Hieremia, quo affirmatur conſtitutus ſuper gentes vice Chriſti Petri ſucceſſor, vt diſperdat, & diſſipet, nempe contumaces deponendo; & ſceleſtos ratione peccati (vti explicabat ibi S. Thomas) & edificet, & plantet pro bono vniuerſalis Eccleſiæ: nec enim pro arbitrio Pontifex vti poteſt inſtar tyranni huiuſmodi poteſtate, nec priuare legitimo dominio, & recto vſu Principes ſibi inferiores; ſicuti nec ipſi ſeculares Principes ſibi ſubiectos laicos, veluti dicebatur initio huius operis. Et hæc ſatis in hac prima parte dicta ſint de Monarchia ſedis Apoſtolicę, cuius iuditio hęc noſtra omnia ſubmittimus, & ſi quod forte non recte dictum eſt, irritum prorſus eſſe volumus, & nullius prorſus momenti eſſe declaramus.

* * *

Finis Primæ Partis Tomi Primi.

INDEX PRIMVS ASSERTORVM TEMPORALIS ECCLESIAE MONARCHIAE QVI CITANTVR IN HAC PRIMA PARTE.

SVMMI PONTIFICES.

CLEMENS Romanus lib. 1.cap.7. n.91.lib.2. cap.1.n. 265.cap.2.n.269 & 270.lib.3.cap.10.n. 505. lib. 4. cap. 14. n.682.

Anacletus lib.2.cap.2.n.271.lib.2.cap. 16.n.285.lib.3.cap.16.n.573.

Silueſter lib.5.cap.2.n.695.

Leo Primus Magnus lib. 2. cap. 16. n. 385.lib.3.cap.10.n.505.& 506.

Ioannes Secundus lib.3. cap.2.n.426.

Gelaſius Primus lib.3.cap.13.n.544. & 545.

Gregorius Primus Magnus lib. 1. cap. 21.n.219.lib.2.cap.2. n.272.cap.16. n.384.lib.3.cap.2.n.

Leo Secundus lib.4.cap.8.n.64.

Nicolaus Primus Magnus lib.1.cap.21 n.219.lib.5.cap.2. n.696. & cap.4.n. 713.& 714.

Leo Nonus lib.2. cap.16. n. 285. lib.3. cap.10.n.506. & 507.lib.5.cap.2.n. 605.

Nicolaus Secundus lib.1.cap.3.n.40.& lib.2.cap.16.n.285.

Gregorius Septimus lib. 1. cap. 21. n. 220.lib.2.cap.2.n.273. & cap.16. n. 384.lib.3. cap.2. n.425. lib.5. cap.4. n.713.

Ioannes Octauus lib. 1. cap.21. n.219. lib.3.cap.2.n.427.& 428.lib.4.cap.9 n.649.

Innocentius Tertius lib.2.cap.2.n.274 cap.16.n.285.lib.3.cap.2.n.428.cap. 10. n. 507.

Gregorius Nonus lib.3.cap.6.n.472.

Bonifacius Octauus lib.1.cap.18.n.176 lib.3.cap.6.n.473.

Ioannes Vigeſimus ſecundus lib.2.cap. 16.n.285.

Alexander Quartus lib. 1. cap. 21. n. 221.

CONCILIA *Generalia.*

COncilium magnum Nicenum primum lib.5.cap.2.n.695. 696. & 697.& plura vna cum illo Concilia.

Concilium Lateranenſe ſub Alexandro Tertio lib.1. cap.1. n.15. & cap. 5.nu.53.& cap.7.nu.73.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio Tertio lib.1. cap.7. n. 73. lib. 2. cap.11.n.342.

Concilium Florentinum lib.3.cap.2.n. 429.

429.lib.5.cap.2. num.695.
Concilium Lateranenſe ſub Leone Decimo.lib.1.cap.7.nu.73.lib.3.cap.6.nu.472.lib.4. cap.9. nu.650.lib.5.cap.2.nu.697.& cap.13.nu.758.

PROVINCIALIA.

Concilium Carthaginenſe Tertiū. lib.2.c.3.n.274.&lib.3.c.16.n.566
Concilium Carthaginēſe dictumQuartum.lib.1.cap.2.nu.28.lib.2. cap.10. nu.302.
Concilium Carthaginenſe dictumQuintum.lib.1. cap.2. nu.28. lib.2.cap.3. nu. 276.
Concilium Carthaginenſe habitum poſt Conſulatum Flauij Stelliconis. lib.1.cap.2.nu.28.lib.2.cap.3.n.276.
Concilium Romanū quintum ſub Symmacho Papa.lib.2.cap.16.num.285. & 286.lib.5.cap.2.nu.695.
Concilium Vernis habitum ſub Pipino Francorum Rege.lib.2.cap.3.nu. 277.
Concilium Franfordienſe tempore Caroli Magni.lib.2.cap.16.n.38. & 87.
Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludouico Pio Imperatore.lib.5.cap.1.num. 418.& cap.10.nu.508.
Concilium Pariſienſe ſub Ludouico,& Lothario Impp.lib.1.cap.8.num.87. lib.5.cap.4.nu.712.lib.5. cap.13.nu. 757.
Concilium Toletanum Decimum. lib. 3.cap.2.nu.429.
Concilium ſub Carolo Iuniore Francorum Rege.lib.4.cap.9. nu.650.lib.5. cap.4.nu.712.
Concilium Moguntiacenſe tempore Arnulphi Imp.lib.1.cap.8.nu.87.
Concilium Colonienſe noſtra tempeſtate celebratum ſub Adolpho Archiepiſcopo.lib.2.cap.3.nu.277.

CARDINALES.

Petrus Damianus Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis.lib. 2.cap.5.n.283. lib. 3. cap. 6. num. 471.
Guitmundus Card. Archiepiſcopus Auerſanus.lib.4.cap.14.nu.681.
Bertrandus Card, Epiſcopus Eduenſis. lib.2. cap.8 nu.[illegible] lib. 3. cap.4 numero.441
Ioannes à Turrecremata. lib. 2. cap. 8. nu.296.cap.17. nu.390.
Toletus.lib.1.cap.2.nu.27.lib.2.cap.15 nu.378.
Baronius. lib.2. cap.10.num.304.lib.4. cap.5.nu.619.

PATRIARCHAE.

S. Ignatius martyr. lib.1. cap.7.num. 79.
Cyrillus Alexandrinus. lib.3.cap.10.n. 512. lib. 4. cap.8.nu.643.& 645.lib. 5.cap.13.nu.760.& 761.
Ioannes Epiſcopus Hieroſolymit. lib.4 cap.10.nu.652.
Chryſoſtomus lib.1. cap.8. nu.91. lib. 2.cap.6.nu.288.cap.11. n.349. lib.3. cap.2.nu.429.& 430.lib.3. cap.4.nu. 439.lib.5.cap.5.nu.718. & 719.cap. 6.nu.723.& cap.7. nu.728.

EPISCOPI SEV Archiepiſcopi.

Auguſtinus. lib.1.cap.2.nu.28.33. & 34. & cap. 8. num. 83.lib.2. cap. 4. num. 278.279. & 280. lib.3. cap.5.nu.446. & cap.6. nu.466.467. 468.& 469. lib.5. cap.6. nu. 723. & cap.7.nu.730.
Ambroſius.lib.1.cap.8.num.87. & cap. 11.nu.112. & 113. lib.2.cap.1.num. 348. lib.3.cap.14.nu.547. lib.5. cap. vlt.nu.793.
Baſilius Magnus.lib.2. cap.6.num.289. lib.5.cap.5. num.719. & cap.13. nu. 761.
Epiphanius lib. 1. cap. 7. num. 81.& cap. 23. n.226. lib.2.cap.11.nu.341. & 349.lib.5.cap.5.nu.617.& 618.

Optatus.

Optatus Mileuitanus lib. 1. cap. 1. num. 16.
Poſſidius. lib.2.cap.5.nu.282.
Primaſius lib. 2. cap. 11. num. 348. cap.17.num.288.& 289. lib. 3. cap. 10. num. 509. & 510. lib.3. cap. 14. nu. 547.
Fulgentius. lib.1.cap.8.nu.86.
Gregorius Nyſſenus . lib. 2. cap. 7. nu.82.
Theodoretus. lib.2.cap.6. nu.288. cap. 11.n.349.lib.3.c.4.n.439.et ſeqq. li. 5.cap.5.nu.719.& cap.6. nu.723.
Remigius.lib.2.cap.5.nu.28. lib.3.cap. 10.num.510.lib.5.cap.3.nu.705.
Anſelmus. lib.2.cap.1. nu.226.cap.5.n. 285.& 286.cap.11.n.348.lib.3. cap. 14.nu.547.
Proſper. lib.1.cap.1.num.17. & cap. 8. num.87.
Cyprianus. lib.5.cap.8.n.83. lib.2.cap. 5.nu.287. lib.3. cap.2.nu.431. lib.5. cap.13. nu.758.& 759.
Aymo. lib.3.cap.14.nu.548.
Arethas.lib.3.cap.13.num.548.& 549. lib.4.cap.6.nu.626.& 628.
Rabanus. lib.3.cap.10. num.511.lib.4. cap.3.nu.599.lib.5. cap.11. nu. 746. & 747.lib.5.cap.13.nu.759.& 760.
Iuo. lib. 1. cap.18.nu.193.

ALII LATINI Patres.

HIeronymus. lib.1.cap.7.nu.81.& cap.11. num.113.lib.2.cap.11. nu.341.& 349. lib.3. cap.4. nu.434. lib.4.cap.8.nu.643.
Caſſiodorus.lib.2.cap.18.nu.419.
Arnobius.lib.3.cap.2.nu.431.lib.4.cap. 5.nu.617.
Lactantius.lib.1.cap.8.num.86.cap.11. nu.113.
Beda.lib.1.cap.11.nu.113.lib.2. cap.5. nu.283.& cap.17.nu.389. lib.3. cap. 10. nu.511.& cap.14.nu.547.
Petrus Abbas Cluniacenſis. lib. 4. cap. 10.nu.651.
Bernardus.lib.1.cap.1.nu.16.& cap.21. nu.227.lib.2.cap.5.num.283.& 284. lib.3. cap.6. nu.470.
Ambroſius Ansbertus. lib.2. cap.17.n. 387.lib.3.cap.14.nu.547.& 548.
Tichonius.lib.3.cap.14.nu.547.
Petrus Bleſenſis.lib.3. cap.10. nu. 510. lib.4.cap.10.nu.651.
Rupertus Abbas. lib.3.cap.14. nu.547. lib.5.cap.3.nu.705.
Ricardus S. Victoris. lib.3. cap.14.nu. 547.
Bruno lib.2.cap.5.nu.286.

ALII PATRES Graci.

PRocopius Gazæus. lib.2. cap.7. nu. 290.lib.3.cap.10. nu. 513. lib.4. cap.2.nu.589.& 590.
Didymus. lib.3.cap.10.nu.511.
Origenes. lib.1.cap.1. nu.15. & cap.7. nu.81.lib.3.cap.2.nu.430.
Aponius. lib.3.cap.2.nu.430.
Clemens Alexandrinus. lib. 1. cap.11. nu.114.
Ephrem Syrus. lib.2.cap.17.nu.390.
Oecumenius lib. 2. cap.7. nu.291. lib. 3.cap.10. nu.513.

THEOLOGI.

D. THomas.lib.1. cap.1. num.19. & cap.2.nu.24.25.26. 31.33.& 37.& cap.7.nu.73.& cap.18.nu.174. lib.2.cap.8.nu.292.& 293.& cap.17 nu.390.lib.3.cap.10. num.514.lib.4. cap.10.nu.653.cap.14.nu.683.lib.5. cap.2.nu.692.& 697.
S. Bonauentura. lib.1.cap.2. num.26.& cap.18.nu.174.lib.2.cap.11.nu.341. & 349.
Riccardus.lib.1.cap.2.nu.27.lib.3.cap. 7.nu.473.lib.5.cap.10.nu.743.
Henricus.lib.1.cap.2.num.27. & 31.& cap.21.nu.220. lib.2. cap.8. nu.293. lib.5.cap.13.nu.761.
Petrus Paludanus.lib.1.cap.2.nu.27.

Egidius lib.1.cap.2.num.27. & cap.18. num.174.lib.2.cap.17.num.390.lib. 3.cap.7.num.473.lib.4.cap.10.num. 654.
Franciſcus Mayro lib.1.cap.2.n. 27. & 31.lib.2.cap.8.n.294. lib.3. cap.7.n. 474.lib.5.cap.7.n.692.
Ioannes Baccon.lib.1.cap.2.n.27.lib.2. cap.17.n.390.lib.5.cap.13.n.761. & 762.
Hugo Abbas S.Victoris lib.1.cap.18.n. 174.lib.2.cap.11.n.349.lib.3.cap.6. n.471.& 472.
Alenſis lib.1. cap.2. n.32. & cap.18.n. 174.lib.3.cap.7.n.472.lib.4. cap.20. n.653.
Petrus Lombardus Sent.Mag.lib.2.cap. 8.n.294.& cap.11.n.349. lib.3. cap. 10.n.515.
Albertus Magnus lib.1.cap.7.n.77.lib. 5. cap. 2. num. 693. & cap. 3. num. 705.
Durandus lib.3.cap.4.n.440.lib.4. cap. 14.n.684.
Carthuſianus lib.1. cap.2. n. 27. lib.2. cap.8.n.296.lib.3.cap.14.n.549.lib. 4.cap.14.num.684.lib.5.cap.6.num. 724.
Guglielmus Antiſiodorenſis lib.3. cap. 7.n.475.
Franciſcus Ferrarienſis lib.1. cap. 2.n. 27. & cap.3. n.44. & lib.5. cap.1. n. 692.
Petrus Tartaretus lib. 3. cap. 7. num. 475.
Dominicus Martinus Pereſius lib. 2. cap.8.n.294.
Liranus lib.3.cap.14.n.549.
Ruardus Taper lib. 4. cap. 8. num. 645.
Nicolaus Sanderus lib. 2. cap. 8. num. 294.
Leo Caſtrenſis lib.4.cap.2. num.592.
Gilbertus Genebrardus lib.2. cap.8. n. 295.lib.5.cap.6.n.224.
Benedictus Ariamont. lib.2. cap. 8. n. 295. lib.5.cap.3.n.706.
Ambroſius Catherinus lib. 3. cap.7.n. 475.

CANONISTAE.

INnocentius lib.1.cap.2. n.23. lib.2. cap.17.nu.390.lib.5.cap.13. num. 762.
Ioannes Andreas lib.1.cap.2.n.24.
Ioannes a Lignano.lib.1. cap.2.nu.24.
Hoſtienſis lib.1.cap.2.n.24.& 32.lib.2 cap.17.n.390.
Abbas lib.1.cap.2.n.24.lib.2. cap.8.n. 29.& cap.17. nu. 390. lib. 3. cap.7. num.475.lib.5.cap.13.num. 762. & 763.
Archidiaconus lib.2.cap.8.n.296. cap. 17.n.390.
B.Antoninus lib.1.ca.2.n.24.& 32. lib. 3.cap.6.n.472.
B.Ioannes a Capiſtrano lib. 4. cap. 14. n.686.
Syluester lib.1.cap.2.n.32.
Cæteri Canoniſtæ lib.1.cap.7. nu.78. lib.2.cap.8.num.296. lib.2. cap.11. num.350.lib.3.cap.4. num. 441. lib. 4.cap.10.num.654.lib.5. cap.14. nu. 762.
Iuriſperitorum Princeps Bartholus lib. 4.cap.14.num.685.

HISTORICI.

MArianus Scotus lib.1.cap.21.nu. 220.& 221.
Lambertus lib.1.cap.21.num.221.
Regino lib. 1. cap. 21. num. 220. & 221.
Paulus. Diaconus lib. 1. cap. 21.num. 221.
Otto Friſingenſis lib.1.cap.21.nu.221. lib.4.cap.14.num.
Albertus Crantius lib.1.cap.21.n.221. lib.3.cap.7.num.475.
VVernerus VVſtphalus lib. 1. cap. 21. num.220.
Aimoinus ſeu alius inter eius opera. lib.1.cap.21.num.220. & 221.

PHI-

INDEX.

PHILOSOPHI, ET aliј, ex quorum ſententia Eccleſiæ tribuenda eſſet Monarchia.

ZEno lib.1.cap.7.nu.76. & cap.10. nu. 105. & 106.
Plato lib.1.cap.7.num.76.& cap.10.nu. 106. & 107.
Ariſt. lib.1. cap.7. nu.76.& cap.10.nu. 107.& 108.
Iamblicus lib. 1. cap.10.nu.108.
Mercurius Triſmegiſtus lib.1. cap. 10. num.108.
Poſſidonius lib.1.cap.10.num.106.
Seneca lib.1.cap.10.num.6.
Speuſippus lib.1.cap.10.num.106.
Chryſippus lib.1. cap.10.nu.106.
Stoici lib.1.cap.10.num.106.
Diotogenes Pythagoreus lib.1. cap. 7. num.76.
Aegyptij & celebriores nationes lib.1. cap. 10. num. 107. & cap. 21. num. 114.
Romulus Rex lib.1. cap.8. num. 81. & 83.

INDEX

INDEX SECVNDVS PRAECIPVARVM

QVARVNDAM RERVM SEV Quæſtionum, quę ex parte tractantur, vel omninò abſoluuntur in hac Prima parte.

1 AN Chriſtus ſecundum humanã naturam fuerit rerũ omnium abſolutè poſt Deum Dominus lib. 1. cap. 23. latè lib. 2. cap. 11. num. 340. & cap. 15. num. 374. vſque ad 516. cap. 11. nu. 520. vſque que ad 381. lib. 3. c. 10. n. 504. vſq. ad 525. & cap. 14. num. 547. toto cap. lib. 4. cap. 5. nu. 614. 615. & 616. & cap. 6. num. 624. 625. & 626. cap. 9. ferè toto eo cap. & cap. 12. & 13. nu. 673. et 676. lib. 5. cap. 2. 5. & 7. num. 726.

2 An meritis mortis tale dominium acquiſiuerit. lib. 1. cap. 23. nu. 225. 226. & ſeqq.

3 Num vnione verbi ſit communicatum lib. 1. cap. 23. num. 230.

4 Exercuerit ne in vita mortali in terris, dum nobiſcum vixit lib. 4. cap. 6. nu. 629. & lib. 3. cap. 13. nu. 545.

5 An conueniens fuerit vt habeat & augeat ſuo modo meritum & dignitatem Chriſti lib. 3. cap. 7. nu. 481. & 482.

6 An, & cur raro exercuit lib. 1. cap. 23 num. 230. & 231.

7 Vtrùm determinatum ſit ab Eccleſia abſolutum rerum temporaliũ dominium conuenire Chriſto ſecundum humanam naturam aliquo modo. lib. 1. cap. 3. num. 43. & cap. 23. nu. 231.

8 Quis ſit finis Reipublicæ in lumine naturæ ſeu fidei. lib. 1. cap. 1. num. 19. cap. 4. nu. 45. & ſeqq. cap. 6. nu. 58. cap. 9. & ſeqq. præſertim nu. 104. & 105.

9 Suprema felicitas, ſeu actiua, ſeu contemplatiua, ſitne collocanda in bonis animi ſecundùm lumen rationis, & tanquàm in vltimo termino in Deo in locis modo adductis.

10 Finis hominis & reipublicæ an ſit idem lib. 1. cap. 5. nu. 52.

11 Reſpublica rectene diuidatur in Sacerdotes & magiſtratus, ſeu in regimen corporis & animi lib. 1. cap. 7. nu. 70. & 71. lib. 2. cap. 12. n. 353. & ſeqq.

12 An temporalis poteſtas bene diſtinguatur a ſpirituali, quod temporalis circa corpus & externa verſetur, ſpiritualis circa animam & ſpiritualia lib. 1. cap. 7. nu. 70. & 71. cap. 1. num. 12.

13 An finis proprius ſecularis poteſtatis totus ſit ſubiectus ſpirituali lib.

lib.1.cap.7.nu.71.& cap.20.num. 207.208. 209. & ſeqq. & ſparſim in toto opere.
14 Sacerdos ſitne ipſe caput totius Reipublicæ, ſeu diuinus cultus prima pars in Republica. lib. 1. cap.1. num. 15. & ſeqq. cap. 7. & ſeqq.
15 Regimen Monarchicum ſit ne optimum inter omnia regimina lib.1 cap.7.nu.75.& ſeqq.
16 Regna num magis durarint ſub vnius regimine & magis ſint dilatata.lib.1.cap.8.nu.85.
17 Principis ſecularis poteſtas num deſinita ſit, & tota circumſcripta a fine Reipublicæ ſupremo felicitate,quæ in bonis animi eſt lib. 1. cap.1.nu.13.& 14.cap.5.nu.51. & ſeqq.56.57.& ſeqq.
18 Debeatne agere omnia ad normã ſpiritualis poteſtatis è ſua ratione, vt omnẽ perfectionem a fine illius recipiat.lib.1.cap.1.nu.14.& cap. 5.nu.52.53.& ſeq.nu.67.68.& 71 & ſeqq.
19 An debeat magis dirigere ad Deũ, quàm ad cæteros fines, cũ in Deo tanquam in vltimo termino ſit humana felicitas lib.1.cap.1.n.87.& 8.& ſeqq. cap.5.nu.52.
20 Num ordo iſte temporalis poteſtatis ad ſpiritualia ſit intrinſecus cum homo cuncta naturali inclinatione agat gratia felicitatis lib. 1.cap.2.nu.31.
21 Conſideretur ne iſtud dominium in Republica veluti inſtrumentũ, & medium felicitatis,ſeu propter finem Reipublicæ qui in bonis animi eſt lib.1.cap.1.nu.20.22. 59. & 62.
22 Legene iuſtitiæ debeat ſecularis princeps omnia dirigere ad finem Reipub.nimirũ ad bona animi,ſeu ſpiritualia ſaltem implicite ex parte operis lib.1.cap.5.nu.50. & 51.cap.6.nu.67.
23 Quibus caſibus poſſit accipere temporalia a ſibi ſubiectis populis. lib.1.cap.5.nu.50.& 51.
24 An diminuatur quidquam de dominio regiæ poteſtatis, ſi omnino ſacræ poteſtati, ſeu ſanctæ Eccleſiæ ſubijciatur lib.1. ca.1. n.3. & c.5. nu.53.& 54.cap.18.num.193.cap. 24.nu.250.& ſeqq.
25 Qui impugnant temporale dominium Eccleſiæ num vnà ſimul impugnent regium lib. 1.cap.24.nu. 253.
26 Amplificeturne quoad temporalẽ felicitatem humanam naturalem, & ſupernaturalẽ per talem ſubiectionem Eccleſiæ, lib.1.cap.5.nu. 53.& ſeqq.cap.18.nu.193.cap.24. nu. 250.& ſeqq.
27 An etiam quoad apparentem externam felicitatem,lib.1.cap.5.num. 55.
28 Num intereant tandem Regna, quia nolunt eſſe ſubiecta Eccleſiæ lib.4.cap.8. nu. 641.& 643. lib.4. cap.13.nu.676.
29 Rerum temporalium regimen meliusne adminiſtratum ſit a ſacris poteſtatibus, quàm a ſecularibus, lib.1.cap.5.nu.53.& ſeqq.
30 Num minuatur quidquam perfectionis Euangelicæ, ſeu ſtatus epiſcopalis rerum temporalium communi dominio,lib.1.cap.1.nu.10. & ſeqq. lib.5. cap.17.num.785.& ſeqq.
31 Num proprio in locis modo adductis.
32 Sit ne Eccleſia a mundi initio gubernata regimine Monarchiæ, tanquam optimo, in omnibus, lib. 1.cap.7.nu.80.& 85.
33 An Chriſtus ita gubernandam relĩqueri, vt tranſtulerit regiam dignitatem,veluti ea eſt diſtincta a ſacerdotio in citatis modo locis, & toto ferè opere præſertim, lib. 2.cap.12.& ſeqq.lib.3. cap.1.& 2.
34 An per modum excellentiæ, an Miniſterij in Petrum tranſtulerit, & eius

Digitized by Google

eius ſucceſſores.lib.1.cap.2.n.37. & cap.23.nu. 231.

35 An illa regia dignitate Eccleſia ad omnia ſe extendat ad quæ ſe extendit princeps ſecularis. lib.1.cap.1.n.7. & 8. ac ſeqq.& c. 20.n.207.& ſeqq.toto fere opere.

36 Huiuſmodi Monarchia num tollitur quidquam de aliorum dominio,vel ſubordinetur,qua ſubordinatione perficiatur, lib. 1. cap.1. nu.3.cap.5.nu.53.& 54.cap.8. nu. 83.& 84.cap.24.nu.250.& ſeqq.

37 Num conueniat Eccleſiæ talis Monarchia iure diuino reuelato.toto ferè lib. 1. & toto opere.

38 An iure diuino reuelato & expreſſo in diuinis litteris.a lib.2.& deinceps præſertim,cap.12.& ſeqq. lib.3.cap.1.& ſeqq.

40 Num iure naturali,lib.1. cap.6.nu. 65.& ſeq.cap.8.& 9.& 12. 14. 18. 19.21.nu.215. & in alijs mox citandis.

41 Quo iure naturali. lib.1.et 31.ca.6 nu.67.& 68.cap.7.nu.69. cap.8.n. 83.& 84.& ſeqq.cap.9. & 12. 14. 15.18.19.& 21.lib.2.cap.16.num. 565.& ſeqq. lib.5.cap.vlt.nu.787. & ſeqq.

42 Vtrum tantùm in caſu neceſſitatis ſit exercenda talis poteſtas temporalis, lib.1.cap.21.num.215.& ſeq. lib.3. cap.16. num.566.lib.5. cap.vlt.nu.783.

43 An tantùm ratione lethalis criminis,ſeu rei lege naturali,vel diuina reuelata prohibitæ,lib.1.nu.3. & 4.& cap.1. nu.39. cap.5. nu.50. cap.11.nu.216. & ſeqq. lib.3. nu. 569.& ſeqq.lib.5.cap.vlt.nu.791. & ſeqq.

44 An etiam in ijs quæ veriſimili coniectura inducere poſſunt ad peccatum. in locis citatis.

45 An etiam vt in bono virtutis ſeu naturalis, ſeu ſupernaturalis conſeruemur vſque ad moralem quandam cautelam. locis citatis & lib. 3.cap.16.nu.552.

46 An leges temporales poſſit ſacra poteſtas condere pro bono vniuerſalis Eccleſiæ,lib.1.cap.21.nu. 221.lib.3.cap.16.nu.572. & ſeqq. & ſparſim in toto opere.

47 Num ſeculares puniri poſſint, ſi huiuſmodi regimini Eccleſiæ ſubeſſe noluerint nõ ſolum in foro pœnitentiæ, ſed etiam exteriore, lib.1.cap.22.nu.223.& ſeq. lib.3. cap.16.nu.572.lib.5.cap.vlt.num. 791.

48 Quibus caſibus Eccleſ. exercere talem punitiuam poteſtatem valeat,lib.1.nu.3.& 4. cap.6. nu.60. cap.21.nu.116.& ſeqq.cap.22.nu. 222.& lib.3. & 5. locis citatis.

49 An puniri in tali foro poſſint non ſolum pœnis ſpiritualibus,ſed tẽporalibus.lib.1.cap.21.nu.219. & ſeqq.lib.3.cap.16.num.574.lib.5. cap.vlt.nu.791.

50 An non derogando iuri tertio, vel iuſtis de cauſis poſſit transferri imperium.lib.1. cap. 21. nu.221. lib.3.cap.vlt.n.576.lib.5.cap.vlt. nu.799.& 800.

51 An tribuere titulos regios diuinitus tradita poteſtate poſſit Eccleſia.lib.1.cap.21.nu.220.& 221.

52 An ſupremum caput etiam in temporalibus eſſe Papam fuerit definitum aliquo modo. lib.5. cap.2. nu. 695.696.& 697.

53 An plura Regna non modo diuino, ſed etiam iure humano,ſeu donatione Principum ſecularium & ſpontanea ſubiectione populorũ ſint Eccleſiæ ſubiecta.lib.1.cap.1. nu.30.

54 Num decenti rerum externarum ſplendore facultate diuinitus data vti poſſint Eccleſiaſtici pro temporum diuerſitate maiore vel minore circa ſuam perſonam. lib. 1. initio.& num.2.lib.5.cap.1.num. 585.& 586.

55 An tali ſplendore vſa ſit Eccleſia

ab

Digitized by Google

ab Apoſtolorum temporibus, vel ipſi Apoſtoli ſint vſi. initio libri primi, et nu.3.cap.ij.nu.526.

56 Vtrum ſe immiſcere in bellis et armis poſſint Eccleſiaſtici.lib.3.ca.6.nu.466.et ſeqq.

57 An ſubeſſe debeant ſeculares principes in bellis mouendis ad nutũ Eccleſiæ. loco adducto.

58 Num poteſtas temporalis Eccleſiæ ſe ad infideles omnes extendat. lib.1.cap.1. nu.30. et ſeqq.cap.6. nu.67.lib.3.cap.vlt. n.575.et cap. 35.nu.552.lib.5.cap.vlt.nu.792.et ſeqq.

59 Pœnisne tẽporalibus ſint illi ſubiecti per Eccleſiæ regimẽ, vt priuari dominio poſſint, et quomodo, et quibus de cauſis. locis adductis et 423.et 795.

60 Num ita ſubijciantur iure diuino reuelato, vel naturali, vbi ſupra in locis citatis.

61 An per aliquod ſint ita ſubiecti, quod in ipſis infidelibus ſit, ſeu per aliquam naturalem inclinationem ad vltimum finem, quod pon dus naturæ ab aliquibus dicitur. lib.1.cap.6.nu.67. et 68.

62 An ſaltem per aliquid ſupernaturale, quod in illis deberet ineſſe. ibidem.

63 Fueritne Chriſti, et Apoſtolica inſtitutione in diuinis litteris expreſſũ tribunal iudicandi laicorũ hominum omnes ſeculares cauſas penes vnumquemque Epiſcopum in ſua Eccleſia.lib.2. ca.1.et ſeqq. præſertim num.302.303. et 304. lib.3.cap.3.et ſeqq.

64 An per huiuſmodi poteſtatem fuerit ſupremum tribunal in Dei Eccleſia non derogando iuri tertio, aut legitimo dominio, et recto vſui ſecularium, principum aut ceterorum laicorum hominum in in ſua Eccleſia.locis modo relatis.

65 An ex ſanctis Patribus, et Concilijs, et hiſtorijs ſit manifeſtum tale tribunal iudicandarum litium. ibidem, et lib.1.cap.1. n.15.et 16. et cap.2.nu.28.

66 An ſtabilitum ſit Principum ſecularium ſtatutis contra eos, qui impugnare illud vellent, non tamẽ datũ ſimpliciter, in relatis locis, et lib.1.nu.5.et cap.1.nu.15.

67 Quibus de cauſis fuerit intermiſſum.lib.2.cap.3.nu.276. c.8.296. et c.10.n.302.

68 Teneaturne Prælatus ad correctionem lege non ſolum charitatis, ſed iuſtitiæ, vt punire poſſit circa omnia delicta ſubiectos ſibi laicos.lib.3.cap.5.nu.444. et 445.

69 An vt conuinceretur per teſtes in iudicio Eccleſiaſtico reus poſſet puniri per Eccleſiaſticos.lib.3.cap.3 num.436.

70 An Apoſtoli vſi fuerint inſigni regiæ poteſtatis.lib.3.cap.ij. n.526. et lib.2.cap.2.nu.270.

71 An prælatus debeat lege iuſtitiæ inquirere peccata ſubiectarum ſibi ouium, quò corrigat.lib.3. cap. 5.nu.445.

72 An paſcere debeat etiam temporali ſubſidio.lib.5.cap. 1.n.15.et 19. lib.3.cap.1.et 2.

73 An concludatur ex eo, quod Pontifex ſit ſupremus Hierarcha in ſpiritualibus, eſſe ſupremum etiam Monarcham in temporalibus.lib. 1.cap.6.et cap.20. num.207. 208. 209.210.et ſeqq. lib.2. cap.1.

74 An ex eo quod quilibet Epiſcopus ſit Hierarcha in ſua Eccleſia, ſit etiam Monarcha ſuo modo. in locis adductis.

75 Vtrum promiſſione & collatione principatus Apoſtolici ſit Petro à Chriſto ſuprema data non ſolum ſacerdotalis, ſed regia poteſtas. lib.2.cap.12.13.15.& ſeqq. lib.3. cap.1.& 2.

76 An per Chriſtum in Eccleſia reparatus

Digitized by Google

ſtatus ſit temporalis thronus Dauid.lib.4. per multa capita, & lib. 2.cap.14.n.369.& 370.
77 An ſit iſte thronus trãſlatus ad Eccleſiæ præſules,& ſummum totius Eccleſiæ præſulem Papam, Petri ſucceſſorem. in locis relatis.
78 Vtrum dilatatus ſit & amplificatus vbique gentium & locorum. ibidẽ præſertim. nu.581.
79 An ſuccedat Eccleſiaſtica poteſtas vice Chriſti non ſolum in ſacerdotio,ſed etiam in Regno. lib. 1. cap.1.nu. 15, 16. & ſeq.lib.2.cap. 12.nu.353.& ſeqq.lib.3. cap.1. & 2.lib.4.cap.9. & 10. lib.4. cap.13. & ſeq.lib.5.cap.1.& ſeq. & cap.2. nu.694.& ſeq.cap.3. n.701.& ſeq. cap.5.nu.716.& ſeq.& cap.6.& 7. & cap.13.nu.7.& nu. 795. & 796. & 797.& ſeq.
80 Quibus vaticinijs prædictum ſit fore coniunctum regnum cum ſacerdotio in Eccleſia,vt penes vnam, & eandem perſonam foret. lib.2. cap.11.num.340. 341.342. & ſeq. lib.5. cap.1.2. & 3. & ſeqq. lib. 4. cap.12.& 13.lib.5.cap.1.2.3.5. 6. & 7.
81 An quilibet clericus ſit immunis à foro laico quoad perſonam,et res. lib.2.cap.3.et cap.12.nu.537.
82 An poſſit a Laicis aſtringi in neceſſitatibus Reipublicæ tempora libus communibus.lib.1.cap.7.nu. 72.& 73.
83 An magis ſtandum Eccleſiæ iudicio in temporalibus, niſi expreſſe errare Eccleſiaſticum conſtet.ibidem,& lib. 1. cap. 2. initio et toto opere ſparſim. cap.7. nu.72.et 73.
84 An decimæ ſint de iure diuino.lib. 1.cap.6.nu.60.et lib.2.cap.11. nu. 342.et lib.5.cap.15. nu.766.
85 Num pluſquam decimæ tribuendæ in noua lege.ibidem.
86 Fuiſſetne in ſtatu innocentiæ regimen Reipublicæ politicum.lib.1. cap.2.nu.40.
87 Vtrum in natura lapſa viribus naturæ poſſit homo omne verum naturale aſſequi, et bonum rationis ſine admiſtione oppoſiti abſque ſupernaturali auxilio.lib.1. cap.6. num.64.
88 An etiam ſi in puris naturalibus cõſideretur non viciata natura. ibid. nu.68.et 69.
89 An ſimpliciter beatus perfecta beatitudine naturali ſine ſupernaturali auxilio poſſit. ibidem.
90 An Deus naturali dilectione, et naturæ iure amandus ſit ſuper ſe, et ſuper omnia.lib.1.cap.14.nu.127. 128.129. et ſeqq.
91 An finis et principium rerum omnium cognoſcatur lumine naturæ lib.1. cap.8. nu.87. cap.12.13.14. et 15.
92 An lumine naturæ cognoſcantur externa creata eſſe propter hominem, hominem propter Deum.in locis adductis præſertim.nu. 153. et 154.et 155.
93 Sint ne cauſa efficiens, et finalis connexæ.lib.1.cap.8.nu.88.
94 An Deum cuncta ſuo modo diligant, ſuper ſe,et ſuper omnia.lib. 1.cap.14.15.16.et 17.
95 An omnia referenda ad Dei cultum ſaltem habitu, ſi non actu. lib. 1. cap.6.nu.59.et 67. cap.18. nu.87. et 88.
96 An Deum prouidere rebus humanis ſit lumine naturali notum. locis citatis.cap.12.nu.122.
97 An inuocatio diuini nominis ſit de ſubſtantia inſtrumenti.lib.1.cap. 8.nu.89.
98 An Pontifex errare poſſit in vniuerſali regimine circa mores, et ea,quæ ſunt æternæ veritatis. lib. 1.cap.8.nu.83.et 84.lib.2.cap.14. nu.368.et 369.
99 Num ſit ſupra Concilium vniuerſale,vt nulli ſubſit,excepta cauſa hæreſis.

reſis.lib.1.cap.5.nu.56. lib.3. cap. 14.nu.386.
100 An ſuum repetere in iudicio dero get perfectioni Euangelicæ. lib.2. cap. 1. nu. 260.& 337.
101 An fraterna correctio ſit facienda, vt cadat ſub præceptum. lib.3. cap.3.nu.435.
102 Ad quos ſuas epiſtolas Petrus ſcripſerit. lib. 3. cap. 12. nu. 531. et 532.
103 An Moyſes fuerit Princeps et ſacerdos.lib.5. cap.10. num.740. et ſeqq.
104 An penes Aaron et cæteros ſummos Pontifices fuerit ſuprema Monarchia temporalis in Synagoga. lib.5. cap.11.12.13. et 14. et nu.776.et 777.
105 An Samuel fuerit Sacerdos. lib.5. cap.17.nu.778.et 779.
106 Nũ poſt captiuitatẽ Baby. ſumma rerum omnium fuerit penes Sacerdotes. lib.4.cap.3. num.594.et 595.
107 Fueritne aliquis de ſtirpe Dauid Rex poſt captiuitatem. lib.4. cap. 3.nu.594.et 595.
108 An Regnum quod defecit in tribu Iuda, deuenerit ad Chriſtũ iuxta vaticinium Iacob, Geneſ. 49. lib. 1. cap. 7. nu 80. et 81. cap. 23.nu.229.& lib.4.c.3.nu.599.
109 An Chriſtus iuxta humanam naturam non ſolum originem duxerit ex tribu Iuda, ſed etiam Leui. lib. 4. cap. 5. num. 614. et 615.
110 Num Machabæi fuerint ex tribu Leui vel Iuda. lib.4. cap. 7. num. 636.
111 Fueritne ſubiectum in Synagoga regnum ſacerdotio. lib.5. cap.16. nu.770.761.et ſeqq.
112 An vita actiua poſtponenda ſit cõtemplatiuæ, ſitq; contemplatiuæ ſubiecta. lib.1.cap.9.nu.96.97.99. 100.110.111.121.122.
112 Num ſit nobilior potentia intellectus, an voluntas. lib. 1. cap. 9. nu. 99.100.
114 Vtrum beatitudo eſſentialiter ſit in actu intellectus in viſione Dei, conſecutiue in voluntate, in fruitione ſummi boni. lib. 1. cap. 12. num. 121. 122. et 123. cap. 15. et 16.
115 Sitne Theologia vere ſapientia, et omnes illi velut ancillæ ſint humanæ ſcientiæ ſubiectæ. lib. 1. cap. 10. num. 109. 110. 111. et ſeqq.
116 An ſit in homine naturalis appetitus, ſeu inclinatio ad vltimum finem Dei viſionem. lib.1.cap.6. num. 65. & 66.cap.12. et 13.num. 126.
117 An naturali inclinatione omnia agat homo propter beatitudinem, vt neceſſario illam appetat. lib. 1. cap.12.13.& 14.lib.5.cap. vlt.nu. 796.
118 Sit ne verum & legitimum dominium inter Ethnicos, & à fide alienos. lib. 1. cap. 2. num.34. et 35.et cap.6.nu.67.
119 Leges Principis ſecularis quatenus ſubiectos obligent. lib. 1. cap.5.num. 50. lib.5. cap.4. num. 708.
120 An omnem regulam tales leges accipiant a ſpiritualibus, ſeu a bonis animi, in quibus eſt finis Reipub. felicitas, et conſequenter a ſpirituali poteſtate, quæ menſuratur tamquam a propria materia et proprio fine a ſpiritualibus, de quibus agere eſt illius ex officio. lib.1.cap.2. num.31. 35. et 36. et cap.4.num.47. et 48. cap.5. num. 50.51.et 52.cap.6.num.59.65.66. et 67.et ſeqq.et num.71. et ſeqq. cap.8.nu.87.88.et ſeq. cap.12.nu. 118.et 119.et ſeqq. cap.14. num. 153. 154. et ſeqq. cap. 18. 19. et 20.

Digitized by Google

121 An etiam tamquam a prima regu la a lege æterna normam ſumere debeat princeps ſeçularis in feren dis legibus, quo bonos ſeruet in Reipub. regimine. locis modo adductis præſertim. nu.83. & 84.

122 Constitutiones Clementis Papæ, ſintne reuera Clementis, an alterius, ſicuti epiſt. ad Iacobum fratrē Domini, et aliæ antiquorum Pontificum epiſtolæ. lib.2.cap.10.nu. 338. et numero 339.

123 An res Eccleſiaſticæ etiam cum ſcandalo alterius repeti poſſint, ita vt ſi huius rei gratia Eccleſiaſtici vitam profundant, ſint martyres dicendi. lib.2. cap.10. num. 337. et 338.

124 Num de ratione legis ſit vis coactiua. lib.1.cap.5.nu.50.&cap.22. num.222. lib.5. cap.4. nu.714. et cap.15.nu.766.

INDEX

Digitized by Google

INDEX TERTIVS LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ.

GENESIS.

Cap.1. CRESCITE, & multiplicamini, & replete,&c. Dominamini piſcibus maris, et volatilibus cœli,et vniuerſis animātibus,&c. num. 447

Cap.1. In quacunque hora comederitis,morte moriemini. 484

Cap.1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona. 206

Cap.3. Sub te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius. 198

Cap.40. Accidit vt peccarent duo Eunuchi Pincerna Regis Aegypti, et Piſtor Domino ſuo. 446

Cap.41. Quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinens ſomnium,firmitatis inditium eſt, eo quod fiat ſermo Dei, et velocius impleatur. 41

Cap.42.Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum. 446

Cap.49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, et ipſe erit expectatio gentium.81. 226.599.635.

EXODI.

Cap.6. DIliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo,&c. 172

Cap.19.Regnum ſacerdotale,gens ſancta. 115.116.117.118.et 119

Cap.22.Dijs non detrahes, et principi populi tui non maledices. 753

Cap.28.Pones autem in rationali Iudicij doctrinam et veritatem. 781

NVMERI.

Cap.27. ELeazar ſacerdos conſulet Dominum, et ad verbum illius ingredietur, et egredietur ipſe, et omnes filij Iſrael. 376. 744. vſque ad 747

LEVITICI.

Cap.8. APtauit rationali, in quo erat doctrina, et veritas. 781.

Cap.10. Vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum,&c. 782

DEVTERONOMII.

Cap.4. VOs autem tulit Dominus, et eduxit de fornace ferrea Aegypti. 551

Cap.16. Iudices et magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis.249

Cap.17.Si difficile, et ambiguum apud te iudicium, &c. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, &c. 748. et ſeqq. vſque ad 768.

Cum

Digitized by Google

Cap.17. Cum ſederit Rex in ſolio regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius, &c. 773
Cap.19. Stabunt ambo, quorum cauſa eſt ante dominum in conſpectu ſacerdotum, &c. 270.436
Cap.21. Aſcendentq. ſacerdotes filij Leui, quos elegit Dominus, &c. ad verbum eorum omne negocium pendet. 752.753

IOSVE.

Cap.9. SVſceperunt de cibarijs eorũ, et os Domini non interrogauerunt. 751
Cap.vlt. Deus ſanctus fortis. 374

LIB. REGVM I.

Cap.2. SVſcitabo mihi ſacerdotem fidelem. 788.789
Cap.8. Non te ſpreuerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. 518. 758. et 771.
Cap.13. Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mãdata Domini Dei tui. 779
Cap.24. Applicate huc vniuerſos angulos populi. 362
Cap.28. Conſuluitq. dominum, et non reſpondit ei. 783

Regum 2.

Cap.7. SVſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, et firmabo regnum eius, et ipſe ædificabit domum nomini meo. 624.et 625.

Regum 3.

Cap.3. VT adimpleretur ſermo Domini, quem loquutus eſt ſuper domum Heli. 773

Regum 4.

Cap.17. PRoiecit Dominus omne ſemẽ Iſrael, et afflixit eos, &c. Translatusquè eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios vſque in diem hanc. 607.734

PROVERBIORVM.

Cap.8. PEr me Reges regnant. 113. 116.et 117.
Cap.9. Miſit ancillas ſuas, vt vocaret ad arcem. 100
Cap.16. Vniuerſa propter ſe operatus eſt Dominus. 125

CANTICORVM.

Cap.4. TOta pulchra es amica mea, et macula non eſt in te. 646.733.

IOB.

Cap.3. QVod verebar accidit. 372.
Cap.17. Infernus domus mea eſt. 368

PSALMORVM.

Pſal.2. POſtula a me, et dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, &c. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, &c. 230.364.415.512 530.550.591.597.600.660.680 683.
Pſal.8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. 257.288.547.648
Pſal.22. Dominus regit me. 415
Pſal.28. Afferte Domino filij Dei, afferte

ferte Domino filios arietũ. 228
Pſal.39.Expectans expectaui dñm. 737
Pſal.44.Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. 387
Pſal.44.Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato. 515
Pſal.44.Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij cõſtitues eos principes ſuper omnem terram. 290.512.584.& 599.618.622. et 623. et 716. et ſeq. vſque ad 720.
Pſal.46.Subiecit populos nobis,& gentes ſub pedibus noſtris. 721. et ſeq. vſque ad 725.
Pſal.48.Homo cum in honore eſſet, nõ intellexit,comparatus eſt iumentis inſipientibus,et ſimilis factus eſt illis. 250
Pſal.71.Reges Tarſis et inſulæ munera offerent,Reges Arabum et Saba dona adducent. 629
Pſal.81.Ego dixi,Dij eſtis. 505
Pſal.88. Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, et vſque in æternum præparabo,&c. 580.611.612.et ſeqq.
Pſal.98. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. 741
Pſ. 109. Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis. 228
Pſal.109. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech 340.511.513.725. & ſeqq. vſque ad 731.
Pſal.117.Circumdantes circumdederũt me. 737
Pſal.121. Hieruſalem quæ ædificatur, vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum, &c. Quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid. 366. 731. & ſeqq. ad 739.
Pſal.131. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. 617. & ſeqq.

ESAIAE.

Cap.1. Reſtituam iudices tuos ſicut prius. 86
Cap.7.Nũciauerũt domui Dauid. 409.
Cap.8.Accelera,ſpolia,detrahe. 688
Cap.9.Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & roboret in iudicio,& in iuſtitia,&c. 587.588.589
Cap.16. Præparabitur in miſericordia ſolium. 589.& 690
Cap.22. Vocabo ſeruum meum Eliaeim,&c. dabo clauem Dauid ſuper humerũ eius,& aperiet & nõ erit qui claudat,&c. 379.& 380.
Cap.28.Ponam in fundamentis Sion lapidem probatum. 524
Cap.31.Cuius ignis in Sion. 382
Cap.38.Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. 368
Cap.49.Erunt Reges nutritij tui,& Reginæ nutrices tuæ,& vultu in terram demiſſo adorabũt te,&puluerẽ pedũ tuorũ lingẽt. 639. et ſeq.
Cap.60.Aedificabũt filij peregrinorum muros tuos,& reges earum miniſtrabũt tibi,&c.vſq.ad ea verba, Gens &regnũ quod tibi non ſeruiet,peribit. 366.639.& ſeq.704
Ibidem. Ponam viſitationem tuam in pace,& Præpoſitos tuos in iuſtitia. 593.& 645

HIEREMIAE.

Cap.1. Conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas,deſtruas,&c. 428.648.& ſeqq.
Cap.17. Ecce aquæ aſcendent ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans. 688
Cap.18.Repente loquar aduerſus gentem,& aduerſus regnũ, vt eradicem,& deſtruam,& diſperdam illud; ſi pænitentiam egerit gens illa a malo ſuo, quod loquutus ſum aduerſus eam, agam & ego pænitentiam. 659
Cap.22. Nec erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iſrael. 595.694. & ſeqq. per multa ca-

Digitized by Google

Cap.17. Cum ſederit Rex in ſolio regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius, &c. 773
Cap.19. Stabunt ambo, quorum cauſa eſt ante dominum in conſpectu ſacerdotum, &c. 270.436
Cap.21. Aſcendentq. ſacerdotes filij Leui, quos elegit Dominus, &c. ad verbum eorum omne negotium pendet. 752.753

IOSVE.

Cap.9. SVſceperunt de cibarijs eorũ, et os Domini non interrogauerunt. 751
Cap.vlt. Deus ſanctus fortis. 374

LIB. REGVM I.

Cap.2. SVſcitabo mihi ſacerdotem fidelem. 788.789
Cap.8. Non te ſpreuerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. 518. 758. et 771.
Cap.13. Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mãdata Domini Dei tui. 779
Cap.14. Applicate huc vniuerſos angulos populi. 362
Cap.28. Conſuluitq. dominum, et non reſpondit ei. 783

Regum 2.

Cap.7. SVſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, et firmabo regnum eius, et ipſe ædificabit domum nomini meo. 624.et 625.

Regum 3.

Cap.3. VT adimpleretur ſermo Domini, quem loquutus eſt ſuper domum Heli. 773

Regum 4.

Cap.17. PRoiecit Dominus omne ſemẽ Iſrael, et afflixit eos, &c. Translatusquè eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios vſque in diem hanc. 607.734

PROVERBIORVM.

Cap.8. PEr me Reges regnant. 113. 116.et 117.
Cap.9. Miſit ancillas ſuas, vt vocaret ad arcem. 100
Cap.16. Vniuerſa propter ſe operatus eſt Dominus. 125

CANTICORVM.

Cap.4. TOta pulchra es amica mea, et macula non eſt in te. 646.733.

IOB.

Cap.3. QVod verebar accidit. 372.
Cap.17. Infernus domus mea eſt. 368

PSALMORVM.

Pſal.2. POſtula a me, et dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, &c. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, &c. 230.364.415.511 540.550.591.597.600.660.680 683.
Pſal.8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. 257.288.547.648
Pſal.22. Dominus regit me. 415
Pſal.28. Afferte Domino filij Dei, afferte

ferte Domino filios arietũ. 228
Pſal.39.Expectans expectaui dñm. 737
Pſal.44.Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. 387
Pſal.44.Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato. 115
Pſal.44.Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij cõſtitues eos principes ſuper omnem terram. 290.512.584.& 599.618.622. et 623. et 716. et ſeq. vſque ad 720.
Pſal.46.Subiecit populos nobis,& gentes ſub pedibus noſtris. 721. et ſeq. vſque ad 725.
Pſal.48.Homo cum in honore eſſet, nõ intellexit,comparatus eſt iumentis inſipientibus,et ſimilis factus eſt illis. 250
Pſal.71.Reges Tarſis et inſulæ munera offerent,Reges Arabum et Saba dona adducent. 629
Pſal.81.Ego dixi,Dij eſtis. 505
Pſal.88. Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, et vſque in æternum præparabo,&c. 580.611.612. et ſeqq.
Pſal.98. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. 741
Pſ. 109. Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis. 228
Pſal.109. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech 340.511.513.725. & ſeqq. vſque ad 731.
Pſal.117.Circumdantes circumdederũt me. 737
Pſal.121. Hieruſalem quæ ædificatur, vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum, &c. Quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid. 366. 731. & ſeqq. ad 739.
Pſal.131. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. 617. & ſeqq.

ESAIAE.

Cap.1. REſtituam iudices tuos ſicut prius. 86
Cap.7.Nũciauerũt domui Dauid. 409
Cap.8. Accelera,ſpolia,detrahe. 688
Cap.9.Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & roboret in iudicio,& in iuſtitia,&c. 582.588.589
Cap.16. Præparabitur in miſericordia ſolium. 589.& 690
Cap.22. Vocabo ſeruum meum Eliacim,&c. dabo clauem Dauid ſuper humerũ eius,& aperiet & nõ erit qui claudat,&c. 379.& 380.
Cap.28.Ponam in fundamentis Sion lapidem probatum. 524
Cap.31.Cuius ignis in Sion. 382
Cap.38.Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. 368
Cap.49.Erunt Reges nutritij tui,& Reginæ nutrices tuæ,& vultu in terram demiſſo adorabũt te,&puluerẽ pedũ tuorũ lingẽt. 639. et ſeq.
Cap.60.Aedificabũt filij peregrinorum muros tuos,& reges earum miniſtrabũt tibi,&c.vſq.ad ea verba, Gens &regnũ quod tibi non ſeruiet,peribit. 366.639.& ſeq. 704
Ibidem. Ponam viſitationem tuam in pace,& Præpoſitos tuos in iuſtitia. 593.& 645

HIEREMIAE.

Cap.1. COnſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas,deſtruas,&c. 428.648.& ſeqq.
Cap.17. Ecce aquæ aſcendent ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans. 688
Cap.18.Repente loquar aduerſus gentem,& aduerſus regnũ, vt eradicem,& deſtruam,& diſperdam illud; ſi pænitentiam egerit gens illa a malo ſuo, quod loquutus ſum aduerſus eam, agam & ego pænitentiam. 659
Cap.22. Nec erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iſrael. 595.694. & ſeqq. per multa ca-

Digitized by Google

ta capita.
Cap. 23. Suſcitabo ſuper eos Paſtores,&c. 296
Cap.23.Regnabit Rex, & ſapiens erit. 514.592.595.596.
Cap.33. Quia hæc dicit Dominus,non interibit de Dauid vir,qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael, & de Sacerdotibus & Leuitis non interibit vir a facie mea qui offerat holocauſtomata. 582.598. 599.600.601.602.

EZECHIELIS.

Cap.21. TV autem prophane impie dux Iſrael, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita,&c. donec veniat,cuius eſt iudicium,& tradam ei. 663.668
Cap.34.Quod infirmum erat,non conſolidaſtis,quod ægrotum non ſanaſtis. 218.219
Cap.34. Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, qui paſcet eas, ſeruũ meũ Dauid, &c. 603. 604. 605. 669. 670.
Cap.37. Sume tibi lignum vnum, &c. ſeruus meus Dauid ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium.666. & 667.

DANIELIS.

Cap.2. DOnec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus,& percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis,& fictilibus, &c. ſuſcitabit Deus cæli regnum. 671. 672. & ſeq. vſque 689.
Cap.7. Poteſtas eius poteſtas æterna. 226.

OSEAE.

Cap.1. COngregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter & ponent ſibimet caput vnum. 346. 599.687. & ſeqq. vſque 700. 771.

AMOS.

Cap.9. SVſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit,& rædificabo aperturas murorũ eius, &c. 580.605.606.607.& ſeqq.

MICHEAE.

Cap.4. REgnabit Dominus ſuper eos in Monte Sion ex hoc nunc & vſque in æternum. 627
Cap.4.Ex te mihi egredietur,qui ſit dominator in Iſrael. 630
Cap.5. Suſcitabimus ſuper eũ ſeptem paſtores, &c. paſcent terrã Aſſur in gladio. 415

SOPHONIAE.

Cap.3. SEruient ſub humero vno.78. 346.583.diſperſit gentes, & diſſipati ſunt anguli earum. 362.

ZACHARIAE.

Cap.4. NOli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi manſuetus,&c. 597.598.630
Cap.6. Ecce vir oriens nomen eius, & ſubter eum orietur,& ædificabit templum Domino, & ipſe portabit gloriã, & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo,& erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos. 365. 366. 700. 701. & ſeqq. 731.
Cap.10.Ex ipſo angulus,ex ipſo paxillus. 362.410

MA-

MALACHIAE.

Cap. 2. Labia Sacerdotis cuſtodiēt ſcientiam, & legem ex oeius requirent, quia Angelus Domini exercituum eſt. 290. & 707. & ſeqq. vſque ad 715.

MACHABAEORVM.

Lib. 1. Cap. 2. In diebus illis ſurrexit Matthatias filius Ioannis filij Simeonis ſacerdos, &c. 636

MATTHAEI.

Cap. 1. Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid. 615. 626

Cap. 5. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. 784

Cap. 5. Si te percuſſerit in vnam maxillam, &c. 495

Cap. 6. Quærite primū regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. 49. 54. 206. & 345.

Cap. 10. Qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. 561

Cap. 13. Quem acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus. 411.

Cap. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā ædificabo Eccleſiam meā, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorū: & quodcumque ligaueris ſuper terrā, erit ligatū & in cœlis; & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. 352. 353. per multa capita vſque ad nu. 650. & 657.

Cap. 17. Magiſter veſter non ſoluit didragma. 502

Cap. 18. Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt, &c. 91. 271

Cap. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe, &c. dic Eccleſiæ, ſi Eccleſiā non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. amen dico vobis, quæcunque alligaueritis, &c. 289. 434. vſq. 447. & 548

Cap. 19. Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam, &c. Quid me interrogas de bono, vnus eſt bonus Deus. 205.

Cap. 19. Sedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. 607 & 608.

Cap. 20. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, & qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur, ſuper quem vero ceciderit conteret eum. 362. 363. 364. & 365.

Cap. 26. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. 484

Cap. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. 226. 227. 389. 548. 633. 683.

MARCI.

Cap. 2. Sabbatum propter hominem eſt, & non homo propter ſabbatum; itaque Dominus, vt filius hominis etiam Sabbati. 201.

LVCAE.

Cap. 1. Dabit illi Dn̄s Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. 597. 625. & ſeqq. 632. 684. 685

Cap. 8. Quis me conſtituit iudicem. 28. 278. 279.

Cap. 8. Quæ eſt mater mea, & fratres mei? 232

Cap. 11. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. 78. & 81

Cap.12. Homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos. 232.& 249.
Cap.22. Quando miſi vos ſine ſacculo & pera, &c. Ecce duo gladij hic. at ille dixit, ſatis eſt. 448. vſque 503.
Cap.23. Inuenimus hunc ſubuertentem gentem noſtram prohibentem tributa dari Cæſari, & ſe Chriſtum Regem eſſe. 363

IOANNIS.

Cap.8. Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum; vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo. 232
Cap.10. Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. 419
Cap.10. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor. 16.430.692
Cap.11. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eũ, & venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem. 363.
Cap.11. Reconde gladium tuum in vaginam. 483.497
Cap.16. Simon Ioannis diligis me plus his? dicit ei, etiam Domine tu ſcis, quia amo te, dicit ei, paſce agnos meos. dicit ei iterum, &c. 414. vſque ad 433
Cap.17. Ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum. 81
Cap.19. Si de hoc mundo fuiſſetis, mundus, quod ſuum eſſet, diligeret. 232.
Cap.19. Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. 363. non habemus Regem niſi Cæſarem. 364.
Cap.20. Regnum meum non eſt de hoc mundo. 231.232.344

ACTVVM APOST.

Cap.6. Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. 563
Cap.10. Quis prohibere poteſt ne baptizentur hi, qui Spiritũ ſanctũ acceperunt, &c. 785
Cap.10. Surge Petre, occide & manduca. 410
Cap. Caliga te ſandalibus tuis. 476
Cap.12. Certiſſime ſciat ergo omnis domus Iſrael, quia Dominum, & Chriſtum fecit Deus hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis. 622
Cap.15. Reuertar & reædificabo tabernaculum Dauid, &c. 590.606
Cap.20. Poſuit Epiſcopos Spiritus ſanctus regere Eccleſiam Dei. 28

Ad Romanos.

Cap.1. Qvi cum Deum cognouiſſent, non ſicuti Deum glorificauerunt. 172
Cap.6. Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi facti eſtis iuſtitiæ. 251
Cap.6. Quomodo non omnia cum ipſo donauit. 288.547.552
Cap.8. Pro nobis omnibus tradidit filium ſuum. 63
Cap.9. Filij promiſſionis æſtimantur in ſemine. 699
Cap.12. Multi vnum corpus ſimus in Chriſto. 16.& 225
Cap.13. Principes non ſunt timori boni operis ſed mali, &c. Dei enim miniſter eſt vindex in eum qui male agit 46. ideo enim tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt. 51
Cap.13. Quæ a Deo ſunt ordinata ſunt. 49.
Cap.13. Non enim ſine cauſa gladium portat. 478
Cap.15. Erit radix Ieſſe qui exurget regere

gere gentes in eum gentes ſperabunt. 530.531

Ad Chor. 1.

Cap.1. NOn enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare. 563
Cap.2. Sapientiam loquimur inter perfectos. 95
Cap.3. Quid vultis in virga veniam ad vos? 38.729. Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare. 33
Cap.3. Omnia enim veſtra ſunt ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cæphas, ſiue mundus, &c. vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. 206.264.265.283.567
Cap.3. Spiritualis omnia dijudicat, & a nemine iudicatur. 265.293
Cap. . Vt ſapiens architectus fundamentum poſui. 268
Cap.4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. 265
Cap.4. Pro minimo eſt vt a vobis iudicer, aut ab humano die. 265
Cap.4. Iudicaui eum qui ſic operatus eſt, in nomine Dñi Ieſu Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti tradere huiuſmodi hominem ſathanæ in interitum carnis. 269
Cap.5. Iudicaui vt præſens cum qui ſic operatus eſt in nomine Domini Ieſu Chriſti. 262
Cap.5. Nonne de ijs quæ intus ſunt vos iudicatis? 263.266.281
Cap.6. Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum iudicari apud iniquos, non apud Sanctos? an neſcitis quia Sancti de hoc mundo iudicabunt, & ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis, neſcitis, quia Angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia? 256. per multa capita vſque ad 239.371.385.
Cap.9. Neceſſitas mihi incumbit, ac enim mihi eſt ſi non euangelizauero. 563
Cap.11. Omnis viri caput Chriſtus eſt, caput autem mulieris vir, caput vero Chriſti Deus, &c. Non creatus eſt vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. 201.

Ad Chor. 2.

Cap.10. ARma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, & conſilia deſtruentes omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentem omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentem vlciſci omnem inobedientiam. 116

Ad Galatas.

Cap.3. QVi ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ. 699
Cap.5. Vos in libertatem vocati eſtis, tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſeruite inuicem. 251

Ad Epheſios.

Cap.1. SEcundum operationem virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans eum a mortuis, & conſtituens ad dexterã ſuam in cœleſtibus ſuper omnem Principatum, & poteſtatẽ, & virtutem, &c. 229.698.726

Ad Philippen.

Cap.2. IN nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & in-

& infernorum. 228

Ad Coloſſenſes.

Cap.1. INſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis,& quæ in terris. 261.

Ad Titum.

Cap.1. AMplectentum eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. 95.712.

I. Ad Timoth.

Cap.1. SOli Deo honor;& gloria. 92

Cap.2. Vult omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire. 68.793

Cap.3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum,ad corrigendũ,&c. 95.

Cap.3. Vt ſcias quomodo oporteat in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viuentis columna & firmamentum veritatis. 84.368

Cap.4. Omnis creatura Dei bona eſt. 206.

Cap.5. Peccantes coram omnibus argue. 282

II. Ad Timoth.

Cap.2. NEmo militans Deo implicet ſe negotijs ſecularibus. 530.543.544.& 785.

Ad Hebræos.

Cap.1. EGo ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. 624

Ca.2. Minuiſti eũ paulo minus ab Angelis gloria & honore coronaſti eũ,& cõſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum;omnia ſubiciſti ſub pedibus eius. 229.340

Cap.1. Quem conſtituit hæredem vniuerſorum. 228.240

Cap.5. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum. 90

Cap.7. Neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech aliũ ſurgere ſacerdotem non ſecundũ ordinem Aaron dici, translato enim ſacerdotio neceſſe eſt, vt legis translatio fiat. 340

Cap.7. Intuemini autem quantus ſit hic cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha. 342

Cap.7. Hic autem eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. 343.344

Cap.7. Nihil ad perfectum adduxit lex introductio vero melioris ſpei per quam proximamus ad Deũ 344. Melius ſortitus miniſteriũ quanto melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus promiſſionibus ſancitũ eſt. 344

Cap.7. Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex. 350

I. PETRI.

Cap.2. DVces tanquam ab eo miſſos in vindictam malefactorum, laudem vero bonorũ. 46

Cap.2. Genus electum, regale ſacerdotium. 227.301.348.366.504. vſq. ad 546.590.689.760.417

Cap.2. Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem & honorificatum, &c. 366

Cap.2. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, &c. 537.

Cap.3. Diuinæ conſortes naturæ. 250

II. PETRI.

Cap.5. PAſcite, qui in vobis eſt, gregem. 550

IA-

IACOBI.

Cap. 4. Vnde bella, & lites in vobis. 337

IOAN. epiſt. 1.

Cap. 2. Filioli mei non diligamus verbo neque lingua, ſed opere, & veritate. 345

APOCALYPSIS.

Cap. 1. Ego ſum primus & nouiſſimus & viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuus in ſæcula ſæculorum, & habeo claues mortis, & inferni. 378

Cap. 1. Primogenitus mortuorũ & Princeps Regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo. 520.521.

Cap. 1. Qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem, dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, &c. 546. vſque 563

Cap. 3. Hæc dicit ſanctus, & verus, qui habet clauem Dauid, qui claudit, & nemo aperit, qui aperit, & nemo claudit. 377.378.381

Cap. 5. Quis eſt dignus aperire librum, & ſoluere ſignacula eius. 285

Cap. 5. Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes & regnabimus ſuper terram. 520.521

Cap. 19. Habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, Rex Regũ, & Dominus Dominantium. 228.415.550.

Cap. 21. & 22. Ego ſum α, & ω, initiũ, & finis. 125

605584

INDEX

Digitized by Google

INDEX QVARTVS ET GENERALIS RERVM.

A

ABDICATIO, propriarum rerum non eſt perſe ſūpta perfectio proprie loquendo, ſed via ad perfectionem. nu. 11.12.& 786
Abraham Melchiſedecho decimas, obtulit,& cuius rei ſit hoc typus. 342
Abſurda quæ ſequerentur niſi tribuatur ſupremum dominium rerum omnium non ſolum ſpiritualium, ſed etiam temporalium Pontifici, ſeu Eccleſiæ. 209.210.212.213.214
Actio Regis menſuranda ne ſit a fine Reipublicæ. 112
Actus quilibet humanus eſt implicite propter fœlicitatem, ideo ſubiectus ſpirituali poteſtati. 129.130. 133. 140. 205.
Actus & obiectum temporalis poteſtatis in Republica ſunt ſubiecta ſpirituali dominio. 32.194
Adam ante peccatum Deum coluit. 80
Adam in natura non vitiata habuit rerum omnium temporale dominium. 80.85.
Agens determinatur a fine. 130. 194. agit propter finem. 130.132
Alexander Quartus Papa prohibuit ſub pœna excommunicationis Electoribus Imperij, ne Corradum in Cæſarem eligerent. 221
Ambroſius Theodoſium Imperatorem ab Eccleſia repellit, & cur. 399
Angeli ſignificatio in ſcriptura. 362
Animalia nobiliora maiorem amorem habent in alendis, & educandis filijs quàm ignobiliora. 157
Appellatio eſt ad maius tribunal. 272
Appetitus animæ omni ex parte ſubeſt rationi. 197. regulatur a fine. 128
Apoſtoli.
Apoſtoli à Patribus dicuntur Reges. 113.116.716. habent arma redigendi intellectum ad obſequium Chriſti. 116. Reges fuerunt quod ad iudiciariam poteſtatem. 596. habuerunt rerum omnium temporalium poteſtatem. 260. 261. & ſeqq. 721.723. 724. 729. & multo magis in ſecularia habent iudicium, quàm in ſpiritualia. 266.& ſeqq.
Argumenta Pauli Apoſtoli probantia ad Epiſcopos pertinere iuriſdictionem temporalem. 260. & ſeqq. 298. & 299.
Ariſtoteles in multis eſt allucinatus. 64.
Athenienſes anteponunt virtutem propriæ vtilitati. 170
Auguſtinus, & Ambroſius, & alij Epiſcopi exercuerunt rerum temporalium iudicia Apoſtolica auctoritate. 281.304.

B

Beatitudo huius vitæ eſt ordiuata ad æternam. 18

Bonum.

Bonum gratiæ longè nobilius quàm bonum totius vniuerſi. 98. particulare eſt propter bonum vniuerſale. 100. 153.154.162.ab omnibus expetitur. ibid. inferius eſt propter bonum ſuperius. 153. inferiora ſunt talia per participationem diuini boni. 195. 206.

C

CAput Eccleſiæ vnum viſibile. 15. 16.17.225.689.& ſeqq.

Cauſa prior magis mouet. 196

Chriſtus.

Chriſtus eſt verus Rex, ſeu rerum omnium Dominus. 24. & ſeqq.33[illegible]6. 398.399.396.idque ex duplici capite.350.365. Rex, & Sacerdos ſimul. 365. 366. 406. etiam ſecundum humanam naturam. [illegible]. & ſeqq. 350. 430.510.558.559.609. & ſeqq.626. 635. 786. fatetur ſe Regẽ. [illegible]. fuit Sacerdos, & Rex, ſecundum ordinẽ Melchiſedech.340.341.348.quomodo dicatur eſſe Rex ſempiternus. 343. lapidis nomine hæres fuit quo ad vtramque dignitatem factus in caput anguli.364. veluti Rex à Iudæis reijcitur,à Pilato declaratur.363.verbis illis,tu es Petrus, &c. ſupremam etiam dignitatem rerum temporalium contulit.351.353.communicãdo nomen Petri.360.quomodo dixerit ſuum regnum non eſſe de hoc mũdo. 344. candem poteſtatem temporalem tribuit dicendo, paſce oues meas. 414. & ſeqq. reparauit thronũ Dauidis in Petro, & ſucceſſoribus eius.370. Vide thronum.Vtranq. poteſtatem in hoc ſeculo exercuit. 475 629.& 230.vtrunque gladium dedit Petro. 479. iuſſit parari arma. 463. 476.483.ſed non percutere.490.conueniens fuit, vt oſtenderet ſe poſſe vti rebus temporalibus. 481. ortum duxit a tribu Leui, & Iuda, & ideo conuenit illi ſacerdotalis, & regia dignitas. 614. 615. in typo Hieremiæ accepit ſupremam poteſtatem ſuper omnia regna.654. & ſeqq. fuit lapis ignobilis in terris dum vixit nobiſcum, magnus in Eccleſia. 675. communicauit Petro, & ſucceſſoribus ſuam poteſtatem non per modũ excellentiæ, ſed miniſterij.246.reliquit Eccleſiæ ius determinandi de omnibus rebus. 434

Clauis.

Clauis Dauid data eſt Petro. 381. cur claues & non clauem dederit. 382. 374. quot modis accipiatur in diuinis litteris,& quid ſignificet. 377. & ſeqq.

Cognitio eſt menſura amoris. 160

Conditiones ſapiẽtiæ cõueniunt Theologiæ. 110

Conſtantinus quomodo dederit imperium Silueſtro. 30

Corinthij à Paulo prohibentur, ne adeant tribunalia ethnicorum. 260.

Cultus Dei eſt prima pars Reipublicæ. 89. 165.

D

DEcimæ dantur in recognitionem vniuerſalis dominij. 342

Denominatio fit à re nobiliori. 372

Deus.

Deus eſt finis,& menſura prima humanarum actionum.48.199. in illo terminatur humanum deſiderium. 48. 65.eſt principium & finis rerum omnium ſecundum Ariſtotelem. 88. ab omnibus amandus ſuper omnia etiã lumine naturæ. 127.128. & ſeqq. eſt lumine naturæ omnium cauſa. 65. 88. eſt ſumme bonus, & omnium finis.119.169.210.eius nomen in omnibus inuocandum. 92. omnia propter ſe, & a ſe dependentia fecit. 102.105.125.

Diaconus.

Diaconus eſt auris,oculus, & os Epiſcopi.270. lites, & contentiones dirimebat. 270. ſacris menſis miniſtrabat. 316

Di-

Digitized by Google

Dignitas.

Dignitas ſacerdotalis, & regia in noua lege coniunctæ. 583. Sacerdotij nouæ legis maior quàm veteris. 341. & ſeqq. 661.

Dominium temporale intrinſece ſubordinatur ſpirituali. 31. 32. Vide Poteſtas temporalis.

E

Eccleſia.

ECcleſia ſupremum habet dominiũ in omnibus temporalibus. 3. 4. 261. 296. 640. non tamen ad pompã, & quoad immediatum vſum per ſe exercendum in omnibus, quando impedimento eſt rebus ſpiritualibus. 544. habet ampliſſimam etiã quoad vſum ad neceſſitatem, & progreſſum rei ſpiritualis vſque ad moralẽ cautelam. 3. 4. 61. 276. habet coactiuam poteſtatem, prædicto modo etiam in foro exteriori. 283. 284. 288. 292. 295. 298. 300. 384. 564. eſt regina, & domina ſuper omnem rempublicam. 102. 104. 113. 114. habet vtrũque gladium temporalem, & ſpiritualem. 24. 26. 27. 294. 471. 472. 501. habet ſupremam iuriſdictionem in laicos. 275. 277. 279. 280. 652. & pari modo eadem poteſtate componere & iudicare eorum lites. 275. 287. 289. eſt caput tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus. 225. 278. regulam præſcribit poteſtatibus temporalibus. 293. ſingulari priuilegio errare non poteſt in vniuerſali regimine morum, & fidei. 83. 671. conſtat regno & ſacerdotio. 15. 27. 509. 511. 514. 521. 523. 524. 543. 564. habet dominium inter infideles. 25. 30. 31. 32. 33. 34. 224. 575. vna eſt & viſibilis. 697. habet dominium circa animum, & corpus. 18. 20. habet vnũ caput. 17. optima eſt eius gubernatio, & ideo debetur illi in omnibus Monarchia. 13. 83. vna ab initio mũdi. 85. per religionem præſidet diuino, & naturali iure toti vitæ actiuæ. 86. eget rebus temporalibus. 356. 424. habet poteſtatem punitiuam in Principes ſeculares circa peccata commiſſa in regimine Reipublicæ. 438. accipitur pro viris Eccleſiaſticis 443. poteſt condere pro bono vniuerſalis Eccleſiæ temporalem legẽ. 221. 572. collatione clauium accepit omnium temporalium ſupremã poteſtatem. 372. dupliciter accipitur 368. ſemper eſt permanſura. 369. poteſt delinquentes non ſolum pœna excommunicationis, ſed alijs pænis punire. 295. 574. habet gladium materialem, & poteſtatem ad eius imperium. 466. & ſeqq. 491. 499

Elementa ſunt inuicem ſymbola, vel diſſymbola in qualitatibus. 156

Epiſcopus.

Epiſcopus diuinitus habet poteſtatem iudicandi cauſas ſeculares. 160. 261. & ſeqq. 302. 304. & conuincendi per teſtes, & puniendi reos circa res omnes temporales. 434. 435. & ſeqq. ſtatus Epiſcopalis eſt ſtatus perfectionis. 11. ſunt Principes ſuper omnem terram. 536. 716. & ſeqq. habet vim punitiuam in laicos in vitijs omnibus. 38. 260. & ſeqq. 434. & toto opere ſparſim.

F

Fælicitas.

FAelicitas propter ſe & non propter aliud appetitur. numero 9. 12. 47. 67. 126. 170. 202. 203. 213. eſt in bonis animi. 45. 74. 169. 170. 204. ab omnibus appetitur inclinatione naturali 123. 189. cõſiſtit in operatione intellectus. 16. 121. 122. & ſeq. eſt poſita in Dei contemplatione. 108. 120. 163. in actu, & non in habitu cõſiſtit. 120. actiua eſt in moralibus virtutibus. 204. contemplatiuæ ſubijcitur. 100. eius forma in cognitione ſummi veri. 120. & ſeqq. conſecutiue in fruitione ſummi boni. 122. eſt

finis

finis omnium rerum in Republica. 22. quæ hic habetur eſt, imperfecta. 102. & 104. eſt præſtantiſsima virtutum. 48. 170. verſatur circa præſtantiſſimum obiectum. 170. æterna fælicitas eſt vltimus omnium hominum finis. 21. 105

Finis.

Finis, et bonum idem. 119. hominis et Reipublicæ idem. 52. 213. in practicis ſe habet vt principia in ſpeculatiuis. 57. 200. ſacræ Scripturæ habet ſub ſe finem omnium. 66. connexionem habet cum producente. 93. ſummi boni eſt is, ad quem omnia dirigũtur. 169. 203. dat normam omnibus quæ ad ipſum ſunt ordinata, ſeu appetibilitatem, bonitatem, et menſuram medijs. 7. 73. 195.

Finis legiſlatoris quis. 53. naturalis hominis in hac vita non habetur niſi imperfectus. 102. 104. vniuerſalis comprehendit alios fines particulares. 195

G

Genera cauſarum quatuor. 173. in quolibet genere datur primum, quod eſt cauſa cæterorum. 17

Gladij nomine intelligitur temporaliũ etiam rerum poteſtas. 465. 478. Vterque gladius penes Eccleſiaſticos. 470. & ſeqq. quomodo duo ſatis eſſe dicantur à Chriſto. 489

Gratia non tollit naturam, ſed perficit. 116

H

Hebræi vtuntur nomine plurali ad excellentiam rei denotandam. 737.

Hieremias, in ejus typo Chryſtus dominium omnium regnorum accepit. 248. 649. & ſeqq.

Hildericus Regno Franciæ a Zacharia Papa priuatus. 220

Homo.

Homo naturali inclinatione tendit in Deum tanquàm in ſuum finem. 9. 65. 67. 117. & ſeqq. 123. 161. & omnia agit propter vltimum finem. 21. 65. 67. 127. 128. naturaliter appetit viſionem beatificam appetitu innato. 65. 126. omni ex parte ordinatur ad beatitudinem. 61. 63. 91. 93. omni ex parte eſt ſubiectus Eccleſiæ, ſeu ſacerdotio. 21. 66. 105. duplici eget regimine. 12. ſine auxilio gratiæ non eſſet omnino ſælix perfecta fælicitate naturali. 68. 69. magis virtute pollẽs plus iuris habet in Republica. 73. male operando nõ intendit malum, ſed bonum. 145. in ſtatu naturæ lapſæ non poteſt totam legem naturalem implere. 61. 62. fit ſeruus per vitium. 251. eſt dominus orbis terrarũ. 201.

Honorius dictum reuocat, quo prohibuerat, ne Eccleſiaſtici lites laicorũ iudicarent. 274

I

Imperium Religioni Chriſtianæ ſubiectum. 86. 87. Occidentale quomodo dicatur reſtitutum Eccleſiæ. 30. iuſtis de cauſis ab *ipſo depoſiti* ſunt nonnulli Imperatores. 576. 800

Inferiora per ſuperiora in Deum referuntur. 49. 180. ſuperioribus ſubijeiũtur. 13. & 14

Infernus in ſacra Scriptura pro ſepultura accipitur. 368

Infideles ſubiacent Eccleſiaſticæ poteſtati. 32. 67. 389. 575. 792. habent rerum proprium dominium. 67

Inſtrumentum eſt aliquid ex parte agẽtis requiſitum. 59

Intellectus.

Intellectus non quieſcit aliquo particulari vero, vel bono. 120. ſubeſt voluntati quoad executionem, licet contra quoad dictamen & normam, quam ipſe voluntati præſcribit. 99. 100. magis eget lumine fidei in ſtatu naturæ lapſæ. 64

Ius naturale quot modis accipiatur. 566. 567.

Iuſtinianus Imperator omnia Eccleſiæ Romanæ ſubiecit. 426

L

LApis qui apud Danielem confregit ſtatuam, quam vidit Nabuchdonoſor, ſignificabat Chriſtum ſecundum humanam naturam rerum omnium Monarcham, & per ipſum Eccleſiam Romanam. 671. & ſeqq. cur potius ſuper pedes ceciderit. 678

Lex ex ore ſacerdotis requirenda. 707. 708. 709. 781. vetus ceſſauit quo ad ceremonialia, non quoad moralia.

M

MEdia accipiunt a fine menſuram, & terminationem. 99

Melchiſedech in lege naturæ typus fuit Chriſti regni ſpiritualis, & temporalis. 342. 343

Metaphyſica eſt domina aliarum ſcientiarum & illis tanquam ancillis vtitur. 103

Monarchia

Monarchia, & Hierarchia penes vnam, & eandem eſt perſonam. 57. & 207. 208. & ſeqq. late. data eſt Eccleſiæ. 7. 8. 9. 10. vſque ad 30. & 57. & deinceps per plura capita, & toto ferè opere. Abſoluta in omnibus Monarchia eſt optimum regimen. 75. 76. 79. etiam conuenit Eccleſiæ in foro exteriori. 38. 39. 223. 260. 261. & ſeq. per multa capita. 391. 392. 434. vſque ad 447. 546. & ſeqq. 572. 791. 792.

Moyſes fuit ſacerdos, & ſummus Princeps. 537. 538. 740. vſque ad 756

Mundus quomodo in ſacra Scriptura accipiatur. 247. factus propter hominem. 201

N

Natura.

NAtura perficitur gratia. 116. labe peccati infecta eget ſupernaturali auxilio ad implendam legem naturalem. 63. 64. in omni ſtatu ordinata fuit ad æternam fælicitatem. 63. 67. eſt magiſtra ordinis, nobilioribus ignobiliora ſubijciens. 153. 154. intendit magis bonũ vniuerſi quàm partis. 155. poſuit in medio cor, ne graue aliquid pateretur. 157

O

Ocham.

OCham quis fuerit, & quo tempore, & quàm male ſcripſerit de poteſtate Eccleſiaſtica. 41. eius diſcrepantiæ ab Eccleſiæ Monarchia tẽporali. 42. eius fundamenta contra ipſam. 43. 44. excommunicationi ſubiectus cum Michaele Ceſenate & Ludouico Bauaro. 252. neſciuit diſtinguere inter dominium politicum, & & ſeruile. 252. quam temporalem poteſtatem tribuat Pontifici. 42. 43. 315. 227. eius obiectiones. 485. & ſeqq. 658. 694. 691. 701. 763. & ſeqq.

Opuſculum de regimine Principum eſt D. Thomæ. 695

Ordo finium eſt ſecundum ordinem agentium. 9. & 195

Orientis nomine Chriſtus denotatur. 701.

P

PApa. Vide Pontifex.

Paulus ex ſuppoſitione ſubordinationis rerum temporalium ſpiritualibus, ait in Pontifice reſidere ſummam poteſtatem in omnibus. 264. 265. 318. ironice locutus eſt inquiẽs hos conſtituite iudices. 267. 319

Partes Reipublicæ non poſſunt non dependere à Deo. 213

Patres, qui videntur negare Chriſtum non habuiſſe dominium, et regnum Dauidicum, intelligunt quoad ſecularem faſtũ, et pompã. 610. 620. 621

Pax temporalis tota menſurari debet a

fine

ſine Reipub. 56

Pedes ferrei ſtatuæ Nabuchdonoſor ſignificant Romanum imperium. 678

Perfectionem ſuam naturaliter vnumquodq. deſiderat. 133

Perfectio poteſt eſſe cum magna opulentia. 786

Petrus

Petrus ſupremum accepit regimen in omnibus verbis illis; Tu es Petrus,&c. 351. 352. & ſeqq. vſque ad finem libri, & per illa etiam verba, Paſce oues meas 413. 414. & ſeqq. in fide &morum regimine vniuerſali errare non poteſt. 357. 639. noua nominis impoſitione ſacerdotalem, & regiam dignitatem accepit. 360. itemq. per clauium cœlorum collationem. 377. & ſeqq. conſueuit ex primi claue Dauid pendente ab humero 381. iure ſibi à Chriſto datum imperium tenet in omnibus 386. 387.& ſeqq. 433.& ſeqq. paſtor fuit in Eccleſia, ſicut Moyſes in Synagoga. 467. duos gladios accepit, quo poſſet etiam armis Eccleſiam defendere. 469. 470. & ſeqq. cur reprehenſus a Chriſto,ne percuteret Malchum.491. 493. & ſeqq. in eo reparatus thronus Dauid.583. vice Chriſti conſtitutus ſuper omnia regna. 656. 657. cetera vide verbo ſequenti Pontifex

Philoſophia reſpectu Theologiæ non eſt ſui gratia. 110

Philoſophi præcipui aſſerentes regnũ eſſe debitum tanquàm ſapienti Sacerdoti. 105. 106. vſque ad 112. 166

Platonis errores in multis. 65

Pontifex.

Pontifex Romanus ſe extendit ſua poteſtate,quouſque eius finis ſe extendit. 7. 13. 21. 30. 62. eſt per quem Reges regnant. 117. ſupremum caput in tota Eccleſia. 61. 174. 176. 240. 695. 696. 697. habet ſummam poteſtatem in rebus temporalibus. 209. 217. 273. 285. 292. 295. eamq. diſtinctam a ſpirituali 27. 216. 384. & ſeqq. & 795. & ſeqq. & in foro exteriori coactiuam. 222. 223. 269. 392. 576. iuxta ordinem Melchiſedech ſacerdotalem & regiam poteſtatem. 385. ſi non exercet, eſt quo vacet grauioribus videlicet ſpiritualibus. 2. 27. 272. 273. 276. 284. 293. 312. & ſeqq. 540. antiquitus dabat gladium etiam contra infideles. 34. eſt ſummus Hierarcha in ſpiritualibus. 57. 58. 215. 223. claue Dauidis ex humero pendente ſolebat exprimi. 381. præ cæteris ſingulari priuilegio minus errare poteſt. 22. 74. 84. 369. 788. eſt in culmine perfectionis tam vitæ actiuæ, quàm contemplatiuæ 19. 22. habet perducere ex officio cunctos homines ad fælicitatem æternam. 19. 23. ex eo quod Hierarcha eſt in ſpiritualibus, eſt etiam in omnibus temporalibus Monarcha. 57. 58. 59. 103. 188. 200. 207. 208. 209. 787. & ſeqq. diuino iure naturali eſt iudex ſupremus immunis ab omni humano iudicio. 56. 386. poteſtas quam habet non excellentiæ eſt, ſed miniſterij. 12. 13. ſubeſt tamen rationi, & *diuinæ legi*. 56. propter bonum vniuerſalis Eccleſiæ poteſt leges temporales condere. 218. 572. ſuo dominio non impedit poteſtatẽ Principum ſecularium. 3. & ſucceſſit loco Chriſti. 75. in Regno, & Sacerdotio. 15. 16. & ſeqq. 353. & ſeqq. 414. & ſeqq. 583. 584. & ſeq. 649. & ſeqq. 672. & ſeqq. 689. & ſeqq. 695 & ſeqq. 701. 702. & ſeqq. 757. & ſeqq. 795. & 796. 797. 798. 799. etiam inter infideles de iure. 31. 32. 33. 68. 224. 552. 575. & 792. & 793. & ſeqq. ex ſubordinatione temporalium ad ſpiritualia conuenit illi ſuprema Monarchia in omnibus. 264. 265. 318.

Potentia diſtinguitur per actus. 32 ſumit determinationem ab obiecto. 194. 207.

Poteſtas ſpiritualis.

Continet ſub ſe temporale dominium. 194. 195. et ſeqq. 773. et ſeqq. Poteſtas

ſtas ordinis ſe extendit ad peccata omnia non tamen quoad vſum. 176
Poteſtas Eccleſiæ ſumma eſt diuino iure. 279. lege verbo Eccleſiæ verbo pontifex: verbo Petrus. Poteſtas temporalis eſt acceſſoria ad ſpiritualem. 433. lege verbo Rex, Imperator. Poteſtas regia perficitur ſubijciendo ſe ſpirituali. 53. 55. 249. vide verbo Rex, & Reſpub. Superior poteſt, quicquid facit potentia inferior in ſubordinatis. 197. 263. coactiua non fuiſſet in ſtatu innocẽtiæ, ſed tantum dominium regitiuum politicum. 40. poteſtas Eccleſiæ ſumma eſt diuino iure 279. lege. Eccleſia. Pontifex. Petrus. Quomodo ſit in Pontifice, & an ſit ſupra ſecularem poteſtatem. 4. 5. quot modis ſumatur. 22. 34. in rebus temporalibus eſt vſque ad decentem terminum. 3. & 570. poteſtas Eccleſiæ temporalis oſtenditur ex Principe Synagogæ Moyſe. 740. & ex ijs quæ idem ſtatuit ſeruanda. 748. poteſtas ordinis ſe extendit ad omnia peccata, & quomodo. nu. 176. poteſtas Petri eatenus ſe extendit ad temporalia, quatenus illa ſunt ordinata ad Eccleſiam. 383. poteſtas Principum limitatur a fine Reipublicæ. 50. 51. & ſeqq. poteſtas, quæ ducit ad bonum, debet etiam remouere impedimenta eiuſdem boni. 50. eſt iuſtitiæ cuſtos. 50. 51. poteſtas ſacerdotalis eſt quaſi architetonica, & omnem regulam præſcribit temporali. 267. Poteſtas ſacerdotalis & Regia antiquitus coniuncta erat 770 in vna perſona coniuncta. 587. 766. poteſtas ſpiritualis proxime verſatur circa Deum. 70. 73. habet imperium in totum hominem ex omni parte. 19. a quo nomen ſumat, ſeu dicatur ſpiritualis, cum verſetur etiã circa temporalia. 72. 197. Poteſtas temporalis eſt acceſſoria ad ſpiritualem. 433. lege Rex, & Imperator. non poteſt aſſequi ſuum finem ſine ſpirituali. 212. 213. ex ſua natura eſt ſubiecta ſpirituali. 85. eſt ſubiecta Eccleſiæ omni ex parte. 71. poteſtates ſunt gratia finis, & ab eo ſumunt diſtinctionem. 129
Præcepta Decalogi ſunt de iure naturæ. 172
Præſules Eccleſiæ habent dominium rerum temporalium non quoad ſecularem honorem. 637
Presbyteri & Diaconi ſuffragia ferebãt in iudicijs. 271

Princeps.

Princeps eſt gratia Reipublicæ. 31. 47. 66. 67. eſt conſtitutus cauſa boni virtutis. 46. 51. quomodo dominium habeat in rebus ſubiectorum. 52. duplici de cauſa poteſt res ſubditorum auferre. 49. 50. 60. 252. Princeps ſecularis licet ex poteſtate non agat de ſpiritualibus, debet tamen dirigere ad illa ſuas actiones. 20. circa externa verſatur, & eſt ſubiectus ſapientiæ. 99. 100. 101. 191. ratione delicti poteſt priuare laicos ſibi ſubiectos temporali dominio. 50. Principes ſeculares in rebus ſecularibus diuino iure reuelato, et naturali ſunt ſubiecti ſpirituali poteſtati vi coactiua vſque ad moralem terminum. 50. et 60. ordinant populum per externa corporalia ad tranquillitatem corporalem, 12. 86. 101. multi defecerunt a recta fide, et moribus. 586
Promiſſio Dei de regno Dauidico facta tribus vicibus iterata. 613. 616. non fuit verificata omnino in Salomone de duratione Regni Dauidis. 612. 625.
Prudentia ſubijcitur ſapientiæ. 99. 193

R

RAtio regulam appetitui præſcribit quid eligendum. 198
Reges dicebantur paſtores. 419. 430. ob præclaram ſcientiam debent eſſe Sacerdotes. 107. 109. ſi volunt eſſe Chriſti, ſunt ſubiecti Pontifici Romano. 422. ſunt ſubiecti Eccleſiæ. 639

639.640.641.642.643.cum ſint mẽbra Eccleſiæ debent eſſe ſubiecti capiti illius, quod eſt Pontifex Romanus. 87.789. Reges Francorum mirifice laudati. 706
Regimen optimum in Republica, quid 82.83.quæ ſpecies eius. 76

Regnum

Regnum Chriſti quomodo non fuit de hoc mundo. 232. eſt æternum, et cur ita dicatur. 344. 675. à Daniele prædicitur perpetuum ampliandum in vniuerſum orbem, & hoc incipiẽdo à Romano. 678. 679. non fuit quoad externam apparentiam inſtar aliorum Regum, ſed quo ad dominium. 597. 606. 625. non eſt quoad ſecularem faſtum, et apparentem iactantiam. 610.620.628. Regnum cælorum accipitur pro Eccleſia. 382. Regnum Dauid perpetuò durat per Pontificem Romanum. 584.611. vbique gentium ampliatum per Religionem. 584. 585. in quo ſit reparatum per Chriſtum. 589. 590. 591. 608. Regnum debetur ſacerdotio per ſapientiã. 106.109.115. eſt ſubiectũ ſacerdotio omni ex parte. 26. 37. Regnum quod erat in tribu Iuda, tranſlatum eſt ad Chriſtum, et deinde ad Apoſtolos. 81.290. Regnum et ſacerdotium translatum eſt per Chriſtum ad Apoſtolos. 303. eſt coniunctum in Eccleſia. 564. ſuit translatum in Eccleſiam ſecundum ordinem Melchiſedech. 599. 600.625.627. Regna ablata iuſtitia ſunt latrocinia. 73
Regulæ nonnullæ ad explicandas ſacras Scripturas. 254.491
Regulus, ne fidem hoſti frangeret, ſupplicium non timuit. 170.181
Religio eſt virtus moralis. 87. eſt menſura prima vitæ actiuæ. 89. primum locum tenet in moralibus. 90
Repetitio trina facta Petro de cura ouium ſignificat generalem quo ad omnes poteſtatem. 665
Reſpublica vnum tantum habet finem. 213. eſt gratia hominis. 12. 82. eſt gratia felicitatis. 101. eſt cauſa virtutis. 568. duplici conſtat felicitate. 100. non poteſt creare Iudices contra voluntatem Principis, ſi bene ſe gerat. 338. niſi conſtet ſacerdotio, athea et impia erit. 358
Res quælibet in toto cõpoſito eſt propter alterius conſeruationem. 153. vſque ad 155.
Res vnitæ magis durant. 85
Reſponſio ad obiectiones Caietani. 539.
Reſponſiones ad obiectiones Ochan & aliorum. 328. vſque ad 339
Reſponſiones contra Ochan in explicatione Hieremiæ contra poteſtatem Eccleſiaſticam. 659. vſque ad 663

Rex.

Rex habet eundem finem, quem ipſa Reſpublica. 45. ſi officia in Republica indignis conferat, peccat, & tenetur ad reſtitutionem. 51.73. ſi ſubiectus ſit Eccleſiæ, perficitur conſequẽdo ſuum finem. 55.85. ſi ſuæ vtilitati non Reipublicæ ſtudeat, Tyrannus, non Rex appellatur. 41. omnia referre debet actu, vel ſaltem habitu ad finem vltimum. 52. non poteſt vti ſuo temporali dominio, niſi quatenus aliquomodo inſeruit ad felicitatẽ. 62. ſuis legibus obligat, quatenus illæ deriuantur a recta ratione. 116. duplici capite ſuam poteſtatem in ſubditos exercere poteſt. 50. 252. cum nomine creaturæ comprehendatur, eius poteſtas, directe erit ſubiecta Petro. 245. eſt ſubiectus iure diuino & naturali imperio Pontificis vi coactiua vſque ad moralem terminum. 60. 101. aſſumitur per ordinem ad finem Reipublicæ. 253. eſt ius animatum 73. eſt conſtitutus ad tutelam bonorum. 28. & vt eos beatos reddat. 101. nullus fuit de ſemine Dauid a captiuitate Babylonica, vſq. ad aduentum Chriſti. 591. 594. 595. Rex Hiſpaniarum mirifice laudatur. 345. 601
Roma per Religionem primatum tenet in vniuerſo mundo. 87

Romani fuerunt patroni inimicitiæ Chriſti. 727.728

S

Sacerdos & Sacerdotium.

SAcerdos ex officio debet traducere hominem ad Deum finem ipſius. 126. 128. eſt interpres diuinæ Scripturæ ex officio. 710.712. eſt vindex violatorum earum rerum quæ diuinitus in ſacris Litteris reuelantur.711.712. etiam in foro exteriori & ex officio. 714. Sacerdotis eſt hominem ordinare ad Deum, eiuſque amicitiam. nu. 90. 103. & 195. Dij vocantur quaſi habeant generalem in omnibus poteſtatem. 753. ſunt Iudices omnium ſupremi. 749. 751. 753. ſe immiſcere poſſunt temporalibus.713. ſunt ſupremi miniſtri iuris diuini & naturalis. 710. 748. a Platone dicuntur philoſophi. 106. ſunt mediatores inter Deum & hominem.90. 251. apud omnes gentes ſemper habuerunt ſummam auctoritatem. 77. 80. per ſapientiam rempub. gubernant. 103. in omnibus ſupremum regimen obtinent. 153. dubia in lege dirimunt, eiſdemq. ſtandum. 268. 747. talem habent poteſtatem in omnibus,qualis amor Deo debetur. 151. ſunt miniſtri,ac diſpenſatores gratiæ. 251. ſunt ſuper omnes laicos & ſeculares. 265. ſunt in Eccleſia conſtituti Iudices ſuper laicos & priuatos homines iure diuino. 268. non adminiſtrant temporalia non ex defectu poteſtatis, ſed quo magis vacent ſpiritualibus. 470. & ſæpe in toto opere. Sacerdotes & magiſtratus ſunt partes Reipub. 12. 70. 103. Sacerdotes nouæ legis per Chriſti ſacerdotium habent & ſacerdotalem & regalem poteſtatem.341 & ſeqq. abſtinent ſe immediate a pæna ſanguinis. nu. 15. & 715. licet ſint plures, vnus tamen eſt primus & ſupremus & Rex. 355. Sacerdotibus iure naturæ debetur obſequiū. 92.712. iiſdē conuenit cultus diuinus ex officio. 93. 94. pluſquā decimæ debentur, ſed ex benignitate Eccleſiæ non exiguntur. 766. Sacerdotio omnia ſunt ſubiecta.89.90. 91. 92. Sacerdotium eſt pars Reipub. 16. 70. 212. inducit hominē ad vitam æternam. 103. Sacerdotium Chriſti cur dicatur æternum. 344. Sacerdotium & regalis dignitas eſt in vna perſona, vt in lege naturæ. 347. 348. 349.350. Sacerdotium nouæ legis habet annexam regiam poteſtatem. 75. & locis citatis.

Samuel ſacerdos fuit.778. reprehendit Saulem, quia ſacrificaſſet. 779. non fuit ex ſtirpe Aaron. 779

Sancti iudicabunt mundum ex poteſtate. 261. 301. & quomodo. ibidem. habent poteſtatem iudicandi omnes etiam ſeculares. 315.316

Sapiens quomodo intelligitur in ſcriptura vir Eccleſiaſticus. 268.270. & ſacerdos.ibidem.Omnia ordinat.95

Sapientia.

Sapientia eſt domina ſcientiarum, & verſatur circa primas cauſas. 96. terrena ſpirituali inſeruire debet. 115. omnia ordinat. 193. conſiderat primas cauſas.100. ad animam ſpectat. 102.eſt ſui gratia. 140. eſt ipſa felicitas. 122. Sapientia humana Pontifici ſubiecta eſt. 102. niſi regulatur à diuina,eſt valde manca. 104. eiuſdem eſt alijs præcipere. 101.103

Scibilia omnia, ſeu res quæ ſciuntur, Theologiæ ſubiectæ ſunt. 111

Scientia diuina adiuncta voluntati eſt cauſa rerum. 63. Scientia talis eſt, quale eſt ſcibile.98.& 111. Scientiæ ſpeculatiuæ,& practicæ ſubordinantur Theologiæ. 116.117.210

Scire eſt rem per cauſam cognoſcere. 159.

Scopus Authoris. 41

Scriptura ſacra tūc optime explicatur, quando vnus per alium locum exponitur.274.373. aliqua narrat per hiſtoriam,

Digitized by Google

ſtoriam, quæ omni ex parte completa ſunt in Chriſto. 257. 409. nullum verbum ſuperuacaneum continet. 484. arguit omnes, licet reprehenſio ad quoſdam perueniat. 534. Scripturæ ſacræ ſi exponantur rationibus tantum, & non auctoritate, valde periculoſum eſt. 254. 255
Secularia, verbum apud Apoſtolum ſignificat quicquid ad victum hominis, & ad humanum vſum pertinet. 262.
Sedē Dauid poſt captiuitatem quōChriſtus accepit. 634. Sedes Dauid quomodo reſtauranda erat. 616. 617. ſignificat poteſtatem regiam. 735. Sedes in plurali numero ſignificat magnam quandam excellentiam iudiciariæ poteſtatis. 737. Sedes Petri a nemine iudicatur. 16. 544. ab hæretica prauitate immunis. 84. 256
Sedulius presbyter diſcipulus Hildeberti Archiepiſcopi. 314
Semen Dauid quomodo multiplicatum. 602
Senſus litteralis eſt attendendus, quando commode fieri poteſt. 477. 588. Senſus litterales plures in vna littera. 257
Serpens exponit totum corpus ad defenſionem capitis. 157
Sobna ſignificat deiectionem Phariſæorum, & ſcribarum. 408
Socrates ob vnius Dei cultum mortem obijt. 161
Solium Dauid diſtinctum eſt à Sacerdotio. 582
Subordinatio totalis demonſtrat omnino temporalia ſubiacere ſpiritualibus. 70. 71. rerum temporalium ſub ſpiritualibus demonſtrat totale dominium. 571
Syluestro Papæ debebatur poteſtas temporalis diuino iure, & naturali. 25
Synagoga habuit tum ſacerdotalem, tū regalem dignitatem. 517

T

Tabernaculum Dauid, quid ſignificet. 605

Temporalia.

Temporalia ſunt ſubiecta Pontifici omni ex parte. 37. 207. ſunt ſubiecta ſpiritualibus. 209. iure naturæ ſunt ſubiecta rectæ rationi. 197. 215. ſunt ſpiritualibus ignobiliora: quia illis ſubordinantur. 219. 298. ſunt quærenda propter ſpiritualia. 14. 57 59. 218. 224. cadunt ſub meritum. 20 ſunt inſtrumenta ad felicitatem. 22. 23. 58. cur Regibus debeantur. 60. cui iure debeantur. 58. 59. debēt exerceri a laicis ad regulam Eccleſiaſticorū. 273. omni ex parte ſunt ſubiecta ſpiritualibus. 47. 48. 70. 71. 201. & ſeqq. 207. & ſæpe toto opere. ſunt propter bonum animi, ſiue ordinantur ad virtutes, ſeu ſpiritualia. 208. & ſeqq. 790. referuntur ad finē eo ordine quo ordinauit Deus. 128. reguntur a ſapientia, & ratione. 104. ſunt data a Deo, vt homo bene vtatur ad vltimum finem. 766. vt opes, gloria, honor, &c. ſunt acceſſoria homini, & concomitantia. 168. Temporalibus per ſe ſolum nullus debetur honos. 214
Teſtimonia Patrum aſſerentium eſſe in Eccleſia per ſapientiam rerum omnium dominium. 112. vſque ad 117. Theologorum atteſtantium hominē naturaliter appetere Deum. 124. vſque ad 127.
Theodoſius verbis Ambroſij obſequitur. 434. luget ſcelera à ſe commiſſa. 438.
Theologia eſt domina & regina omniū ſcientiarum. 110. 210. imperat virtutibus moralibus. 211
Theologus omnium rerum iudicium habet. 111
Thronus Dauid apud Apoſtolos, & eorum ſucceſſores. 596. Thronus Dauidicus reparatus. 578. 579. perpetuo duraturus, ideſt ſine vlla interruptione temporis. 581. reſtaurandus in terris, & diſtinctus a ſacerdotio. 582. reſtaurandus in iuſtitia, & veritate. 581. reſtauratus per Romanum Pon-

Pontificem. 587. non fuit reparatus per Salomonem. 612. Tranſlatus in Præſules Eccleſiæ. 637.638
Tribus Iſrael ſæpè in diuinis litteris accipiũtur pro omnibus gẽtibus. 607

V

Vaticinium.

VAticinia nonnulla Pſalmorum de Chriſto Rege, & Eccleſiæ regno. 716.721.725.731. Vaticinium Ezechielis de principatu Eccleſiæ. 663. 664.665.666. de Rege in perpetuum duraturo non poteſt, niſi Põtifici Romano conuenire. 667. Hieremiæ quo prædicitur, Pontificem Romanum conſtitutum ſuper omnia dominia. 648. Malachiæ, ſtandum iudicio ſacerdotum. 707. Oſeæ, fore vnum caput in regnando. 687. completum eſt in Eccleſia ſub Chriſto. 699. Zachariæ de vnitate Eccleſiæ principatus per Chriſtum. 700
Virga ſignificat etiã poteſtatẽ tẽporalem Chriſti. 725. etiam ſecundum humanam naturam. 726. Virga virtutis intelliguntur Apoſtoli. 727. Virgæ nomine exprimitur ſuprema quædam in omnibus poteſtas. 266. 726. & regalis etiam. 727. denotatur Apoſtolorum regia poteſtas. 728

Virtus.

Virtus expetitur, propter beatitudinẽ. 168. omnibus anteponenda. 169. Virtutes morales ſubordinantur virtutibus ſupernaturalibus, & infuſis. 98. 99. & 211. Virtutes ſupernaturales ad ſupremum gradũ per Chriſti merita tollunt hominem. 250. imperãt moralibus. 211
Vis animorum duplex, altera quæ huc & illuc hominem rapit, altera quæ docet quid fugiendum, quidq. faciendum. 198
Viſio beatifica Dei, licet naturaliter appetatur, tamen medijs naturalibus acquiri non poteſt. 126.127
Vita honeſta eſt coniuncta cum contẽplatione. 13[illegible]
Voluntas ſubeſt intellectui quoad dictamen, intellectus voluntati quoad executionem. [illegible]9. imperat omnibus potentijs præter puras naturales. 195. non quieſcit in bono aliquo particulari, ſed in ſummo bono. 125 Eadem velut expers luminis & cæca exequitur, quod dictat intellectus. 99. 100.138.
Vrim vox hæbrea, quid ſignificat. 782. 783.
Vtile eſt coniunctum cum honeſto, & iuſto. 181

F I N I S.

Digitized by Google

Errata ſic corrige.

Numero 9, linea 8. ergo dele, nu.15.lin.6.animam, lege, animas. nu.ibid.lin.18. Lateranenſe, adde, ſub Alexandro Tertio, nu.16.lin.26.& quod, atqui. n.21.lin. 9.ex parte operis, dele. nu.36.lin.25.ergo, dele.nu.50.lin.13.remouenda, ad remouenda. ibid.n.lin.14.puniendos, ad puniendos. nu.52.lin.23. dirigere, adde, ſaltem habitu dirigere.nu.54.lin.32. Scafaburgenſis, Scafanaburgenſis. nu. 70. lin.19.exercitiuam, exercitium.nu.72.lin.13.corpus, corporum. nu.73.lin.32.illis, illi.nu.75.lin.7.ex, in. nu.79.lin.30.de pace, adde, & in oratione de ſeruanda modeſtia in diſputat.S.Petrum, &c.nu.89.lin.19.& virtute, dele.n.95.lin.16 ſapientia, ſapientiam. ibid. loquitur, loquimur.nu.99.lin.19.eam, ea.n.103.lin. 34.externam, æternam.nu.107.lin.19.ex, in.nu.113.lin.12.mundanam, mundana.nu.116.lin.24.diuina, diuinæ.ibid.nu.lin.25.reuelata, reuelatæ.n.117.lin.27. tendit vltimum, tendit ad vltimum.nu.125.lin.21. lib.3.de Ciuit.Dei cap.4.lege, lib.3.de Trinitate cap.4. n.153.lin.16.ſuprema, ſumpta. nu.156.lin.26.animantia, dele.nu.157.lin.7.hæc animantia, ibices. nu.163.lin. 19. Plutarcus, adde, lib. de ſera numinis vindicta.nu.176.lin.10.impedire, impediri.nu.193.lin. 17.inquit, dele.nu.222.lin.25. Clemens Alexandrinus, adde in margine lib.1. Pedag.cap.9.Plato in Dialogo de Regno.nu.224.lin.19.in ſecunda ratione, lege, initio ſecundi libri.nu.226.lin.25.dignitatem, diuinitatem.nu.231.lin.6.lib. 4.adde, dixi. nu.231.lin.12.Clemens Romanns, adde, apud Hieron.in cap. 52. Eſaiæ. ibid.lin.15.& 16.Clemens Alexandrinus, Cyrillus Alexandrinus. ibid. lin.21.Chriſto, a Chriſto.nu.255.lin.26.hæreticus, hæreticos. n.265.lin.4.Dei, Chriſti.n.275.l.14.tribunale, tribunal.n.277.l.6.dicatur, aſſeratur, & l.8.cauſa, ratio.n.278.l.36.pſ.108.118. n.280.l.24.& 25.& in Concil. Carthag. adde, & eodé modo exponit Paulum Auguſtinus de Iuriſd. temporali Eccleſiæ in laicos in Concilio, &c. & lin.28. cum generalia, lege, licet Prouincialia Africæ. nu.284.lin.5.dimittendi peccata, adde verſum omiſſum, quænam tibi maior videtur, & dignitas & poteſtas dimittendi peccata, an prædia, &c. nu.285. in margine Marſilius, lege Pyghius. ibid.lin.32.debeunt, debent: nu.286.lin.28.quos, quæ:& collatos eoſdem, collata eadem.nu.287.lin.3.Eccleſia, Eccleſiæ.ibid.lin. 24.Sedulucius, Sedulius.nu.288.lin.6.& 7.Patrem, Fratres.n.295.l.vlt.epiſt.epitom.n.296.l.5.& 6.Apoſtolicis, Apoſtolico.ibid. lib.25.S.Heminiano, S.Geminiano.n.299.l.26.adducta, adductas.n.301.l.13.Paulus, Paulum. n.303.l.4.ſuprema, ſupremam.ibid.Monarchia, Monarchiam.ibid.l.6.vt, dele.n.337.l.13.eſſet, eſſent.n.338.in marg.ar.3.lege ar.7. n.354.l.26. Lenomanenſis, Cenomanenſis. n.355.l.26.vnus viſibilis paſtor, vnum viſibilem Paſtorem.n.360.l.13.vt, &. nu. 366.l.26.Petri 2., 1.Petri 2. n.370.l.14. poſſunt, poſſint. n.373. l.10.ignorant iſti regulas, lege, iuxta regulas logicas non valet modus argumentandi.nu.375 l.23.permoti, permouenti.n.376.l.1.non, dele. n.379.l.29. Sacerdotalis, adde, intelligitur.n.381.l.21.Papæ, adde, primo.nu.385.l.10.poſt, ante. nu.419.l.32. βάσκω, βόσκω. n.433.l.31.& 34.Caſtellanis, adde verſum omiſſum, non derogando iuri aliorum Principum Chriſtianorum, nec Luſitanis, vt &c.n.436. in margine Gregorius, lege, Auguſtinus.n.471.l.8.Bernardum, adde, & Hildebertum.n.504.l.4.Pontificum, adde, Patrum.n.536.l.25.coheredes, hæredes.nu. 574.l.15.tertio, quarto.n.575.l.10.adnotaui D.Thom. adnotauimus ex D.Thoma ſupra ex opuſculo, &c. n.612.l.32.non dele.n.654.l.24.cap.extrauag.n.692. l.32.

l.32.dicere,dici.n.699.l.27.decem,duodecim. n.712.l.20.id a recto, vt à recto. nu.717.l.20. Ambroſius, Sedulius, &c. pone in margine in cap. 1. epiſt. ad hæbreos in ea verba,vnxit te Deus. n.720.l.28.Bruno, dele. n.728.l.11.ibi,vt. nu. 734.l.18.præceſſerint,præceſſerunt. n.752.l.26. Hierarcham, adde, & Monarcham.n.754.l.27.potius Iudicis,potius velut Iudicis.n.756.lin.1.ſummum Hierarcham,adde,& Monarcham.n.766.lin.19.ibi D.Thom.pone in margine 2.2. q.87.art.1.nu.767.lin.1.ſpiritualium,temporalium:nu.774.lin.8. receſſit, dele, punctum.nu.785.lin.3.prohibet re, prohibere . ibid. qi,hi. ibid. ad tertiam, ad quartam.nu.786.lin.17.Thom.2.2.pone in margine q.85.art.6.adde adhuc aliquot errores omiſſos corrigendos.nu.28.lin.18.in pſ.49.adde,& in pſ.80. n.33. lin.24.dictum tertium,dele, dictum.nu.208.l.9.erunt, erit.ibid.l.vlt.dicitur,dicuntur.n.256.l.21.vnam,vn.n.280.l.2.in pſ.70.80.n.291.l.9.vel cauſam.aliquã, dele,punctum.n.700.lin.9.Zacharia, Zacharias.

Numero 3.linea 15.facultas,iuriſdictio.num.6.lin.vlt.vltimum hominis finem lege,ſeu ad Deum vltimum hominis finem. & hoc conuenite Pontifici per ſupremum ſpiritualium apicem.nu.9.l.32.diligentia,adde,ſuo modo.nu.10.l.16. ſacerdotem,ſacerdotalẽ.n.25.l.14.& 15.D.Tomas,adde,per dominiũ in quo ceſſit Vicario Chriſti.n.28.l.7.vt, &.ibidem l.9.& aliorum laicorum,& etiam laicorum .n.34.l.10.veluti Nicolaus magnus teſtatur,lege, veluti habetur ex Nicolao Magno.n.63.l 11.propter,præter.n.116.l.25.imago,adde,Dei ſapientiæ n.197.l.1.cum ſit finis rerum omnium , claude hoc per parenteſim ( ) n. 203. l.15. Ariſt.lib.1.c.7.adde,Ethicorum.n.256.l.7.illius,illorum.n.276.l.33,Stelliconis,Stilliconis;& ſic alibi corrige.n.290.l.13.eſſe,ecce. n.295.l.3. Dominicus D.ideſt,Dominus,quod ſolum denota littera D. n.296. l. 2. exercitium, ad exercitium.n.383.l.27.Monarchiam,Monarchia.n.601.l.11. & ſacerdotalem dignitatem dele.n.695.l.32.ſalutati,ſaturati.n.704.l.8. nequeunt, voluntn.717.l.5. de alijs vnctionibus, lege, de vnctione Regia & ſacerdotali. n.720. l.20.Brudo,Bruno. *Errores in tabulis* tabula prima pag.1.Concilium ſub Carolo iuniore &c.lege,Concilium Meldenſe ſub Carolo &c.ibidem Bertrandus Cardinalis &c.lib.2.&c.lege,lib.2.cap.8.n.297.lib.3.c.4.n.441.pag.2. Dominicus denota tantum littera D.

Regeſtum.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sſſſ Tttt Vuuu Xxxx Yyyy Zzzz.

Aaaaa Bbbbb Ccccc Ddddd Eeeee Fffff Ggggg Hhhhh.

a b c d.

Omnia ſunt integra folia, præter O P, Q R, S T, X Y, Z Aa, Dd Ee, Ff Gg, Mm Nn, Oo Pp, Qq Rr, Sſ Tt, Bbb Ccc, Ddd Eee, Iii Kkk, Lll Mmm, Zzz Aaaa, quæ ſunt duplici ſigno notata, licet integra; & d, quod eſt folium cum dimidio.

ROMAE, Apud Aloyſium Zannettum. 1602.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

133
54
18
3
208.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google